


2 400 40



9. 1742

METHODVS DIDASCALICA

FABRICANDÆ

BIBLICÆ PRÆLECTIONIS,

EX LIBRIS MAXIME
PROPHETARUM,


AVCTORE R. P. IACOBO

*de Montefrio, Antiquariensi Societ. Iesu,
in Granatensi Collegio quondam
Sacri Codicis Interprete.*

CVIVS SIT VTILITATIS, ET ARTIFICIJ,
Series operis ostendit.

Del Colegio Mayor, i Real des.^{ta} Caxa de la Fee, de Granada.

Anno





1678.

Granada

CVM PRIVILEGIO.

HISPALI. Ex Typographia Ioannis Cabeças.



EXCELLENTISSIMO

PRINCIPI,

AC DOMINO

D. LUDOVICO

MAVRICIO FERNANDEZ

DE CORDOVA ET FIGVEROA,

MARCHIONI DE PRIEGO, DVCI DE
Feria, & Alcalà, Marchioni de Montalvan,
& Villalba.


TOTIVS STIRPIS DE CORDOVA
*Primario Capiti, Magna Domus de
Aguilar Domino, &c.*

ÆTERNAM IN PRÆCELSA MAGNITUDINE
Sospitatem votis omnibus.

O. P. Q.

P*Eccassem utique (Princeps Excellentissime) pec-
casssem, inquam, in obsequij iura tot nominibus à
me tibi debitum, si vel leuiuscula hæsitatio dicar-
di huius opusculi mentem incessisset dubitantis: Et cau-*

A sas



fas quid alias aut excogitem aut requiram? Illasat est; Nominis, & patrocinij tui vnica mihi semper, & maior dignitas, ac præcellentia, nam cur reliquas aucupabor? Et mihi sufficit quod olim Lactantio Constantinum Imperat. Alloquenti: Hoc opus nunc Nominis tui auspicio inchoamus. Et quod nam mihi felicius auspiciū, quam Nominis tui? Quo ut nihil mihi præstantius, ita nihil ad tutamen firminus, atque securius: Si favoris vmbra exambio, dum Regij stemmatis coronatam voluerē, Aquilam intueor.

Libr. 1.
Divi n.
inst. ca.
1.

Lucanus
lib. 1.

Stat magni Nominis vmbra.

Alios si quæram Patronos, licet excelsi, licet altissimi sint, qui præbeant suis clientibus vmbra, ut eequidem aestimo.

Vigil.
Ecl. 1.

Cadunt altis de montibus vmbrae.

At in te vno, Princeps Excellentissime, non cadit, sed stat magni Nominis vmbra, quam, ut spero, precanti feliciter obtendet Aquila grandis magnarum Alarum. Sed cur vmbra expetat opus, quod lucem comatur aspicere? Obscurus est, fateor, & inglorius labor iste meus, ut à me nullius Nominis Auctore conceptus: at tamen tuis fortunatis, & cōspiciuis auspicijs, vel ab ipsa magni Nominis vmbra, clarissimum lumen accipiet. Qui te apicem felicitatis credit habiturum, si cum patrocinij tui splendor illi videret. Et hanc expetat, ac certam sibi pollicetur à tuis Nominis vmbra claritatē: Ideo

Ezech.
17. v. 3.

Symmach.
lib. 1.
Epist. 62.

Tullius
in Oratione

(Prin-

(Princeps Excellentissime) huic librum, etiam si minus nostra commendatione, tuo tamen Nominis divulgari necesse est.

At enim, quæ me necessitas coegerit, dicam, si patiari: obtinebit enim hoc opusculum à te præclarissimam, quam ab Auctore nullam habet gloriā, si tuo Nominis nobilitari non abnuis: Et quod nā maius ipsi decus, & ornamentum? Tu solus virtutum tuarum merito id ornare poteris, quod nos per vigili cura, atque animi pariter, & Corporis labore, cum maxima etiam sollicitudine, ac tripudatione perfecimus: Hæc vigiliarum anxietas, timorque nostrarum est: Tu vero (Princeps Excellentissime) quibus dedisti egrediendi audaciam, securitatis quoque fiduciam præstabis. Et nulla mihi maior fiducia, quam vel sola inscriptio Nominis tui; hoc enim dum in primæ paginae fronte legitur: debebunt tibi, si qui in hunc librum inciderint, quod ad primam paginā non lasi pervenient: imo & inscriptum vestibulo Nomen tuum, & mihi talanum apparanti timoris tutamen, & lecturis erit curiositatis illicium.

Vocat me, imo etiam compellit, velut in ius restitutionis insignis hæc tua Bibliotheca, quam omnis literaturæ voluminibus instructissimam habes; cuius abscrinijs tota ferè prodijt huius opusculi materies; dum enim tibi (Princeps Excellentissime) Fratribusque tuis, Dominis meis pro literarum huma-

Claud.
Mam.
ercus,
Epist.
ad Sidon.
ium.
Iulius
Firmic.
lib. 3.
Matth.
cap. 33.

Ioann.
Sar' sb.
Prol. in
libr. 2.
Polier.

Martial
Epist. li.
2.

niorum Didascalica; in eodem Musæo Præceptor ad
esset, quod ab eiusmodi studio vacabat, hinc nostræ
Methodo continuanda, per orium impendebat: qua-
re depromptas ex eius armarijs elucubrationes ip-
sa sibi Bibliotheca; tamquam restitutionis iure repos-
cit. Redeunt igitur ad te, quæ de tuis scrinijs sum-
pta, quid tandem sint, tibi vni debentur accepta.

Est autem hoc opusculum, quod minimum, ex la-
bore meum: quod potissimum, & maximum, ex be-
neficio tuum; immo totum tua Bibliothecæ beneficiū;
ergo quod tuum est, tibi iuræ redditur, ut solemus
Numini donaria, à quo accepta sunt, repēdere. Ete-

rum, ut aptè monet Saluianus: Cum offert Deo
quispiam facultates suas, non offerat quasi præ-
sumptione donantis, sed quasi humilitate sol-
ventis. Non ergo munus à me tantum offero, quod
respuas, sed tuum tibi reddo debitum, quod benignus
aceptas: si vero per agenda restitutio est humilita-
te solventis; dicam equidem iure cum S. Cypriano

Cornelium Pont. allocuto: Indulgentiam meretur
humilitas, quæ quo potest accessu, sublimitatis
vestræ manibus se porrigit atrectandam, non
gloriam mendicans, sed gratiam: & vere tuam
(Princeps Excellentissime) gratiam expētat, si mu-

nusculum hoc nostrum à tua Bibliotheca profectum,
ut tuū vel hoc iure digneris aspiceret: Grandis enim
prærogativa est in rebus humanis (inquit oport-
tunè S. Ambrosius.) ut aliquis operibus, & be-
neficijs faveat suis, nec meritum spectet alienū;

sed

sed in suæ gratiæ manus intendat, ne videatur
abrogare, quod ipse donavit.

Ipsū etiam operis argumentum, ad tuū me pa-
trocinium spontē venientem impulit volaturum. Di-
dascalica Methodus est concinnandæ Bibliçæ
Prælectionis de libris maximè Prophetarum;
Quod autem Prophetæ nisi ad Aquilam convola-
rent? Nam ut sapienter adnotat Angelicus Aqui-
nas: Aquila in Scripturis Ditiinis solet significa-
re Spiritum Sanctum, qui locutus fuit per ora
Prophetarum: Et enim Spiritu Sancto inspirant
elocuti sunt. Cuius ad inspiratione conspicuam vi-
sionum speciem adepti: quod observat S. Isidorus, Vi-
dentes appellabantur, quia videbant ea, quæ in
mysterio abscondita erant. Adeoque perspicax
eorumdem obtutus, non alio quam acutissimo
Aquila visu voluit aptius præsignari; quæ cla-
rissima oculorum acie est. Addidit insuper ani-
mos, ut sub Aquilæ alas, tutelamque properarem;
quod ex symbolica veterum doctrina tradit Petrus;
Præcipuum Aquilæ significatum est, ut oblatā
divinitus prosperitatem ostendat, Aquila cui nō
semper prospera, felixque fuit? Et mihi liceat
(Excellentissime Princeps) hanc à Regi stemmatis
Aquila felicitatem præ sagire, quæ oblatam divini-
tus opusculo meo prosperitatem ostendat.

Nec vero me latet, usitatū semper fuisse, opera sua
dicantibus, in eius quæ Patronū adsciscunt, laudes, &
encomia diffluere: mihi tamen aliter (cui satis nota

mei

Lib. 1.
ad Eccl.
Gastol.

Præfat.
de Car-
din. Ch-
rist. ope-
rib.

in Psal.
118.
Serim.
10.

Proæ.
cat. in
Evang.

2. Pet.
1. v. 21.

Lib. 7.
Ethim. c.
8.

Phil.
lib. 10.
cap. 3.

lib. 19.
cap. 10.

mei Principis modestia, & ingenuus pudor) allequiti
 erit temperandum. Iulio morante prudenter Iulio
 Triarii *Principis* quantum ad me pertinet laborabo, ut
 orationem, in eam quae modestiam Principis, mo-
 deratam in quae submittam. Nec in tuis consi-
 derabo, quid aures tuas pati possint, quam quid
 virtutibus debeat. *Ab his ergo recensendis cala-*
mum ex industria cohebui (Princeps Excellentissime.)
 Ne tibi isti verecundiae, aut laudes tuas, quae fa-
 cilis te fatigare possunt, quam nos satiare, om-
 nis versus ingereret. *Est in re quidem omnis operis*
pagina, omnis pagina periodus, omnis denique pe-
riodi versus nisi laudes tuas referret, perscriberet
insonaret. Fateor enim hoc unum mihi, & Calami
& vocis argumentum, velut in Symmacho praefi-
xum: Laus tua officio meo, hoc diu men-
te recolo, mihi iam exilit, atque ad panegyris mu-
gestit Oratio. Sed o debita maiori buccina officium
Occino cum Venantio Fortunato, quod ille de Rege
Sigeberto, & de rebus eius, & de rebus eius, & de rebus eius,
 Quis tibi digna ferat? Nam me vel dicere pauca
 Non trahit ingenium, sed tuus vigor amor
 Ast, quorsum ego, aut am, vetustissime tu, & do-
 mus Originem, ab usque Corduba restituta sub San-
 to Rege Ferdinando, & matrem tuorum armis
 Expugnata, quorsum, & Praecllentissimam generis
 claritatem videri Hispanos Dynastiam primariam a
 Regibus exortam, & Regi quoque sanguinis pro-
 ptor...

In Pa-
 negyr.
 Triarii
 Marti-
 al. Epif.
 tol. lib.
 Lib. 10.
 Epist. 2.
 Greg.
 Nazia.
 orat. 3.
 Lib. 6.
 eam. 1.

pagatricem aut Deceatorem Historicis, aut importu-
 nus adulator ab exordio recessum. Sed haec qui-
 bus linguis sufficienter explicanda sunt? Qua-
 poterunt facundia doceri? Quare me feliciter ex-
 cusat Prosper Aquitanicus: Si laudes tuas scribere
 aggrediar, & maiorum feriam, quae per te mul-
 tum illustratur, evolva: Onerosum me fore, &
 impudentem videri posse arbitror, qui vel tuis,
 ac tuorum praedicationibus ingenium meum par-
 esse praesumam, quae a me non oportuit recesse-
 ti, ne aut plura cotererem, aut pauciora percur-
 rerem. Verecundiae enim tuae onerosa foret etiam
 vera laudatio.
 En interim (Excellentissime Princeps) etiam vera
 Maiorum laudationi tuus pudor obsistit. Et super-
 fluum forte pudor, cum vera, & iure debita lauda-
 tio sit; Sed haec est ingenuitatis tuae tenera fronte,
 quae ad omne laudis lenocinium modeste rubescat.
 Dicam cum Ambrosio eximium eiusdem pudoris
 elogium. Ut frequenter in eo superfluam magis
 verecundiam praedicares, quam necessariam qua-
 reas: Huic ego parens, & obsequens desino: atque
 ut me monet Petrus Blesensis: Venativas adulationum
 blanditias, & omne tedium prolixitatis ab-
 cindo: Sed tamen dum industria tuis laudibus par-
 co, ut verum equidem fatear, Vereor ne excusatio
 mea ignoscenda non sit. Ast unum me affertim ex-
 cusat: quod de tui pudoris ingenuitate, visus est praes-
 di-

Ennod.
 P. neg.
 Theodo-
 rici.
 Epist.
 ad De-
 metriam.
 Lib. de
 Obitu Sa-
 tyri Fra-
 tris.
 Episto.
 16.
 Sym-
 mach.
 lib. 1.
 Episto.
 19.

Paneg. Traiani. dixisse Plinius. Magna, & invitata Principis gloria, cui opus dicaturus non tam vereor, ne me in laudibus suis parcum, quam ne nimium putet.

Atque hac dum accessi, verebar, ne fierem ex Dedicatore, concionator, ut nonnullos video, qui nacti virum Principem, cui opera inscribant, sua statim in principium virtutum encomia, & in hortatum non semel longius effusi, deformanda Principis institutione tantum laborasse videntur. Sed oppor-

Libr. 3. Epist. 18. tuné his obviam procedit Plinius: Nam præcipere, qualis esse debeat Princeps, pulchrum quidem, sed onerosum, ac propè superbum est. Ast indignus iste tua indole hortatoris labor est.

Neque enim externo monitore petendus

Statius. lib. 5. Virtutis tibi pulcher amor, cognata ministrar. Laus animo, &c.

Et videri posset lenocinij suspicio, nisi nota, perspectaque iam, vel à puero cunctis fuisset hac morum ingenuitas, & ut tibi nata, ac velut de te uno quondam prædicta illa Theodorici Regis commendatio:

Cassiod. lib. 2. Epist. 1. Qui in ipso pueritiæ flore maturis moribus lubrica frænauit ætatem, & quod rarum cōtinētiæ bonum est, Patre priuatus, grauitatis factus est filius: Cupiditatē inimicā sapientiæ subiugavit: vitiorum blanda contempsit. Quid inueneri ætate his laudibus maius? Dicat experiti mortales, dū illas in te (Princeps Excellētissime) sic celebrat Symmachus:

Cu-

Cuius pudorem vel primam facies, cætera bona longus usus expediet: dum easdem ita canit Ennodius.

Ille pudicitiam, quæ pulchro in corpore vernat.

Pulchrior, & casta ridentem luce figuram

Laudibus ad Cælum portat: decus illa profecto

Attulit huic facies, quæ multis causa pericli.

Hæc nisi de fumo, non dantur culmini Olympi.

Hæc & omnibus nota, & mihi singulariter ex intimis animi penetralibus, à prima ætate perspecta sunt: Itaque cum cæteris in venerationem tui pateant omnia illa: nobis ad colendum te familiaris, audacia sola superest. Sed non improbanda, inquam, audacia, quæ comitate tua humanitate quæ confissa te totum intuenti præsentavit: Ut plane in ambiguo sit, vtrum ne te magis nostris mentibus virtus, an obtutibus vultus insinuet. Atque hæc dum libenter commemoro, desinet saltem infiduciam audacia, & cum Symmacho repetam. Fiducia mihi styli, atque ingenij mei nulla est, sed tua benignitas ausus meos prouocat. Et hæc nempe spes fretus, quod aiebat Sarisberiensis: Inculzi styli librum hunc ad honorem tuum velut lapillum in acervum præconiorum tuorum cōieci, sciens quia sicut non habet vnde placeat exvnuistare;

Lib. 1. Epist. 41.

Plin. Proem. Histor. Nat.

Latinus Pat. g. Theodorij. Lib. 4. Epist. 45.

fic

Prolo-
in libr.
I. Poli-
crat.
Paneg
Gratia
ni.

sic ex deuotione scribentis non poterit displice-
re. Sed quid plura? Tuam denique in me humanita-
tem obtestatus, Claudio cum Ausonio:

Vnicor magnitudine, & redigor ad silentium,
Non ingratus beneficijs, sed oppressus.

V A L E.

Ac aeternum felix viue, ut iterum, semperque
votis omnibus optat, atque precatur.

Excellentissime Princeps.

Addictus ex animo

Excellentissima Dominatione vestra.

Jacobus de Montorio.

S. I.

Typographia lapsus ita corrigendi.

Pag.	6.	linea	22.	quod sic,	corrigere	quod si.
Pag.	57.	linea	1.	Molestè,	cor.	Molestæ.
Pag.	72.	linea	18.	Jupæos,	cor.	Judæos.
Pag.	109.	linea	3.	Patrebus,	cor.	Patribus.
Pag.	127.	linea	16.	lib. 6.	cor.	libb.
Pag.	129.	linea	20.	dicantis,	cor.	dicantibus.
Pag.	135.	linea	19.	scriptorum,	cor.	scriptorem.
Pag.	137.	linea	9.	præfrunt,	cor.	præferunt.
Pag.	147.	linea		materias,	cor.	Materia.
Pag.	193.	linea	13.	improbite,	cor.	improbitate.
Pag.	194.	linea	4.	erruberint,	cor.	errauerint.
Pag.	208.	linea	5.	cum sacra,	cor.	in sacra.
Pag.	259.	linea	8.	dogmata,	cor.	dogmat.
Pag.	271.	linea	23.	peritiæ,	cor.	peritia.
Pag.	279.	linea	18.	priorum,	cor.	proprium.
Pag.	280.	linea	23.	nota,	cor.	nata.
Pag.	287.	linea	3.	tuntam,	cor.	tantam.
Pag.	301.	linea	16.	vagandi,		adde labore.
Pag.	321.	linea	23.	diuifa,	cor.	diuifas.
Pag.	332.	linea	8.	allegatis,	cor.	allegantis.
Pag.	333.	linea	20.	facci,	cor.	saeri.
Pag.	338.	linea	21.	eiufdem,	cor.	eisdem.
Pag.	362.	linea	7.	figuratam,	cor.	figuratum.
Ibid.		linea	14.	Metahpora,	cor.	Metaphora.
Pag.	370.	linea	13.	figurataa,	cor.	figurata.
Pag.	376.	linea	13.	de verb,	cor.	de uera.
Pag.	393.	linea	28.	eiufdem,	cor.	eisdem.
Pag.	396.	linea	20.	accionibus,	cor.	actionibus.
Pag.	412.	linea	21.	significant,	cor.	significantur.
Pag.	447.	linea	22.	ratio,	cor.	toto.
Pag.	481.	linea	17.	salutationes,	cor.	saltationes.
Pag.	509.	linea	ult.		cor.	6.

Pag.	535.	linea 22.	Mathaeos,	cor.	Matheos.
Pag.	581.	linea 20. & 6.		cor.	v. 6.
Pag.	584.	linea 11.	supplicio,	cor.	supplicio.
Pag.	595.	linea 1.	fiat,	cor.	fit.
Pag.	705.	linea 12.	glomerata,	cor.	glomerata.
Pag.	772.	linea 5.	ess,	cor.	esse.
Pag.	793.	linea 23.	facris,	cor.	facri.
Pag.	817.	linea 8.	Præceptionis,	cor.	Præceptiones.
Pag.	840.	linea 3.	Argumenandi,	cor.	argumentandi.
Pag.	855.	linea 11.	affert,	cor.	afferet.
Pag.	vlt.	linea 2.	pertractata,	cor.	pertractata.

Librum hunc vidi nomine scriptum. Methodus Didascalica fabricandæ Biblicæ prælectionis, correspondet suo exemplari demptis his mendis. Datum Matriti 23. Decembris, anni 1677.

Lic. D. Josephi Marini.

PRÆLECTORI.

SVSCEPTI OPERIS RATIO,

Et causa.

Angebar equidem animo, studiose Lector, vt primum ad sacri voluminis interpretationem maiorum imperio laborem, studiumque meum appuli, cum sacrae Prælectionis fabricandæ difficultates mente replicabam, quas ego met statim expertus sum; & quibus, vt verum fatear, multi defudant, ac laborant eorum quoque, qui Theologiæ Laureâ insignes ad sacrae paginae volutionem quandoque coguntur accedere; tunc maximè, cum pro colluctandis, obtinendisque vel Doctorum gradibus, vt vocant, aut Canonicis etiam Ecclesiarum dignitatibus, de diuini textus interpretatione certamen est in eundum.

Hæc enim Theologiæ pars, quam Expositiuam ab exponendi munere compellant, nescio quo malo fato eam ab studiosis etiam incuriam, ne despectum dixerim, sibi tam iniquè merita est, vt in hoc exculito literis sæculo, non adeò multos inuenias, qui super sacri Codicis textu fabricandæ Prælectionis ideam, speciemvè, aut methodum studiose curauerint: quod sanè illi ostendunt haud obscure, magno & sacrae eruditionis dedecore, & sui ipsorum pudore, dum arcani textus Prælectionem agrediuntur imparati, omniquè interpretandi peritiâ extorres. Sed ne longum, & sine scopo præfari videar, apertam tibi animi sententiam proferam.

Ingeniosus nostræ Societatis cum primis Auctor Ioannes Martinez de Ripalda vtilem illam quidem, & expeditam explanationem, in quatuor sententiarum Libros emisit, multis post sæculis opus profuturum: tam inibi breuiter, quam dilucide Magistri (vt aiunt) literam interpretatus, cuiusque distinctionis theorematâ, seu conclusiones seorsim digestsit, & quod multo gratius, & vilius nostra hac tempestate Theologis est, ex penitissimis cuiusque visceribus, quæ singulis distinctionibus apertè respondeant, sedulo quæstiones eduxit, suo quamque titulo inscriptam seposuit; tum demum assiduo vultus lectionis labore, suos cuilibet tractatores affixit: cum enim in literalibus

certa-

certaminibus (oppositiones vocant) ex quatuor Magistri Sent. Libris Theologicarum disputationum themata sortitò designari, & eligi iam in more sit, rem ille iucundam, & perutilem certaturis se facturum arbitratus est, qua & molestas contendendum vigilias sopiuit, angorem leuauit, sudoremquè deterisit; eamquè sibi auctoritatem, iam demum conciliauit in Theologiae theatris, vt reclamantibus eiusdem palmæ Antagonistis super excitatæ quæstionis opportunitate, an è Magistri textu fuerit legitime nata, sit satis superquè responsum, illam sub eo distinctionis articulo à Ripalda inter excitas adnumerari, cuius arbitrio subortum ex super lite diffidium tandem sedatur.

Ecce tibi suscepti nostri laboris, vt sic dixerim, ansam, occasionemque arreptam: inuenit ille, fateor, qua ratione, ac methodo Theologis in Scholastico pulvere certaturis subveniret, cuius equidem operis ductu, aut similitudine, idem quoque subsidium sacræ paginæ interpretibus afferre conatus sum; nauaturumquè me ijs operam haud omnino inutilem suspicabar, si quæ fortè concinnandæ huiusmodi Prælectionis ideam, speciemuè, aut methodum conatus essem, sin minus perficere, saltem meditari. Nullus verò, quem equidem sciam, sacri Codicis Interpretum hoc argumentum ex instituto aggressus est; an fortè quia per accliuè sudantes perterruit arduitas? Vel quòd implexam tot difficultatum sylvam penetrare non ausi, intentatam reliquere? Nihil assero; vnum illud non inficiaberis, Scholasticas quæstiones, vt pote quæ certum sequantur filum in Theologiae Labyrintho, firmas, statasquè sedes habere, vel apud quatuor sententiarum Libros, vel in tribus S. Aquinatis Thomæ Partibus, quem illæ scopum, velut fixam in Theologico firmamento cynosuram aspiciunt; à qua nec possint, nec debeant aberrare: tum quod singulis cuiusquè materiæ tractatibus suis indicitur situs, limelquè præfigitur, vt quo quæquè loco, & Auctore inuenienda quæstio sit, vel ipsi Scholarum tyrones optime nouerint.

At verò in Expositiua Theologia tam late patens campus distenditur, nullis limitibus certus, aut certis indicibus notus, vt multum diuquè in eo peregrinentur Interpretes,

Incerti quòd fata ferant, vbi sistere detur.

Præterea quòd tam distita, & veluti abrupta, dissipataquè difficultatum fila, in nodum illigari, vel in vniam coire telam non facile possint. Quis enim pene infinita quæstionum dubia, quæ in quouis

quouis maximè Propheta passim possunt excitari, sub certæ cuiusdam, ac determinatæ, quod aiunt, materiæ leges, ac iura coercuit? Quis cuiusquè tractatus fixos, statosquè situs, ac locos, in sacro volumine quolibet, aut capite dignouit? Quis tam immensum pelagus, in breues angustauit Euripos, vel vt olim Augustino mirante, exigua concha complecti conatus est? Quis tam dissonas fidium voces in vniam copulauit harmoniã? Quis demum Auctor de quaquè Biblica obseruatione tractatum separatim emisit, & in vniam materiæ seriem, ordinemque digessit? Quis tam varios, ac multiplices vndarum canales, in diuersa fluentes, ad vniam fontis caput revocauit?

Et sane si paucos excipias Serarios, Salmerones, Marios, Bonfrerios, Cornelios, & alios Prolegomenon scriptores, non adeò multi suppetunt, qui digestam tibi, & ordinatam rerum materiam suppeditent; vnde Sacram Prælectionem plenè, atque methodice, vt dicam, possis concinnare. Quin etiam, modo verum non inficere, penè omnes facultatis Biblicæ Auctores, qui de sensibus, vt plurimum, de Diuinæ paginæ auctoritate, de phrasibus, siuè idiotismis, de interpretandi Canonibus, de textuum antilogijs, ac de similibus, multa passim emisere, sic vnuersum, & in confuso, quod aiunt, quæ ad omnes simul Sacræ paginæ Libros spectent, attigerunt, vt si propriam, & germanam cuiusquè textus speciem (vt Iure consulti dicunt) ex congesta illa rerum mole, coneris elicere, & nativam veluti signare materiem, vel immani, & casto tibi labore sudandum erit; vel nihil exinde decerpas, nisi quod omnibus iunctim Sacræ Scripturæ locis, aut Libris commune sit, & generali quadam cunctis obseruatione conveniat: tantum enim quod omnibus vnuersum deseruiat, sub communi quodã documento, quos habes Scriptores, ediderunt.

At, quanàm verò ratione, ac methodo ex quolibet textu, aut capite, quod fors obtulerit prælecturo, movenda, & ventilanda quæstio sit, quæ sacræ Prælectioni fabricandæ copiosam segetem suggerat, & Scholarum in morem controuersiam offerat, tum argumentorum apparatu, & Auctorum, sententiarumquè varietate, hinc inde agitandam, quibus ex sedibus in Sacræ paginæ interpretatione argumentationes ducendæ, quibus nec tendæ, & arctandæ nodis, vt integram, & eo amplius, si fuerit opus, horã Prælector differendo possit explere, id inquam, hucusque fateor in votis habui, quin hanc exprofecto Prouinciam vllus, quem

ego sciam, obicit; ego verò tantum attentavi; utinam non irritato conatu.

Quid autem Sacrae paginae studiosis, nostra in hoc labore vota praestare satagant, non est cur morosus in limine pluribus referam, ipsi forsitan experti postmodo noverint; unum sciant, velim, hanc concinnandae Praelectionis methodum facilius affecturos, qui in Scholasticae concertationis arena, diu multumque versati rem omnem disputando tractare soliti sunt, & difficilem quamque materiam agitatis utrinque quaestionibus ventilare: reliqua demum, quae ad plenam Methodi notionem eum monitum velim, cuius haec legendi aut studium, aut certe curiositas animum incesserit, subsequens aut Prologus, aut Praelocutio ex varijs Auctorum sententijs, nullius profus vocalae immutatione, adamussim concinnata, palam exhibebit.

Clau. Mam.
Praef. in lib.
de stat. Ari.
Nebrius
inter Augu-
stin. epist.
245.

Chrysof.
cont. Anom.
Homil. 6.
S. Damasc.
Logi. cap. 2.
Ueger. Prol.
lib. 4. de Mil.
Paschas.
Prol. lib. de
Corp. & S. g.
Dom.

Aufon. Praef.
ad Centon.
Hugo. Vict.
erud. Didasc.
lib. 3. c. 14.
Cassio. Praef.
Dinin. lect.

Tulli. Praef.
lib. 1. ad He-
renn.

Greg. Nyss.
Praef. tract.
in Psalm.

S. Boë. Dam.
c. 2. Logie
S. Aster. Ho.
in Fest. Kalè.

*VT QVISQVE LECTVRVS E PRAEFATIONE
percipiat styli nostri seriem.*

Festinanti mihi ad rem pervenire nullum procemium, nullum placet exordium;

Vnde igitur Sermonis exordium sumendum?

Nihil porro meum dicam, verum quae sparsim a diuinis, & eruditjs viris dicta sunt, in unum congesta proponam.

Ex diuersis Auctoribus in ordinem digeram, nec laboris pigebit, cum omnibus profutura condantur.

Nunc verò eorum proprijs verbis utens, quae apta erant, meo studio temperavi.

Accipe igitur opusculum de inconnexis continuum, de diuersis unum, de alieno nostrum.

Malo aliena verecu adè discere, quam mea impudentur ingerere.

Quoniam quicquid de priscis sub laude Domini dicitur, odiosa inconstantia non putatur.

Nunc, ne nimirum longa sumatur oratio, de re dicere incipimus.

Ante omnia autem oportet, descriptionis huius scopum, ad quem dirigitur, considerare.

Age: quid nobis in hoc Libro propositum sit, prius exponamus, ut hac ratione facile percipi possint, quae dicemus.

Et siquid forte eiusmodi quod rationem, aut scopum non habet, merae nugae sunt, & rem ineptam, & absurdam!

Pro-

Propositum quidem negotij est, *Methodum* invenire, per quam possimus ratiocinari de omni proposito Problemate.

Pro comperto habentes, non licere vilius artis scientiam nancisci, nisi & Methodum quamdam habueris per vniuersalia vocata theoremata, & in partitularibus te exemplis exercueris.

Nam scire quid facias, & ordinem nescire faciendi, non est perfecta cognitionis; ita ordinis ignoratio conturbat negotiorum naturam.

Nullam verò dicere maximarum rerum artem esse, cum minimarum sine arte nulla sit; hominum est parum considerare loquentium, atque in maximis rebus errantium.

Ego quid acturus, qui nullum praevium sequens, pessimum, ut dicitur, Magistrum me ipsum habeo:

Et merito, quia qui se sibi Magistrum constituit, stulto se discipulam subdit;

Sed labor nobis antiquorum omnino servandus est, ne nos Auctores earum rerum mentiamur, quorum sequaces esse cognoscimur.

Nos enim in Discipulorum adhuc ordine annumerandi sumus.

Magnum, & praclarum est docere; at discere periculo vacat:

Eorum igitur more, qui satis putant ignavis viarum quasi notas qualdam itineris, & semitas demonstrare,

Aggrediar, non tam perficiendi spe, quam experiendi voluntate.

Non debet hic labor meus cuiquam pigro, aut multum docto, videri superfluum, cum multis impigris, multisque indoctis, inter quos etiam mihi, non parva ex parte sit necessarius;

Sed tantum modo intentionem, & diligentiam circa scripturas Diuinas opto assequi, & hanc ipsam ut docenti studio possim discere.

Quia vitae meae, & propositi conscius sicut Diuinae legis me studium habere non denego, ita Doctorem dicere non praesumo,

Id mihi negotij exoptans dari, ut eis saltem proficiam, quibus desudo.

Neque praesumptio notari potest, quoniam cum haberent, vnde discerent, affectum potius, quam magisterium quaesuerunt meum.

Si autem id non pro venerit, & hoc ipsum infructuosum saltem non erit, quod prodesse tentavi.

Aristot. lib.
1. Topic. c. 1

Galen. lib.
9. Method.
cap. 6.

S. Ambros.
Serm. 4. in
Psalm. 118.

Cicero. lib.
2. Offic.

S. Hierony.
Proem. in
lib. de Script.
Eccles.

S. Bernard.
epist. 87.

Cassiodor.
Prolog. in
Orthograph.

Ioan. Clim.
Praefat. ad
lib. de Grad.

S. Nazianz.
orat. 26.

S. Ambros.
lib. 3. in Luc.

Tullius. in
Orat.

S. Augusti.
Proem. lib.

3. de Trinit.

S. Ambros.
lib. 1. Offic.
cap. 1.

Iunilius,
Praef. in lib.

de part. Div.
leg.

Paschas.
Prol. lib. 4.

in Matth.

S. Ambros.
lib. 2. de Vir-
ginib.

Salvian. Prae-
fat. in lib. de

Providens.

S. August.
epist. 146.

Vegetius,
Prol. in lib.
1. de Milit.

Primasius,
Prol. in Apoc
Cassiodor.
Præf. Orto-
graph.

S. Augustin.
Princip. Div
lect. c. 10.

Paschas.
Prol. lib. 4.
in Matth.

Rupertus,
Præf. in lib.
de Victor.

Sixt. Senen.
lib. 3. Bibl.

Clem. Alex.
lib. 8. Stro-
mat. c. 1.

Lucian. de
scribend. His-
tor.

Philip. Abb
Vit. S. Amā
di.

Plinius, lib.
8. epist. 23.

Mart. lib.
epig.
S. Nazianz.
orat. 37.

S. August.
de Bono ser-
vuer. c. 21.

Phocas,
carum. de ar-
te sua.

Itaque si quid hic inconditè, atque incultè dictum legeris, vel si totum ita esse perspexeris; doctrinæ da operam, linguæ veniam;

Licet in hoc opusculo nec verborum concinnitas sit necessaria, nec acume ingenij, sed labor diligens, ac fidelis, ut quæ apud diuersos disciplinam docentes, dispersa, & involuta celantur, pro utilitate proferantur in medium.

Quorum lectio, qualem studiosis sit latura profectum experto melius, quàm nostra pollicitatione probabitur.

Vbi plus utilitatis inuenies, quam decoris.

Vtrum autem conatum meum hæc facultas sequatur, tu iudicabis.

Eos verò quibus nostra non placuerint, ut quiescant derogare, priusquam pernoscant, quæso.

Iam nunc opus hoc ingrediens, dignum arbitror, ab ipso vocabulo exordiri, id est in primis dicere summam causæ, cur vocetur.

Primum igitur omnium artem exponendi Sacras Literas, eam dicimus, quæ præceptiones, ac regulas docet, ad elucidationem Diuinæ Scripturæ necessarias.

Quænam autem fuerit alia melior, aut evidentior Methodus ad principium talis doctrinæ, quàm nomen propositum tam apertâ oratione persequi, ut id assequatur quicumquæ eadem voce utuntur.

Quam obrem; absit & nobis hæc invidia promissionis, ut artem aliquam rei ad eam magnæ, ac difficili, nos inuenisse, dicamus.

(Facile, noua, cudentibus accedit invidia.)

Nam quotus quisque, vel ætati alterius, vel auctoritati ut minor cedit? Statim sapiunt, statim sciunt omnia, neminem veretur; imitantur neminem, atque ipsi sibi exempla sunt.

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Enim verò, id quod quibusdam quoque alijs fortasse in mentem venit; ego tamen animi mei foetum esse existimo.

Sed ita hæc non dixi, ut ante me nemo dixerit.

Ars mea multorum est, quos sæcula prisca tulerunt,

Hanc noua, sed breuitas afferit esse meam.

Omnia cum veterum sint explorata libellis,

Multa

Multa loqui breuiter, sit nouitatis opus.

Cum igitur de qualibet arte agimus, maximè in docendo, vbi omnia ad compendium restringenda sunt, & ad facilem intelligentiam revocanda sufficere debent, de quo agitur quanto breuius, & apertius potest explanare.

Admonitionem autem quamdam parvam, & præceptiones hæc modicas scribentibus subministrabo, ut exædificationi saltem vnâ cum illis adsum.

His enim remedijs Lectoris animus introductus saluberrimam Scripturarum seriem provocatus excurrit.

Quod si quis nos præsumptionis arguit, arguat potius sedulitatis.

Nihil enim hic meum dixerim, nisi quod in diuersis reperta libris, prout potui, breuiando transcripsi.

Expositio mea, multorum eruditissimorum est Doctorum, quos antiquior tulit ætas; sed proprio commendatam stylo, nouitas facit esse meam, ita ut tractatus, qui de omnibus colligitur, vnus verè videatur, & specialiter esse meus.

Industrius autem habetur, nõ qui alienam dispositionem, atque ordinem transfert, sed qui noua dicendo etiam proprium corpus conficit.

Inuenta enim à maioribus, curiosius cum indagassent posteri, occasione successoribus suis, qui hæc inuenta cum diligentia adijssent, tradiderunt, ut vnũ n veritatis corpus cum sapientia coniungerent.

Hoc quippe passi sunt summi Philosophi, hoc Poetæ nobiles, hoc nostri Doctores; sed tamen omnes priorum sectantes studia, ex eorum sensibus, præstantiora posteris condiderunt.

Noua, omnia erant, primo tentantibus, post eadem, illa limata sunt, & siquid inventum est, illis nihilominus referri debet acceptum.

Et sæpe abiectus quispiam, & vilis inuenit, quod magnus, & sapiens vir præterit.

Enim verò conatus ipse præclarus est, ut ab alijs prætermissa conquiramus.

Et qui præcesserant, non præcipuisse mihi videntur, quæ dici poterant, sed aperuisse.

Fatemur ea quoque, illorum esse muneris, qui primi quærendi

Hugo Viæ.
erud. Didact.
lib. 3. c. 6.

Lucian. de
scribend. Hist.

Cassiodorus
Diuin. lect.
cap. 2.

S. Ambros.
lib. 2. de Vir-
ginib.

Hugo Viæ.
Præf. lib. de
Sacram.

Paschas.
Præf. lib. 6.
in Matth.

Iosephus,
Prol. de Bel-
lo Iudaico.

Origens,
tom. 1. 6. in
Ioann.

Paschas.
Prol. lib. 1.
in Matth.

Seneca. 6.
99. Nat. c. 5.

S. Chrysol.
Homil. de
serenit. repre-
hens.

Socras. orat.
ad Nicodem.

Senec. Epi-
stol. 79.
Plinius, lib.
2. cipi. 15.

¶¶ 3

vias

vias demonstraerunt.

Sed post priorem studia, in domo Domini, quod possumus, laboramus.

Munitior enim semper est, qui sequitur, quam qui praecedit.

Sed etiam si omnia a veteribus inventa sunt, hoc semper novum, erit usus, & inventorum ab alijs, scientia, & dispositio.

Verum tamen, & si ita loquar, non adeo frustum iactantiae diligo, ut me ad eorum scientiam, aut menta attingere pollicear.

Sed quia nobis propositum non est, exponere cuncta per ordinem, sufficit haec succincte, quae huic negotio competunt praelibasse.

Consequens ergo dictis erit, & ad quot, & quae sit utilis haec methodus dicere.

1. Sunt quaedam praecipua tractandarum scripturarum, quae studiosis earum video, non incommode posse tradi, ut non solum legendo alios, qui diuinarum literarum opera aperta aperuerunt, sed & alijs ipsi appetendo proficiant.

In qua quidem tractatione ita versabimur, ut & accurata, & clara sit oratio, & singula capita inter se distincta, particularimque diuisa habeantur, quo facilius Lectores omnia intelligant.

Sed tamen non abs re fuerit, etiam ipsos admonere hic, ut melius, aut rectius componere ratiem possint adhibita hac, quasi quadam regula, si modo recta eadem ipsis videbitur.

2. Omnia enim breviora reddet ordo, & ratio, & modus.

Quando instructionis non minimum videtur esse compendium res suas latissime, paucis sermonibus indicare.

Et quia longum est, ire per singula, vel paucis aperire compellimur.

Non omnia dicenda sunt, quae dicere possumus, ne minus utiliter dicantur ea, quae dicere debemus.

Nam si quantum de quaque re dici potest, persequamur, finis operis non reperietur.

3. Adtunge, quia diligentior semper esse debet, qui sequitur.

S. Hieron. Praef. in Petat.
Egess. lib. 2. de excidio, cap. 19.
Seneca, Ep. 64.
Paschas. Prolog. lib. 1. in Math.
Petr. Dam. lib. 2. Ep. 5.
Aristot. lib. 1. Topic. c. 1.
S. August. Prolog. de Doctr. Christ.
Moyf. Barceph. Prooem. de Prae. 1. c. 1.
Lucianus, de scrib. Histoy.
Quintilian. lib. 12. c. 11.
Cassiod. Diuin. lect. c. 2.
Chrysof. Serm. 96.
Hugo Wict. erud. Didasc. lib. 3. c. 6.
Quintilian. Prooem. lib. 1.
Cassiod. 8. var. Ep. 20.

Et sequaces recentioribus institutis ad praecipua scripturarum opera instantius meditanda incitari non ambigo.

Quando praecedenti exemplo audacior redditur sequentis imitatio.

In qua etiam cum multum actum erit, omnis tamen aetas, quod agat, inveniet.

4. Quaedam frustra disertissimorum virorum, velut quodam in vno vestimento contextuit, ut membratim possit adunata collectione cognosci, quod sub vno corpore nequaquam potuit inveniri.

Nam si confectam, & paratam iam vestem darem, vestis esset mea, qua alius vteretur; & forsan non habitudine staturae, & corporis, res alteri facta, minus congruens haberetur.

Stamina tibi, atque subtegmina, & licta, praeparabo: tu pulcherrimam vestem ipse conficito.

Vt non tam tractatum meum, videar tibi misisse, quam materiam tractatibus praebuisse, quae res in usum singulis proficiat utilitate multorum.

5. Vnde nemo me, quae so, reprehendat, quia volui in hoc negotio deservire, & fugaces sententiarum sensus, saltem his, qui minus intelligunt, eorum ad incitanda ingenia literis alligare;

Tibi vero iam relinquens ista, & ornare, & clarius differere, atque ea, quae defunt, implere;

Non est ergo magnum, vel mirum, si in vno aliquo aliquid possumus addere, quod ad maiorem evidentiam, vel plantorem intelligentiam, possit proficere.

Vel etiam diuersa simul compilantes, quasi de multis coloribus, & formis, vnam picturam facere.

Hac si ut conquisitum conscripsimus, ita diligenter fueris confecturus, & nos industrię fructus ex tua scientia capiemus, & tute nostram diligentiam laudabis.

Omnia vero, tuo reservantur examini, ut tibi maior, & iustior corrigendi, quam mihi scribendi gloria debeat.

Quia probantis auctoritas, plus aestimabitur, quam scribentis.

Verum, quae in charitate tibi sunt conscripta, cum charitate accipito, ea quae apud te ipsum augeto; quippe qui sis nobis magis idoneus, & quasi semina quaedam, atque occasionis a no

Paschas. Prolog. lib. 1. in Math.
Cassiod. Diuin. lect. c. 8.
Seneca, 99. Nat. lib. 6. cap. 5.
Cassiod. Diuin. lect. c. 2.
S. Cyprian. Praef. de exhort. Marty.
S. Hieron. Prooem. lib. 1. in Ierem.
S. Cyprian. Praef. de exhort. Marty.
Paschas. Praef. lib. 8. in Math.
Ioann. Clima. Prooem. de Gradib.
Richar. Uiciori. Prolog. tract. de Tabernac.
Hugo Wict. erudit. Didasc. lib. 3. cap. 4.
Tullius, lib. 2. ad Heren.
Ioan. Sarisber. Prolog. Politrat.
Alcuin. Praefat. in lib. de Trinit.
S. Ephem. Prolog. Adhort. de virt.

bis capiens, in tuæ mentis latitudine fructificare facias.
 Senec. epist. 64. Multum adhuc restat operis, multumquæ restabit, nec ulli nato
 post mille sæcula præcluditur occasio, aliquid adhuc ad-
 iaciendi.
 Paschas. Prol. lib. 5. Studiofiores verò, quæso, dignentur nostra legere. quibus satisf-
 in Matth. 23. facere volui, requirentibus ampliora;
 Petr. Dam. lib. 7. epist. 5. Non hæc exactè tractamus, sed succinctè, celeriterquæ trans-
 currimus;
 S. Nazianz. orat. 3. Neque enim nobis vacat longius, quàm præsentis instituti ra-
 tio ferat, sermonem producere.
 Tertul. de Car. Christ. cap. 25. Vt autem clausulam de præfatione communi faciat.
 Casiod. 2. var. 7. (Quia non est sapientiæ profutura contemnere.)
 S. Gregor. Nyssen. tra. 1. de script. Psalm. Necessarium quoquæ duxi, de tota inscriptione, introductione
 quamdam præmittere, ad accuratiorem latentis sententiæ
 intelligentiam.
 Pomp. Mel. Procem. lib. 1. Id quòd facilius sciri possit, atquæ accipi paulò altius summa re-
 petetur.
 Haym. in Psalm. 1. Accipe igitur, quo breviter dicta, brevius computen-
 tur.
 Sext. Ruffi. de Hist. Rom. Claud. Ma. lib. 3. de stat. Anim. c. 14. Quæ sparsim, & differta, quæquæ, uti arbitror, evicta sunt, col-
 lectim, strictimquæ, & veluti punctim sub mentis oculum re-
 degi, & revivenda simul, renovandaquæ congesti.
 Valer. Max. lib. 1. initio. Vt documenta sumere volentibus longæ inquisitionis labor
 absit.

C E N S O R V M

Indicia.

IVssi, Superiorum præscripto, hoc super recenti opere, cui titulus est *Methodus Didascalica fabricanda. Biblica Prælectionis ex libris maximè Prophetarum in Oppositorum subsidium concinnata*, à Patre Didaco de Montebrio Societatis nostræ, Sacrarum olim literarum in Granatensi Collegio Interprete luculentissimè elaborato iudicium ferre, utrum ne satius foret diffusam panegyrim, quam censuram præfigere hæsitauimus; quandoquidem insolitum, quod legenti affulget, scripturarum lumen cum veteri Sanctorum PP. gravitate, cum utilitate novitas, cum novitate claritas, cum claritate vbertas tam amico glutine foederantur, ut quæ alioqui confusionem parerent, perspicuam hic ingerant delectationem. In quibus non minore admiratione dignum, hominem Religiosis muneribus adstrictum, additum concionibus, Principum consilijs interceptum tantam, tamquæ multiplicem comparasse Auctorum notitiam, quos legerit, perlegeritquæ evolverit, digesserit, & tam aureo stylo catenatam, latinæquæ venustatis (ut Auctoris est) elegantia expolitam in vnam hanc *Didascalicam* sane *Methodum* redactam fecerit coalescere. Non tamen aded mirum illis, qui Auctorem noverint, is enim semper fuit, qui nullum vnquam librum vidit, quem non legerit; (ut ex asse M. Ant. Mureti de Plin. testimonium adaptemus) nihil cognitu dignum legit, quod non excerpserit, nihil excerpserit quod non in literas retulerit. Itaque vnum ipsius opus instar ingentis Bibliotheca videri potest. In lucem igitur tam dignum luce opus prodeat, ut quem in Gymnasijs docentem, è suggestu concionantem sumus demirati, avidius præ manibus habitum ebibamus, & laureatus oratorio spiritu (ut Ambrosius alibi) scriptis coronetur suis, ut pote quæ contra Religionem, orthodoxamquæ fidem nulla; imò plurima protuendis, enodandis, extricandisquæ ipsius fidei arcanis ingeniosa elucubratione protulerit, morumquæ integritati idonea suggererit, omnium, & præcipuè eruditorum palato copiosa suavitate fecerit satis, dum diuitem Gyges annulum,

aut

aut Sacræ Amalthææ cornu inescendis eorum ingenijs offert,
vnde etiam in communes vsus non communes sumptus va-
leant expromere. Vnde serid̄ censemus opus dignissimum
quod prælo, publicæquè lectioni mandetur. Datum Cordubæ,
die 16. Iulij, anno 1675.

Florentius de Medina,
Prim. Magist.

Nicolaus de Burgos
Vesp. Cath. Moder.

Aloisius Bernaldo,
SS. Liter. Interpr.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
Societatis Iesu in Prouincia
Bætica.

Ego Martinus de Guaznabar, Prouincialis Societatis
Iesu in Prouincia Bætica, potestate ad id mihi fa-
cta à Reuerendo admodum Patre nostro Ioanne
Paulo Oliua, Præposito Generali eiusdem Societa-
tis, facultatem concedo, vt liber inscriptus: *Metho-*
dus Didascalica pro concinnandis Scripturæ Praelectionibus à P. Ia-
cobo de Montefrio Societatis nostræ compositus, & eiusdem
Virorum gravium atque sapientium iudicio examinatus typis
mandetur. In quorum fidem has literas manu nostri à subscrip-
tas, ac nostri Officij Sigillo munitas dedimus in Collegio nostro
Guadigenfi, die octava mensis Octobris, ann. 1674.

Martinus de Guaznabar.

FACVL-

APRO-

APPROBATIO R. P. IOANNIS
de Cardenas in Provincia Baetica olim
Provincialis.

EX commissione D. Doctoris D. Gregorij Bastan & Arostegui, Sanctæ Hispalensis Metropolitanæ Ecclesiæ Prebendati, Prouisoris, & Vicarij Generalis Diocesis Hispalensis pro Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Ambrosio Ignatio Spinola & Guzman, Archiepiscopo Hispalensi, accuratè legi Librum, cuius titulus est: *Methodus Didascalica fabricanda Biblicæ Prælectionis ex Libris maxime Prophetarum, in Oppositarum (vt vocant.) subsidium concinnata.* Cuius Auctor est eruditissimus P. Iacobus de Montefrio nostræ Societatis. Et in primis censeo Methodum hanc nihil continere aduersum Fidei Catholicæ, aut bonis moribus. Deinde illam fore vtilissimam, non solum Oppositoribus, qui in hac Methodo inuenient sacram, & pretiosam supellectilem, multam nimis ad Prælectiones suas Biblicas apparandas, exornandas, ditandas, verum & alijs quibusque Sacrarum Literarum studiosis, quibus magna eruditionis ianua aperitur ad recondita Sacræ Scripturæ arcana perscrutanda, ad ditissimos Expositiuæ doctrinæ thesauros affodiendos. Ostendit enim hæc Methodus magnam Biblicæ Sapientiæ comprehensionem, assiduam meditationem, immensam Patrum, & Interpretum lectionem. Sed inter tot doctrinæ splendores novus alius splendor affulget, noua scilicet Methodus arguendi circa Expositionem Sacrorum Bibliorum, ingenio Auctoris inventa, locupletata, & ad amulsum artis Aristotelicæ exactissimè architectata. Quare iudico Methodum hanc toti Republicæ literariæ suffragaturam, ideoquæ dignam esse, quæ publicam lucem videat. Sic censeo in hac Domo Professorum Societatis Iesu Hispalensi. Die 16. Septembris, ann. 1676.

Ioannes de Cardenas.

LICENCIA.

EL Doct. D. Gregorio Bastan y Arostegui, Racionero de la Santa Iglesia Metropolitana desta Ciudad de Seuilla, Prouisor y Vicario General en ella, y su Arçobispado, por el Illustrissimo, y Reuerendissimo señor D. Ambrosio Ignacio Espinola y Guzman mi señor, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Arçobispo desta Ciudad, y Arçobispado, del Consejo de su Magestad, &c. Por la presente, por lo que me toca, doy licencia para que se pueda imprimir, è imprima vn libro intitulado *Methodus Didascalica fabricanda Biblicæ prælectionis, &c.* cuyo Auctor es el Padre Diego de Montefrio, de la Compañia de Iesus, por quanto ha sido visto, y examinado por comission mia, atento á que no contiene cosa que lo impida, sobre que ha dado su censura, y parecer la persona á quien lo cometi, la qual censura, y esta mi licencia se imprima al principio de cada Volumen. Dada en el Palacio Arçobispal de Seuilla en 18. dias del mes de Septiembre de 1676. años.

Doct. Bastan.

Por mandado del señor Prouisor.

*Antonio de Espinola,
Not.*

CENSURA R. P. IGNATII
de Zuleta, Societatis Iesu, Caroli Se-
cundi Hispaniarum Regis Catholici
Concionatoris, in Regione Supremo
Fidei Senatus Qualificatoris, & in eius
Sacratiori Consultationum ordi-
nario consessu specialiter
deputati.

Supremi Regij Senatus de Libro cui titulus est: *Methodus Didascalica fabricanda Biblica Praelectionis ex Libris maximè Prophetarum, Auctore P. Iacobo de Montefrio, Antiquariensi Societatis Iesu, in Granatensi Collegio quondam Sacri Voluminis Interprete, videndo, meâque super illius editionem sententiâ ferendâ mandata libens accepi, & libentissimus petegi, illius enim lectione delectatus simul & edoctus, multa didici, singula probavi, & cuncta eruditione ditissimè referta, & pulcherrimâ dispositione coaptata conspexi. Non tantum enim nouis Sacræ paginæ Prælectoribus, quorum vsui præsertim Auctor suum opus destinavit, est apprimè utile, sed & cunctis Sacras Literas tractantibus; seu illas è suggestis ad Populum proponant, seu in Scholis interpretationibus disquirant, seu scriptis commentationibus elucident, maximo erit adiumento, cum quidquid in protixis voluminibus, & in diffusis, & sæpe confusis Interpretum Prolegomenis sparsim operoso erant labore quæsituri, hîc facili prospectu, aptâ methodo, & locupletissimâ eruditione inueniant, apparatus, ut possint cum Cassiodoro dicere: *Ipsius labor instituit, ut nos minus laborare debeamus.* Non est opus mole ponderosum, sed eximiâ existit utilitate pretiosum, Auctori enim, ut Apollinaris Sydonij verbis utar: *Paucis multa cohibenti cura fuit causam potius implere, quam**

3. var. Epist. ad Tulum.

Lib. 4. Ep. 3.

pagi-

paginam. Nec hoc mihi novum in Auctore, cuius subtile ingenium, Doctrinam omnigenam, & Sacram potentemque facundiam multis experimentis comperi, & ut ingenuè dicam, læpiffimè cum stupore suspexi. Magna quidem ab illius doctrinâ sperabam, etiam mea vota cumulari perspicio, post pervagatas enim suis plausibus primores Bœticæ vrbes inter tot eloquentes viros, quæ semper felix illud solum abundat, dicendi primarius, ut Cassiodorianè scribam, post Citeriorem Hispaniam è Cesar-Augustanæ Sedis suggestu semel, & iterum in suas raptam acclamaciones, post Sacras Literas è Cathedra in Granatensi Liceo cum maximo excipientium plausu traditas in Montellano secessu factum hunc elaboravit, quem luci deditum orbis literarius semper mirabitur, & posteritas cum eximiâ laude servabit, & plura, ut audio, parata habet, quæ maximè opto in lucem edantur, in magnum ut spero studiosorum profectum. Dignum germen Bœticæ, regionis illius inter cæteras Hispaniæ felicissimæ, tet magnarum Mentium in omni ævo feracis, & Societati nostræ lætissimæ vbertatis: Hoc enim agnoscunt natale solum maxima Societatis nostræ, imò orbis vniuersi in sapientiâ lumina. Tot ergo felicissimis partibus non effœta fecundissima Bœtica, lucidissimo hoc seetu nunc fecundatur, ut possimus verbis Cassiodori gloriari: *Non sunt imparia tempora nostra transactis. Habemus sequaces, amulosquè priscorum.* Ad censuram ergo deveniens, iudico hoc opus in lucem edi posse, ut pote quod illibatâ doctrinâ constans maximam studiosis afferet utilitatem. Ita censeo Matrî in hoc Imperiali Collegio, die 20. Nov. ann. 1676.

Var. Epist. ad Ambros.

Ignatius de Zuleta.

R E.

REGIS CATHOLICI

Privilegium.

POr quanto por parte de vos Diego de Montefrio, de la Compañia de Jesus en la Prouincia de Andaluzia, Nos fue fecha relacion aviades compuesto vn Libro intitulado: *Methodus Didascalica fabricanda Biblica Praelectionis ex Libris maximè Prophetarum, in Oppositurum (vt vocant) subsidium concinnata*: el qual os avia costado especial estudio, y cuydado, por lo particular del assumpto, y porque podia ceder en utilidad de muchos, Nos suplicasteis os mandassemos dar licencia para poderle imprimir, y Priuilegio por diez años, ò como la nuestra merced fuese. Y visto por los de nuestro Consejo, por quanto en el dicho Libro se hizo la diligencia, que la Pragmatica por Nos sobre ello fecha dispone, fue acordado que debiamos de mandar dar esta nuestra Cedula en la dicha razon, y Nos tuvimoslo por bien. Por lo qual os damos licencia, y facultad para que por tiempo, y espacio de diez años primeros siguientes, que corran, y se cuenten desde el dia de la fecha desta nuestra Cedula en adelante, vos, ò la persona, que para ello vuestro poder huviere, y no otra alguna, podais imprimir, y vender el dicho Libro, de que vá fecha mencion. Y por la presente damos licencia, y facultad á qualquier Impressor de nuestros Reynos, que nombraredes, para que durante el dicho tiempo lo pueda imprimir por el original, que en el nuestro Consejo se viò, que vá rubricado, y firmado al fin de Luis Vazquez de Vargas nuestro Escriuano de Camara, vno de los que en èl residen; con que antes, y primero que se venda, le traigais ante ellos juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion está conforme á el, ò traigais se en publica forma, como por Corrector por Nos nombrado se viò, y corrigiò la dicha impresion por el dicho original. Y mandamos al dicho Impressor, que assi imprimiere el dicho Libro, no imprima el principio, y primer pliego del, ni entregue mas de vn solo Libro con el original al Autor, ò persona, á cuya costa lo imprimiere, ni á otra alguna para efecto de

de la dicha correccion, y tassa, hasta que antes, y primero el dicho Libro estè corregido, y tassado por los del nuestro Consejo: y estando hecho, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, en el qual inmediatamente ponga esta nuestra licencia, y la aprobacion, tassa, y erratas; ni lo podais vender, ni vendais vos, ni otra persona alguna, hasta que estè el dicho Libro en la forma susodicha, pena de caer, è incurrir en las contenidas en la dicha Pragmatica, y leyes de nuestros Reynos, que sobre ello disponen. Y mandamos, que durante el dicho tiempo, persona alguna sin vuestra licencia, no lo pueda imprimir, ni vender, pena que el que lo imprimiere, y vendiere, aya perdido, y pierda qualesquier libros, moldes, y aparejos, que del tuviere, y mas incurra en pena de cinquenta mil maravedis por cada vez que lo contrario hiziere; de la qual dicha pena sea la tercia parte para nuestra Camara, y la otra tercia parte para el Juez, que lo sentenciare, y la otra tercia parte para el que lo denunciare. Y mandamos á los del nuestro Consejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra Casa, y Corte, y Chancillerias, y otras qualesquiera Justicias de todas las Ciudades, Villas, y Lugares de los nuestros Reynos, y Señorios, y á cada vno en su jurisdiccion, assi á los que aora son, como á los que serán de aqui adelante, que vos guarden, y cumplan esta nuestra Cedula, y merced, que assi vos hazemos, y contra ella no vayan, ni passen, ni consientan ir, ni passar en manera alguna. Fecha en Madrid á veinte y siete dias del mes de Noviembre de mil y seiscientos y setenta y seis años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

D. Geronimo de Egui.

¶¶¶

CER.

CERTIFICACION
de la Tassa.

Y O Luis Vazquez de Vargas, Escriuano de Camara de el Rey nuestro señor de los que en su Consejo residen, certifico, que aviendose visto por los señores del vn Libro, que con su licencia, y Priuilegio fue impresso, intitulado: *Methodus Didascalica fabricanda Biblica Praelectionis*, compuesto por el Padre Diego de Montefrio, de la Compañia de Jesus, fue tassado el dicho Libro, y cada pliego del á ocho marauedis: el qual tiene, sin principios, ni tablas, ciento y doze pliegos, que al dicho respecto hazen ochocientos y nouenta y seis marauedis: al qual dicho precio se mandó, y no á mas, vender el dicho Libro en papel, y que esta tassa se ponga al principio de cada Tomo, que se imprimiere. Y para que conste de la presente en Madrid á diez dias del mes de Enero de mil y seiscientos y setenta y ocho años.

Luis Vazquez de Vargas.

SERIES OPERIS,
utilitas, & artificium.

Methodus est tripartita, quod te monitum iri in aditu uolui, nimirum & utilis, & iucunda partitio est, ut quod quaque de re dicturi sumus, ordine appareat: in eorum est concinnata subsidium (Oppositores uocant) quibus vel ad obtinendas Collegiorum Cathedras, aut Cathedra aliam Ecclesiarum Canonicatus de Sacrae Scripturae Relectionibus certamen est inendum: Nos autem rerum magis, quam uerborum amatores uilia potius, quam plausibilia sectamur: ideo horum potissimum utilitati propinquimus: Quantumlibet enim magnam gloriam consecutus Scripturibus, ad ceteros certe parum inde utilitatis redundare queat; alijs uero utilitatem percipientibus, magna uirtutis accessio sit futura.

De libris maximè Prophetarum instituendam fuisse Methodum, commodius uisum est; quod ex horum potissimè libris in quam plurimis Ecclesiarum, ad eiusmodi Praelectiones puncta (ut dicunt) sortitò deligi, ac designari soleant: eoque iustius factum est, cum praereliquis Sacrae Scripturae monumentis summam rerum difficultatem includant Prophetarum uaticinia: *Quae si legere, uolueris, probabis quanta difficultatis sit, maximè Prophetas intelligere: Harum ideo difficultatam uentilationem non nisi magnis ingenijs fuisse potissimè committendam: Nam moris est, ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus.*

I. Igitur Methodi Pars Fabricandae Biblicae Praelectionis ideam, speciemque delineet, & quibus illa partibus, ac uelut articulis constet S. S. Patrum tum decumetis tum etiam exemplis ostendit: signatè, qualiter mouenda, & uersanda dissertatio Biblica sit Doctōris Max. Hieronymi notanter exemplari proposito: simul etiam admonet cuiusmodi quaestiones excitandae sint nostro Praelectori; quanam autem fugiendae: Ego uero satis habui quam succinctim, atque uti digito uel denotare uiranda, uel ostendere sequenda.

II. Quatuor Hexametris uersibus operis initio praefixis Dictiones unam supra uiginti complectitur, quibus omnis materia continetur, quam in Prophetalibus Libris dignam potissimè tractatione censebis: mox sub quaque Dictione quaestiones

Quintil. libro 4. cap. 5.

Salvian. Proem. lib. de Prouident. Irido. Pelus. lib. 4. Epist. 67.

Sidonius, lib. 3. Epist. 10.

Claudian. Mamerc. Prol. in lib. de stat. ani.

S. August.
Prol. in lib.
1. quæst. Ev.

ad ipsam signatè spectantes excitat: suos singulis Auctores assignat, ex cunctis, nempe plurimos, qui fuere sub manum; quis enim omnes? Excitandarum præterea quæstionum exemplar in vnius Abdiæ breuissimo vaticinio signatim exponit, ad præmissas in titulari Carmine Dictiones ex ordine regrediens: *Quando quidem ea qua carptim, ut poterant, delectabantur, in vnum corpus collecta, & contexta cognoui; feci, ut ordo numerorum præscriptus titulis, quod cuique opus esset, facile investigaret.*

III. Ne sit inermis Biblicè differendi Methodus instructi obarmat omni argumentorum munimento Prælectorè, qualex disertus ille quondam exoptabat: etenim ad arguendi peritiam: *Nunc tamen necesse est prudentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos disputare.* ideo propriam arguendi rationem in Sacræ quoque Scripturæ tractatione præmittit, quænam sit hæc argumentatio demonstrat: sedes seu locos argumentorū investigat, Auctoritate solùm atque ratione arguendum ostendit, quid illæ propriè sint, edocet, quã multifariam vtraque secum cõparata, soleat adhiberi, decernit: Argumentationis Biblicæ principia perscrutatur: Auctoritatè in suas classes distribuit: Biblicos eiusdem sensus in argumentis vsuandos, indicat. Qualiter ratione sit vtendum, & ex productis textibus concinnanda ratiocinatio tradit: Frequentiores Biblicarum argumentationū formas tum Dialecticas, tum Rhetoricas aperit, & exponit: multa demum huius generis alia, vel ex instituto differit, vel obiter saltè inculcat: Atque vtinam meus Prælector eam assequatur vtilitatem, cui nos procurandæ diligenter insudauimus; sed desino tandem commemorare plurima, quæ tu lectione forsân experieris, & vt spero non improbabis: *Hanc enim quasi breuem quamdam summam omnium, in vnam seriem compegi, vt animus aliquid certum haberet, cui intentionem assignare, & conformare valeret, ne per varia Scripturarum volumina, & lectionum diuortia sine ordine, & directione raperetur.*

Hugo Viçt.
Prol. in lib.
1. de Sacra.

Et hæc satis de totâ Methodi structurâ, quam potui breuiter ac perspicuè; Perge, atque siquid hæc tibi profecerint, vttere.

METHODI SYNOPSIS

*tradita in prænotatis præceptiones
enucleatim exhibens.*

Methodum aliquam, & instituentis magisterium ad sacræ Prænot. 1.
paginæ tractationem ex Vet. Patrum, & sententia, & vsu
iam olim fuisse, probat.

Carminè præscribi oportuisse Methodum adstruit, quod ad Prænot. 2.
stricta numeris præcepta profundius memoriæ inhæreant, faci-
lius animum subeant, mentem dulcius alliciant, robustius docu-
menta confirmet. idquè ex omnium disciplinarū exemplo esse.

De Libris maxime Prophetarū, Methodum institui debuisse Prænot. 3.
contendit: super his enim potissimam, ad Biblicas Prælectiones
condendas, frequentius sortes mitti solent; tum quod omnium
sacræ paginæ Librorum difficillimæ sint: præcipuum in eis locum
obtineant: altiori Mysteriorū profunditate celentur: digniores-
que Theologici dissertatoris industriâ, & studio habeantur.

Aptissimam, quæ præcunctis videtur, rationem, ideamque fa- Prænot. 4.
bricandæ Prælectionis exponit his præceptis conceptam.

1. Concinnandam ex Methodo dissertationem.
2. Textum integrum studiosè inspiciendum.
3. Potissimum ipsius scopum investigandum.
4. Inhærendum sensui, nec nudis tantum vocibus.
5. Quæ textum circumstant, omnia expendenda.
6. In contextu, series rerum, & ordo connectendus.
7. Cõferèdi textus, & versiones, ex quibus oriatur quæstio.
8. Quæstionis species concipienda mox, & delineanda.
9. Præmissis, quæ sit opus, quæstionis status expediendus.
10. Aliorum proponendæ opiniones, ac discutiendæ.
11. Exertâ, directâquè assertionem, respondendū quæstioni.
12. Auctoritate, ac ratione, fulcienda resolutio.
13. Adversariorum argumentis, ex ordine respondendum.
14. Concinna omnia sint, & sibi exactè cohærentia.
15. Quædam deniquè, in Prælectione fugienda vitia.

Verandæ Biblicæ quæstionis numeris omnibus absolutum, Prænot. 5.
x S. Hieronymo exemplar ostendit, præmissis subinde Præ-
ceptio:

ME-

ceptionibus exactè respondens.

Prænot. 6. Quæstionum præsertim ventilatione tractandas esse, sacri Codicis difficultates, evincit, tum Christi Dom. tum omnium fermè veterum Patrum consilio, more, atquè exemplo.

Prænot. 7. Quasdam ex vſu Biblicarum quæstionum utilitates indicat.
1. Ignorantiæ expulſionem. 2. Solutionem difficultatũ. 3. Puriorẽ veritatis indaginem. 4. Doctrinæ argumentum, & Magisterij testimonium. 5. Ingenij, & acuminis exercitationem. 6. Promptiorem in vſu eiusmodi praxim: Demum promiscuè alias ex Patribus.

Prænot. 8. Triplex quæstionum Biblicarum genus, exertè distinguit:
1. Earum, quæ aperto sacri Codicis aliquo textu definiuntur.
2. Illarum, quas edita concilij alicuius sanctio, vel communis totius Ecclesiæ, Patrumquè consensus terminavit: has vtrascuq̃ in Prælectionem vocandas non esse inter Catholicos, iure decernit: 3. verò generis quæstiones, quæ & turdò, & probabiliter vtrinque possint agitari, eas esse dumtaxat Patrum exemplo in examen admittendas, & ventilandas.

Prænot. 9. Potissimas aperit quæstionis excitandæ conditiones.
1. Vt aliquam dubitandi rationem præferat.
2. Ne nimis eligatur arida, siue sterilis.
3. Vt sit ex ipso contextu sponte nata.
4. Instituta vt respondeat, nec contextui vim inferat.
5. Ne ab argumento longius peregrinetur.
6. Nimum subtilis ne sit, aut merè scholastica.

Prænot. 10. Arcendarum è Biblica Prælectione quæstionum censuram ab sacris Doctoribus inustam Alphabetico elementorum ordine dispungit octoginta, & amplius notis indicatam, & merito à Prælectore dignoscendam.

Prænot. 11. Duas, tres vè, pluresquè interdum è contextu quæstiones in vnâ, & eadẽ Prælectione agitari licere, imò & quâdoquè opus esse, tuetur; modo inter easdem excogitato, & invento aliquo catenationis, & coherentiæ nexu alterutrum vinciantur, idquè Vet. Patrum exemplo firmat.

Prænot. 12. Minutissima quæquè, & quæ vel apud Grammaticos, videri possent pueriles tantum vocularum commentationes: tum quæ arcanè siletur à sacro Scriptore, nisi prudenter vtiliter, & cum omni delectu non esse in quæstionem vocanda statuit.

Prænot. 13. Iuxta literalem dumtaxat sensum, mouendas fore quæstiones agi

agitandas, atque solvendas monet; Myſticum parce, ac temperatè, Anagogicum raro attingendos: Tropologicum, seu Moralem tantum obiter indicandum, vel potius eorum Auctores cursim demonstrandos: Accommodatio autem, quem dicunt, vt pote qui Sacræ Scripturæ propriè, ac pressè sensus non sit, nullatenus credenda quæstionis tractatio.

Capita, vel sedes septendecim, ex quibus ab antiquis Patribus *Prænot. 14.* frequentius excitari solitæ Biblicæ quæstiones, aperit, ac singularum exempla producit nempe.

1. Ex proprii germanicè sensus investigatione.
2. Per simplicem intelligentiæ inquisitionem.
3. Ex investigatâ rerum (vt dixeris) quidditate.
4. Ex rationis, & causæ latentis, indagacione.
5. Ex eiusdem rei in actu, varietate.
6. Ex illatione de aliquo textu.
7. Ab Antilogiâ, seu apparenti, quæ multiplex est opposicione.
8. Ex argumentatione Dialecticâ.
9. Ex inquisitâ impletione Propheticæ comminationis.
10. Ex suppositâ quoque Hypothesi.
11. Ex nominum impositione, mutatione, varietate, &c.
12. Ex varijs locutionibus, quæ Deo tribui solent.
13. Ex investigatâ Typi, aut symboli significatione.
14. Ex rerum discrimine, germanicè vocum significato.
15. Ex indagandâ ratione, aut modo rei gestæ.
16. Ex arcani sermonis ambiguitate.
17. Ex ipsa rerum opportunitate, & veluti decoro.

Eruendarum è textu quæstionum rationem, modum, ac terminum statuit præfixis ad id muneris ex Vet. Patrũ testimonijs duodecim, quæ tu lege singula, salutaribus documentis. *Prænot. 15.*

De Biblicarum quæstionum tractatoribus agit, præfatis, Recè. *Prænot. 16.* tibusquè: æqualem vtriusque honorem deferendum; cur quosdã præmultis tantum indicauerim; cur alios expresserim, alios siluerim, rationem reddit; pro ipsis tandem evolvendis, opportunas ex Cassiodoro monitiones suggerit.

Hæc in operis nostri præfatione præmissimus, vt animos nostros ad huiusmodi studium attentiores, & ardentiores redderemus. *Rich. Viçt. Prol. in lib. de Tyrinit.*

Hactenus satis opinor præfati sumus;

Philo. lib. de Noe.
At,

Clau. Mam. lib. 1. de stat. Anim. c. 1. Tullius in Topic. Vale. Max. Proce. lib. 1. S. Vigil. lib. 5. cont. Eurych. S. August. 1. de Trin. c. 3.

At, inquis, quorsum sermo progreditur? Ego longiusculè, quam volui, præfatus sum; Sed iam tempus est, ad id, quod instituimus, accedere. Nec enim mihi cuncta complectendi cupido incessit. (Si opere displicemus, saltem studio placeamus.) Ergo in nomine Domini, susceptam opus aggrediamur.



O P E R I S D I V I S I O.
Tripartita Methodus est.

I. Pars. **F**abricandæ Biblicæ Prælectionis ideam adumbrat. Pag. 1

II. Quæstiones Biblicas, ex numeris inscripti Carminis excitat; & suos cuique Auctores assignat. Pag. 129.

III. Rationem ac formam Biblicè argumentandi præscribit. Pag. 655.

**METHODI
 DIDASCALICÆ**

P A R S I.

FABRICANDÆ BIBLICÆ

P R Æ L E C T I O N I S

IDEAM ADVMBRANS.

M E-



A D I T V S

ADMETHODVM C A R M I N E

INSCRIPTVS.

VIDENTVR ista, quae praemissi, magna promittere, & velut ad peragenda maxima se praeparare; sed ne de his illud usitatum dicatur:

Quid tanto dignum feret hic promissor hiatus? Pauci versiculi Lectorem adventitium remorabuntur, minime improbo temperamento.

Quid Titulum potestis versus duo, tresve legatur: Materiam ex Titulo cognosces, caetera Liber explicabit, quem iam nunc oportet ita consuescere, ut sine praefatione intelligatur.

Et aliquoties fortasse Lectorem solum Lemma sollicitat Tituli:

Si quis itaque cognoscat, quod in domus fronte praefixum est, securus intrabit, nec cum intraverit, errabit: hoc enim in ipso poste praenotatum est, quomodo interius non erretur; Sed uti super Liminarem Titulum in fronte futuri aedificij proponamus.

Hos quoque iam versus in prima fronte Libelli. Si praeponeudos esse putabis, habes:

ET HAEC ITAQVE DISPECTIO

TITVL I.

Petrus Cluniac. li. 4. Epist. 17.
Horat. Art. Sidon. li. 2. p. 2.
Mart. l. 12. ep. 3
Plin. li. 5. ep. 13.
Auson. Praef. Parent.
August. exord. in Psal. 53.
Petr. Damia. se. m. 4.
Ovid. l. Trist. eleg. 6.
Tertull. de Resurr. c. 19.

Sacrorum cupiens versare volumina Vatum
Hæc prorsus vigili, occurrunt tibi mente notanda

1. 2. 3. 4. 5.
Auctor, Materies, Inscriptio, Tempora, Sensus,
6. 7. 8. 9. 10.
Spiritus, Antilogi, Stylus, Allegatio, Nexus,
11. 12. 13. 14. 15. 16.
Schemata, Res, Gentes, Myſteria, Crimina, Ritus,
17. 18. 19. 20. 21.
Symbola, Doctrinæ, Promiſſa, Excidia, Tractus:

Hæc sunt divinis communia signa Prophetis.
Lemmata si queras diviſim Sparſa, videbis;
Quam multa invento Quæſtio fonte ſalir.



Egſtine obiter inſcripta verſibus Limina? ſed le-
go, inquis, diſſitas quaſdam, & abſque ſententiæ
nexu, dictiones tantum metricâ lege ligatas;
quarum me ſenſus omnino prætervolat: ita ſit,
inquam, ſi ſonitum tantum auribus capias, men-
tem penitus non inſpicias: ſtatim occurrit in adi-
tu. S. Hieronym. Epift. 61. pro me tibi reſpon-
ſurus: *Cum legeris, & non placuerint (ſcio enim haud placitum igno-
rantibus:) Suspende iudiciũ, expecta pauliſper, uſque ad finem reſponſio-
nis noſtræ; cohibe ſententiam, & ſi tibi poſtea non placuerint, tunc nos
calumnia, denotabis*: Relege, inquam, ac ſedulò deſpice. Carmina
ſunt, quæ diſpalantibus, ut ſuſpicaris ipſe, vœculis, materiam
omnem Biblicè diſcerendi, ad Prophetales Libros quoquo modo
ſpectantem, vnde quaque complectuntur: Hac enim ratione ſacili-
tatem brevitati ſociam, expeditionis comitem, viæ facem, & ami-
cam perſpicuitatis in præſtigienda Methodo ab omnibus, iure com-
mendatam; & ego met mihi polliceor, & tibi, ut arbitrer, palâ ex-
pono. A Methodo quippe ſpontè venit difficultati complanatio,
lux obſcuritati, dux itineri, ſalebris expeditio, & prolixita-
ti compendium, ſi rei experimentum in hac etiam parte, Caſſio-
doro credimus, lib. 3. var. Epift. 41. *Tolerabile (inquit) ſit omne, quod
æquabili ordinatione diſponitur*: quas omnes partes recta docendi
methodus ex integro ſervat, atq; has prorsus eiufdè conditi ones,
ut plene complectar, neſcio quidem qua ratione melius poſſim, niſi
totam integramque Methodi ſpeciem metro concinnatam, in veſti-
bulo

bulò exponam; quod carmine nihil ſit ad documentum ſuavius,
ad memoriam firmius, ad expeditionem promptius, ad conti-
pendium brevius: Demum, ad rerum complexionem tenacius.

Ea propter quatuor ſignatis inter alios, Hexametris dictiones
illas, vnam ſupra viginti numeris totidem indicatas, licet inter
ſe, ut videtur, diſſidentes, ſed multa quæſtionum ſobole fecundas
metricis numeris illigavi, quibus ſeorſim inſpectis, & per ſuas qui-
buſque ſedes explicatis, copioſa differendarum rerum ſeges exube-
rabit: cuius equidem arduiſſimæ complanandæ cauſa pene immen-
ſam controverſarum ſylvam ex librorum Prophetarum ſecun-
ditate naſcentem, in hunc veluti ſalcem compoſui: ſparſim pullu-
lantia quæſtionum germina in hanc veluti arcam tranſ-ſerenda cõ-
vexi: hinc inde diſfluentes difficultatũ rivulos, ad has maxime
velut fontium origines revocavi. His potiffimè notis, & indici-
bus Prophetarum vaticinia dignoſcuntur, quin vllum, ut ſuſpi-
cor (aſſertioni abſit audacia) veſtigium poſſit inveniri, quod præ-
fixis in carmine dictionibus non ſit expreſſum, aut ſimili ſpecie
ſaltem indicatum; nam, ut verbo dicam, *Hæc ſunt divinis commu-
nia ſigna Prophetis*. Et quoniam, *ſine cultura eſt diligentia in uſum non
reducta per paginas*, ut bene quondam Ennodius lib. 4. Epift. 19. nũc
equidem, quis ſit eorum Carminũ uſus breviter expediam. Primò
ſingulæ dictiones illæ, totidem ſunt excitandarum quæſtionum
velut ſeminaria, & tanquam ſeparata, cuiuſlibet ſpeciei capita, ex
quibus ut à propria radice multiplex controverſarum ſarculus
progerminabit.

Idèò, maxime oportebit, quatuor verſus illos, quibus dictio-
nes ſingulæ continentur firmiter affixos memoriæ retinere, & in
promptu quamlibet ſeorſim dictionem, eius que vim, & ſignifica-
tum apprime dignoſcere, quo fiat, ut ex penitus agnita vocis cu-
iuſque proprietate, facile percipiatur, quæ nam ſub qualibet di-
ctione quæſtiones veniant opportunè ſuſcitandæ, & quæ ad quæ-
ſtiones ſignate pertineant.

Rurſum, inſpecta dictione qualibet, tanquam propria ſub-
ortarũ quæſtionum ſede, ad earum erit ſectiones recurrendam; in
quibus ſingulæ ſeorſim controverſæ per eiuſmodi dictiones diſ-
tributæ ſuis titulis inſcribuntur, & proprij cuiuſque tractatores in-
dicantur.

Demũ, ut exempli loco ſit prima carminũ dictio, quæ re ſect. 1.
vocè: *Auctor*, quo ubi perveneris, in vñies, quid Authoris nomine in
ſæcis libris veniat intelligendũ: Quæ, & quæta ſit omnium ſacrorum

voluminum auctoritas? Quæ item singularum? Quibus Aucto-
ribus Canonicus quisque hæc si editus? An ab ijs, quos in titulo
præferunt, descriptus? Quia ratione singulæ Sacræ Scripturæ par-
tes canonicæ auctoritatis sint? Similesque alias, easque plurimas
quæstiones, quæ ad libros maximè Prophetales spectant sub eâ-
dem dictione reperies. Quod ipsum in dictionibus reliquis ex-
actè observatum, animadvertas, vnde petito ab indicatis singula-
rum Aucto-ribus subsidio, multam conficiendæ sacræ Prælectioni
materiam hauries.

Hæc, te de Præfixarum Dictionum vsu monitum volui, mi Præ-
lector, ne ad huius Methodi vsurpationem ieiunus accederes; aut in
eius vtilitate sterilitatem rerum causareris: nã, vt opportune Ioan-
nes Sacrisberienf. carm. prævio ad Polycrat. *Semper abundabit, qui
rebus noverit vti: & mens vtendi nescia semper eget.*

Supereft, vt de reliquis, quæ in vestibulo prænosse oportet, te
certiorem faciam, quod vt per sequentes Prænotationes expedire
pergam, à Magno Auguftino differendi sumam auspiciam; vnde
ille Prolog. in libros de Doct. Christ. fecit Præfationis exitum: *Si hu-
iuscemodi (inquam) proæmio, quibuslibet obsistentibus convenienter vi-
detur esse responsum, huius viæ, quam in hoc libro ingredi volumus, tale no-
bis occurrit exordium.*

AN ALIQUA SIT OPVS Methodo pro Biblica Prælectione con- denda?

PRÆNOTATIO I.

Vereor equidem, ne nostrum hoc Opusculum in quosdam
incidat Lectores, quales merito notabat, vbi nuper,
S. Auguftinus, quibus ille, pro sacri Codicis intelligentia
præcepta se traditurum pollicetur, ita præfatus: *Qui quo-
niam nullis huiuscemodi observationibus, quales nunc tradere
institui, facultatem exponendorum SS. Librorum se affecturos vel vi-
dent, vel putant; nemini esse ista præcepta necessaria; sed potius totum
quod de illarum literarum obscuritate laudabiliter aperitur, divino mune-*

re

re posse fieri clamitabunt &c. Et posse id quidem fieri divino mu-
nere. haud inficior; sed quotusquisque, rogo, est, qui profundam
arcani sermonis intelligentiam nullis humanæ methodi præceptis,
divino tantum magisterio cœlitus hauserit? Non tacuit Ricardus
Victorin. lib. 1. de erudict. inter. Hom. cap. 18. *Quam rari sunt (ait)
qui mystica scripturarum, sine aliena opera, & expositione penetrare va-
leant?*

Et timendum adhuc pariter est, ne quod olim lib. de scribend.
Hist. Lucianus, super eius condendæ. scriptione, & artificio, falsè
ac verè sugillabat; id ipsum nostra hac tempestate, quibusdam
hau di nepte congruat, instruendæ è sacro textu Prælectionis non
admodum studiosis, ne dicam ignaris. *Nec admonitione (inquit ille)
plerique opus esse sibi ad hanc rem putant, non magis, quam arte aliqua
ad vadendum, aut videndum, aut edendum; sed plane facillimum, ac prop-
rium, & cuiusvis hominis esse existimant historiam scribere.* Sic ille fre-
quenti, ac lepida similitudine: Quis enim, inquiunt, ingredi inci-
piens præscripta methodo, aut norma, vquam indigit: quæ leges
indiceret mutandis pedibus ad incessum? Ridebat enim hæc iure
S. Auguft. lib. 2. de Doctri. Christ. cap. 37. *Tanquam si quispiam
(inquit) dare volens præcepta ambulandi, moneat non esse le-
vandam pedem posteriorem, nisi cum posuerit priorem: deinde miraturum, quem ad-
modum aricularum, & poplitum cardines oporteat movere, describat, &c.*
Quis item, addunt, præcepta docentis expectabit exerendis ad in-
tuitum oculis, explicandi que ad videndum palpebris: ad eò vti-
que isti Biblicæ scientiæ iactantiam sibi præsumunt: quasi (quod
aiebat Cassianus lib. 5. cap. 34.) *ipsa Scripturarum sanctarum lectio ad
contemplationem veræ scientiæ abunde etiam sola sufficiat: nec eos com-
mentariorum institutionibus indigere, sicut oculi isti carnales ad viden-
dum, nullius egent doctrina, &c.* Atque vt ad intuendum nullis opus
esse præceptis constat, sic illi, quos arguebat Lucianus importunum
iudicabant ad scribendam Historiam, rationem aut metho-
dum aliquam instituentis intendere.

Atque vtinam ea hominum incitia in ea tantum scribendi fa-
cultate tunc temporis sisteretur; nec ad nostra vsque sæcula in
materiæ sacratoris studium permanasset: supita iam tum esset
celebris illa, & merito sæpius iteranda Hieronymi querimonia
Epist. 103. vbi post annumeratas nobilioris encyclopædiæ disci-
plinas, quæ sine magistro, ac duce addisci non possunt, ad vilissimas
quoque ac sordidas artes regressus, etiam non sine præceptore ad-
cundas, ita iure conqueritur: *Sola scripturarum ars est, quam sibi om-
nes*

nes passim viderent. Scribimus in docti doctiq; poemata passim. Hæc garrula anus, hæc delirus senex, hæc sophista verbosus hæc inuerti presumit lacerrat, docent, ante quam discant. A deo præ lapidibus actatona discipulū nō pauci, qui si fortē in aliquem Prophanorum Poetam incidissent, non Plautum dico, Terentium, aut Horatium, quibus in captu etiam grammaticali, spinæ insunt plures, & falebræ vix penitissimis extricandæ. Sed si vel in planiorem Nationis Belgiam, hærent prorius, algerent, sudarent, & præterea commenta totis ductu indigerent, aut muti omnino peristerent. Cum verò, in sacri voluminis adyta, & penitissimos arcani sermonis recessus audacter irrumpunt, ita sibi plaudunt, de magisterij tumore, nullius vt methodi præceptis ad sacram conficiendam Prælectionem indigere se iacent: mirare quam disertè in eiusmodi sc̄olos, inuehitur S. Augustinus lib. de utilit. credend. cap. 7. *Nulla imbutus Patrica disciplina Terentianum, Maurum sine magistro attingere non audeus. Asper, Cornutus, Donatus, & alij innumerabiles requiruntur, vt qui libet Poeta possit intelligi, cuius carmina, & theatri plausus, videtur captare. Tu in eis libros, qui quoquo modo se habeant sancti tamen, divinarumque rerum pleni prope totius generis humani confessione diffamantur. sine duce irruis, & de his sine præceptore audes ferre sententiam, &c.* Pan conquestione Pascalius Prolog. lib. 3. in Matthæ. *Mirari satis (ait) quid divina eloquia quorūdam mores effenderunt, quod nō velint mystica Dei Sacramenta, ea diligentia perscrutari, qua Tragediarum nectas. & Poetarum fragmenta sudantes cupiunt investigare, &c.* Rufinus Præfat. in lib. 3. Periarck. Origenis, non ab simili sensu: *Absurdum est (inquit) Poetarum sicut carmina, & c. mediarum ridiculas fabulas à Grammaticis exponi, & ea que Deo, vel celestibus virtutibus (in sacra nempe scriptura dicuntur) sine Magistro & explanatione aliquem posse discere, &c.*

Quorundam etiam ea nunc insedit animis opinio, aut inscitiam malis dicere, ad explicationem divini textus, non multis opus esse vigilijs, neque hic insumentas ingenicserum subtilitates & magnarum mentium acumina obvis hiscè, ac velut Grammaticalibus commentarijs impendi non debuisse; locatumque huic studio laborem cassum, & inanem, imo, & frustra quoque perditum iri. Quorum è grege sunt ij, quos doctus cum primis Auctor Sixtus Senensis lib. 3. *Biblioth.* merito traducit, sic fatas. *Graviter damnandi sunt inepti quidam nostrorum temporum expositores qui tempe sacra scripturam commentantur reiecta prorsus literalis expositione. tanquam re levissimi momenti, & Grammaticis, vt aiunt potius quam Theologis digna, &c.* **Onimiam hominum audaciam!** & vide quam cer-

tis illos notis multo ante signauerit Petrus Blesens. serm. 12. *Sunt alij (inquit) qui linguas suas magnificant dicentes, sacram Scripturam nō esse scientiam, nec esse literaturam; non enim scientiam dicunt, esse, nisi quibus solum verborum minutijs, quasi capillos capitis perquirendo, sciamus differere. probando, vel improbando, vel philosophicis ratiocinibus, rerum cognoscere causas, &c.* Mox addit: *Que enim inquirunt, scientia est scire, quod Abraham duos filios habuit; quid Noe cum septem animabus in Arca salua fuit. & cetera in hunc modum: confabulantur peritia hæc est; non literatura.* Hactenus ille: *O dignam præceptore malo Genio vocem!*

Sed eiusmodi nugacitati iam o'im obviam processit. S. August. lib. de utilit. credend. cap. 6. *An (inquit) ista scriptura legis planissima sunt in quas isti quasi vulgo expositas impetum faciunt frustra, & inaniter?* His obstitit S. Doctor sciolorum temeritati, qui vel solus intelligentiæ literalis profundissimam abyssum aut sine Palinuro transmeare, aut implexos, & inextricabiles labyrinthi anfractus absque Aræidæ filo evadere se posse putant. Hos ego cum Senensi nuper indicato, amantissime obsecro atque obtestor, vt considerent literalem expositionem (ex qua potissime concinnanda Biblica Prælectio est.) non esse rem vsque adeo vulgarem, ac protritam, & omnibus, vt ipsi iactant, puerorum Pedagogis perviam; sed esse expositionem omnium difficillimam, ac maxime operosam propter inusitatas, & abstrusas lingue sanctæ proprietates, & propter copiam rerum difficillimarum, artium videlicet, scientiarum, & disciplinarum omnium que sub Historico Scriptura sensu comprehenduntur. Hæc, & multo plura Senensis.

Quibus ex causis, eam eiusmodi hominum audaciam in sacri Codicis arcana, nullo duce temerè irruentium, eiusque intelligentiam perspicuam, apertamque, & cuius accedenti perviam esse iactantium, similem, haud iniuriâ, dixeris illi Lutheri, Brentrijque delirio, quod hac super assertionem, satis superque confutant doctissimi Auctores, Iodocus Coccius tom. 1. *Theauri* lib. 6. art. 31. Bellarminus lib. 3. *de verb. Dei* cap. 1. Gretserus ibid. Serarius Proleg. cap. 22. q. 4 & 5. Salmeron Proleg. 37. error. 3. Guillelm. Bernard. *de sacrar. liter. Communicat.* proposit. 1. Escalante lib. 5. *clypei* cap. 16. Anton. Perez volum. 3. dub. 11. à cap. 1. Borfferius Præloq. cap. 9. sect. 1. Acofta lib. 2. *de Christ. Revelat.* cap. 1. Shælogus, Ant. doq. 9. f. et. 4. num. 40. Fexardentius ad S. Irenæi lib. 2. cap. 47. Quos, si libet adire poteris. Ego quippe modo non hæreticos impugno, sed cum catholicis ago: præmonente Augustino, Proleg. *in lib. 6. de Doct. Christ.* *Certè enim, quoniam cum Christianis nolis res*

est qui Scripturas sanctas sine duce homine gaudent nosse, ideo difertas in loco Veter. Patrum sententias producam, & pro re nata conceptis ipsorum verbis expressas, ut quanta Methodicæ institutionis necessitas sit, ad sacræ paginæ tractationem apertè perspicias.

Præit maximus in Divini Verbi expositione Magister S. Hieronymus, Proæm. ad Ephes. ita de seipso præfatu: *Non quo ab adolescentia aut legere unquam aut doctos viros ea quæ nesciebam, interrogare cessaverim, & me ipsum tantum, ut plerique habuerim magistrum.* Iterum ad cap. 12. Daniel. Proæm. in lib. 6. de Script. Ecclesiasticis Epist. 8. 22. & 65. & alibi non semel.

Sanctus August. sermo, 112. de temp. *Sicut cæcus (ait) sine ductore, sic homo sine doctore, rectam viam vix graditur, &c.* Rursum, Prolog. nuper allegato; *iam vero eorum, qui divino munere exultant & sine talibus præceptis qualia nunc tradere institui, se sanctos libros intelligere, atque tractare gloriantur; & propterea superfluum voluisse me scribere, existimant; sic est lenienda commotio, ut quamvis magno Dei manere iure latentur recordentur, se tamen per homines didicisse vel literas.* Satis efficaciter arguit Augustinus; nam si vel prima literarum elementa, sine Magistro addisci non possunt, cur in abdita divini sermonis arcana, nullo methodicæ præceptionis ductu quis audeat irrumperere? Videndus iterum S. Doctor lib. de vtilit. credend. cap. 17.

Sanctus Petrus apud Clementem Roman. lib. 2. *Recognit. Ita contra Simonem Magum edisserens: Solent (inquit) ista à Simon, absurda adversus Deum meditari, qui legem non Magistris tradentibus legunt, sed semet ipsos doctores habent, & putant, se intelligere posse legem, quam sibi non exposuit ille, qui à Magistro didicerit, &c.* Sic ille merito de sacris Scripturis, quas legis nomine intelligit, Quia (subdit S. Gregorius ad 1. Reg. 1. vers. 25.) *eadem veteres scripturas intelligere sine præceptore non possumus.* Consequenter S. Cyprianus, Prolog. in lib. de cardin. Christ. operib. ita sapientissime admonet. *Tam in divinis quam in Philosophorum doctrinis nec tutum est, nec honestum in eruditos & ignaros sensuum, ad literas illas pertinentium proflire ad discussionem eorum, quæ nesciunt, & de his sibi usurpare magisterium, quæ ignorant: opportune.*

De hoc, in sacram paginam magisterio Iunilius Africanus præf. in lib. 6. de Part. divina leg. Celebrem Svrorum Scholam in Nisibi Vrbe constitutam commendabat. *Vbi divina lex per Magistros publicos, sicut apud nos in mundanis studiis Grammatica, & Rhetorica regulariter traditur.* Mox quorundam meminit canorum, quos quidam legis Doctor Paulus nomine, Persa genere pro sacræ paginæ

næ interpretatione tradiderat: Quibus ille discipulorum animos divinarum Scripturarum superficie instructos, prius quam expositionis profunda patefaceret solebat imbueri, ut ipsarum interim causarum, quæ in diuina lege versantur, intentionem, ordinemque cognoscerent, ne sparsim, & turbulente, sed regulariter singula discerent. Sic Iunilius. Vides Methodicæ institutionis vim, & commodam?

Quibus ex aliarum facultatum paritate favet Cassianus collat. 2. cap. 11. ita de sac. Scripturæ scientia fatuus: *Etenim cum omnes artes, ac disciplina humano ingenio reperta, & quæ nihil amplius, quam vitæ huius commodis profunt, licet manu palpari queant, & oculis per videri, recte tamen à quoquam sine instituentis doctrina nequeant comprehendi; quam ineptum est credere, hanc solam non egere doctore, &c.* Rursum que collat. 14. cap. 1. *Nulla est tamen scientia (inquit) quæ non habeat proprium doctrinæ suæ ordinem, ac rationem, per quam ab expectentibus possit attingi.* Cui uniuersum sententiæ plures adstipulantur; S. Hieronym. epist. 4. S. Gregor. lib. 1. Pastoral. cap. 1. S. Augustinus, lib. 2. de ordin. ca. 16. & lib. 4. de Doct. Christ. cap. 3. Lactantius, lib. 3. divin. instit. cap. 5. & 24. Ex prophanis, Galenus, lib. 1. Method. cap. 4. & lib. 9. cap. 6. Maximus Tyrius, sermo, 21. Cicero, lib. 7. Famil. epist. 20. Senec. epist. 95. de quo Lipsius, Manuduct. lib. 2. differt. 12.

Vnde, sic ad rem inferas cum Origene in Ioan. tom. 16. *Quod sic hoc verum est in artibus, & quibusdam scientiis, quanto magis in ea arte, quæ ars est artium, & scientia scientiarum conspiciere id licet.* Nec non cum Isidoro Pelusiota, lib. 1. epist. 260. *Ridiculum enim planè est, ut vilium, ac mechanicarum artium magistros nanciscamur, huc atque illuc oberremus. Divinam tamen philosophiam, tanquam vile aliquid, ac despicendum nobis ipsis committamus, &c.* Consonat utrique Græco Latine difertus Cassiodorus, Prolog. Divin. lect. Sic exorditus. *Cum studia secularum literarum, magno desiderio fervere cognoscerem, ita ut multa pars hominum, per ipsam, se mundi prudentiam crederet adipisci, grauisimo sum, fateor, dolore permotus, quod Scripturis divinis Magistri publici deessent; cum mundani Auctores, celesterrima procul ubi traditione pollerent. Idque tibi fatetur in votis: Ut introductorios libros, domino præstante conficeret per quos Scripturarum divinarum series, Domini munere panderetur.* Tantum non ille Methodum appellavit, seu quod idem est, introductoriam viam aut rationem, quæ tractandi sacra volumina, modum, ideamque præscriberet.

Hanc enim Methodum, quam olim Cassiodorus, nostris prope temporibus desideratam, in sacris interpretibus expetivit eruditus, Au-

Auctor Rodericus Dosma. Præm. in lib. 6. de Auct. sacr. script. de ipsius tractatione sic prudenter statuens. *Quoniam vero amplissima materia est cum latitudine, tum potius pondere methodo est opus, qua distincte, lucide, ordinate sine confusionis, & erroris periculo latissimum aquor transeat.* Sic ille; *Scholastici autem nostri (subdit Hugo Victorin. lib. 3. Erudit. Didascal. cap. 3.) aut nolunt aut nesciunt modum congruum in discendo. &c.* Quibus autem partibus nostra hæc Methodus constet, vides infra Prænot. 4. quod ideam fabricandæ Prælectionis delineamus, necessarijs, ad id præceptionibus compactam.

Demum, si plura huius argumenti cupis, lege Petrum de Montoya, lib. 1. *introduc. ad sacr. script. contro. 11.* nam ego, ut desinam, claudio cum Hieronym. Epist. 103. *Hæc à me breviter præscripta sunt, ut intelligeres te in scripturis sanctis sine prævio, & monstrante, semitam non posse ingredi.* Monentem ergo sequere, ac duce tantum præceptorem; ac perge cogniturus.

CVR CARMINE PRÆSCRIPTA sit hæc Methodus?

PRÆNOTAT. II.

Causas illico ut reddam, cur versu concinnata sit Methodi species, præmonuit me Hugo Victorin. *Erudit. Didascal. lib. 3. cap. 12. Debemus (inquit) in omni doctrina, breve aliquid, et certum colligere, quod, in arcula memoria recondatur; unde postmodum, cum res exigit, aliqua deriventur.* Satis ille prudenter: & quid, inquam, carmine brevius, quid certius, aut firmius, quam ut ad stricta numeris præcepta, memoria mordicus retineantur? Hinc, ut equidem suspicor cum Ennodio, Præfat. in *carm. 6. Prophetarum ingeniosissimi, sub legem versuum verba redigentes, carmine desideria sua, et vota cecinerunt.* Unde, et ad eorum lectionem invitabat Homil. 10. S. Valerianus: *Si quis, (inquit) forte dulcissimi cantus delectatur auditu, ad psallentium Prophetarum choros, sollicita latius corda convertat.* Laudant quoque in Prophetis carmina, cantusque, S. Augustinus, lib. 4. de *Doct. Christ. cap. 20.* S. Ambrosius, lib. 6. in *Luc. lib. 2. de Penit. cap. 6. & serm. 80.* Rupertus, Prolog. in *Psalm. cap. 3. & alij.*

Scd

Sed quorsum, inquis, ab eo hæc præfatus? Tantum, ne me saltem putes extrachorum, dum mulicos sanctorum vatum choros ingressurus concinnandæ Prælectionis methodum carmine coaptabam; Prophetæ enim *carmine desideria sua, & vota cecinerunt.* Nihil vero hic præter desideria, & vota nostrum est: ergo ut statim ad orbitam redeam, loquor cum Sedulio Epist. prævia ad suos carmin. Libros: *Cur autem (inquam) metrica voluerim hac ratione componere, breviter expedire non differam.* Et cur alio divertam causam quæsiturus? Ipse mox obtulit de politionis literaturæ studio, sic elocutus: *Quod autem versuum viderint blandimento mellitum, tanta cordis aviditate suscipiunt, ut in alta memoria sæpe hæc iterando constituent, ac reponant: eandem Carminum numeris virtutem, adscribit S. August. Prolog. in Psalm. & lib. 2. de ordin. cap. 19.* S. Gregor. Homil. 22. in *Ezech. S. Ambros. in Psalm. 118. serm. 7.* Ex Phœnais, etiam (si liber) lege Lucianum, de *Gymnasijs.* Ita de puerorum institutione scribentem: *Orationes quoque viles, versibus excernatas, quo tenacius, atque fidelius memoria teneant, illorum auribus frequenter occinimus.*

Nec vero profundius tantum, ac tenacius, illigata numeris præcepta infinguntur animo; sed facilius quoque, atque ex promptius mentem primo sub euntia pervadunt. Lactantium audis, lib. 6. de *Divin. instit. cap. 20. Facilius inberent audientium memoria, versus numerosi, & ornati.* Seneca Epist. 33. similiter. Hinc Cretenses, ut scribit Ælianus, *var. Hist. lib. 2. cap. 39. iusserunt liberorum filios, cum quodam concentu, et melodia leges perdiscere, ut ex musica voluptatem caperent, et facilius eas memoria complecterentur.* Non longe ibant ab hac suadela Nazianzenus orat. 36. Hieronymus Epist. 7. ad *Latam.* Eusebius Gallican. Homil. 1. de *symbolo.* Quibus non omnino disparia cecinit anonymus Poeta, apud Iacobum de Valent. Præfat. in *Psalm. tract. 1. cap. 3.*

*Metra parant animos, cōprendunt plurima paucis;
Aures oblectant, pristina commemorant.*

Accedit ad indicatam ad discendi facultatem, ipsa quoque carminum voluptas, ut nuper innuit Ælianus. Hæc enim ad capiendam, retinendamque altè cuiusque doctrinæ præcepta magnum animo subdit illicium: Suffragatur huic etiam causæ S. Ambrosius *Prolog. in Psalm. 118. siquidem (ait) cum suavis omnis doctrina moralis sit, tum maxime suavitate carminis, et psallendi dulcedine, delectat aures, animumque demulcet, Eundem voluptatis fontem, ex metrica con-*

clia

cinnitate natum indicavit *Argum. in Psalm.* Theodoretus: conso-
nantque, S. Chrysoft. *Homil. in Psalm.* 41. August. & Ambros.
Prolog. *in Psalm.*

Potior autem præceptionum vis est, non quidem à voluptate,
sed à quadam veluti virtute, ac robore, quo, tradita documenta
firmentur, vt de quibusdam verè dilectis scripsit olim Ruricius
Episcop. Lemovicens. lib. 8. Epist. 17. *Certissimus quod non tam di-*
serta cupiunt audire, quam fortia; non tantum voluptuosa, quam vera. Cu-
ius similis est Ennodij censura, lib. 1. Epist. 12. vnde subinfert ar-
gutè Chrysologus serm. 18. *sponenda est ergo eloquentia voluptas,*
quando scientia depositur fortitudo. Hanc enim in præceptis, quæ
carmine concinnantur, cum quodā pondere, ac robore iunctam ag-
novit apprimè Seneca Epist. 94. semel: *Ipsa (inquit) que præcipiun-*
tur per se multum habent ponderis utique si aut carmine intexta sunt. & o.
Iterum Epist. 108. *Sensus nostros clariores carminis arcta necessitas*
efficit. Statim subdit: *Vbi accedere numeri, & egregium sensum ad-*
trinxere certi pedes, eadem illa sententia, veluti lacerto excussa torquetur.
Eleganter utrobique Stoicus, sed de scopo, ac finis satis.

Si vero exemplis agendum sit, fecit equidem non sine omnium
disciplinarum ductu: Grammatici enim (vt ab Encyclopædiæ cre-
pundijs exordiar) suos quoque canones, versu conceptos pueris
exponunt: Dialectici, syllogismorum modos, ac figuras, aliasque
Logicæ subtilitatis præceptiones metrica lege concinnatas offe-
runt. Moralæ Theologiæ Magistri, multarū etiā materiā ferè,
ordinemque carmine complectuntur: Iuris etiam vtriusque Pro-
fessores, codicum, titulorum, legumque ac decretorum argumen-
ta, in cuius que limine, metro concepta, & expressa proponunt. Ra-
tionem præterea, modumque solvendi argumenta, quæ in Iuris in-
terpretatione fieri solent, triplici hexametro, comprehendunt, vt
habet apud Durandum. *Specul.* lib. 2. part. 2. *de disput. & allegat.*
Advocat. § post hoc. Ex quo Everardus, *Præambul. ad locos legal. § 9.*

Et quod nostrum ad argumentum propius accedit divini quo-
que voluminis interpretes omnem de sacræ Scripturæ sensibus
materiam, illo duplici hexametro complexi sunt, quod, S. Antoni-
nus, 4. part. tit. 11. cap. 2. §. 12. Nicolaus de Lyra Prolog. 1. *decom-*
 mendat. script. Abulen. ad Math. 13. que 28. ex eisque posteris,
velut vltatum à maioribus, canonem exponunt. Hinc ad alia.

Theodolphus Aurelianens. *versib. in front. Biblior.* Omnes veter.
Testamenti libros singulim percurrens, cuiusque argumentum
disticho eleganti complectitur

Ni-

Nizephorus Callistus, vt scribit lib. 4. *Biblioth.* Sixtus Senensis;
edidit *synopsin, id est contuitum totius divinæ Script. Iamliis trimetris di-*
gestum, in quo argumenta omnium Sacror. Voluminum brevis complexus
est. Eiusdemque argumenti collegit *compendium Biblicum,* Francis-
cus Gothus, apud eundem Senensem ibidem.

S. Eugenius Archiep. Tolet. tom. 15. *Biblioth. carm.* 19. *Septem*
dierum mundi opera: tum *carm.* 20. *Decem Egypti plagas.* Totidem
hexametris versibus concinnavit: quas etiam in quinque versus
coegit anonymus alter poeta, apud Richard. Victorin. lib. 4. *ex-*
cerpt. cap. 7. Zacharias Episcop. Christopolit. lib. 3. *in Evang.* cap.
128. Decalogi præcepta carmine complexurus, sic exorditur.

Sed quia quod capitur metro, melius retinetur.

Ecce decem chordis resonat custodia legis.

Sixtus Senens. lib. 3. *Biblioth.* inter varia sacr. Scripturam expo-
nendi genera hoc etiam recenset: *compendium* (inquit) *Metricum est,*
strictissima sacror. Voluminum summa paucissimis verbis comprehensa, in
quorum singulis verbis, singula diuina Scriptura, capitum argumenta, ar-
tificiissima brevitate coarctantur. Tale illud est, ab Alexandro Vi-
lladeo compactum centum duodecim hexametris, *in quibus singula*
Dictiones singulorum capitum sacra Script. argumenta perstringunt. Cu-
ius ibi Senensis producit exemplum.

Atque ex hoc equidem ductu, dum olim in concionandi munere
versarer, vt singula Quadragesimalium Evangeliorum argumen-
ta præ oculis haberem, in quosdam etiam Hexametros coegi sin-
gulis dictionibus comprehensa: tantum accipe exempli loco, pro
Dominicis.

Tentator, Thabor, Dæmon, cibet, arguit, intrat.

Quin, & veteres quondam iuris conditores conceptas versibus le-
ges civibus facilius addiscendas tradidere: De Cretensibus Strabo,
lib. 10. Alexander Neapolit. lib. 2. cap. 25. de Solone Plutarchus, *in*
eius vita. De Lacedæmonijs. Clemens Alexand. lib. 1. *Strom.* sect. 7.
De Atheniensibus, Adamus Contz. lib. 4. *Polit.* cap. 19. §. 5. De Ro-
manis Tullius, lib. 2. *de legib.* vt quidam volunt, apud Ioann. Azor.
lib. 6. *instit.* cap. 63.

Denique, leges, vt carmina, solitas olim decantari, constat ex
Aristotele *Problem.* sect. 19. q. 15. & 28. vbi præ alijs. *homines (in-*
quit) prius quam literas scirent, leges cantabant, ne eas oblivioni manda-
rent.

rent. Ab illo hausit Rhodiginus, lib. 9. cap. 8. Petrus Gregor. lib. 10. de *Repub.* cap. 5. n. 3.

Vt ergo non aberrem ab scopo, dum metricè concinnata proponitur methodi species, carminè tibi demum mentem aperiam: conamur enim cum Lucretio, lib. 4.

*Carminè Pierio rationem exponere nostram,
Et quasi Musæo dulci contingere melle.
Si tibi fortè animum tali ratione tenere,
Versibus in nostris possem.*

Tu, ptecor, non renuas; sed progredere, vt scias.

QVARE DE LIBRIS, MAXIMÉ Prophetarum, Methodus Instituta.

PRÆNOTATIO III.

PRIMO, vt Prælectorum commodo, & vtilitati consulerem, eorumque in concinnanda Prælectione laborem, qua possem industria, levarem; novi enim in multis Cathedralibus Ecclesijs, id moris esse, pro assignandis, decernendisque Oppositorum, vt vocant, punctis, tantum, vt ex Davidis Psalterio, & Prophetarum libris, sacrarum Prælectionum Expositivarum argumenta forte prodeunda designentur, ac præfiniantur. Ex quibus, vel Psalmus aliquis, aut Prophetæ caput fortè oblatum Prælecturo materiam suggerat expositivis de Sac. Script. Prælectionibus. Quid vero rationis, ac fundamenti fuerit huic iure receptæ consuetudini, mihi haud ineptè conijcere videor ex Cassiodori sedulitate, quam in prædictos sac. Voluminis libros potissimam ceculit; de quibus Præfat. in lib. *divin. lect.* ita præloquitur. *Quamvis omnia Scriptura divina, superna luce resplendeat. &c. In Psalterio tamen & Prophetis, & Epistolis Apostolorum, maximum studium laboris impendi, &c.*

Circa hos verò libros, non adeo pauculas, aut fuitiles causas incitatur

titutæ de Prophetis Methodi Prælecturæ agnoscat, quas ego tantum, ex veter. Patrum testimonijs leviter indicatas attingam: Etenim S. Hilarius enarrat. in *Psalms.* 135. ita de Prophetarum scriptis univèrsim asseruit: *Non est otiosus sermo Propheticus, neque ex inanibus, & superfluis causis spiritualis loquela est:* Subdit statim, factò de minori ad maius, argumento: *Quanto magis id in cælestibus eloquijs opinandum est, vt quidquid in his excelsum est; divinum rationabile, & perfectum esse existimetur:* Vnde sic licet ad rem argumentari, Propheticus sermo, non ex inanibus causis est, sed quicquid in eo excelsum est, rationabile existimatur, vnus ergo præ reliquis sacræ Script. libris, sermo Propheticus est, cui maxime inquirendo, & per quæstiones studiosè investigando potissimum debeat studium laboris impendi, vt pote quo tractandi genere, quicquid in libris Prophetis causarum est, quicquid rationabile, hac vna investigandarum rationum via facilius disquiratur, expeditiusque ventiletur. Hæc de prima causa; reliquas, ne longior in liminè simi, cursum corripio.

Secunda, ex indicato nuper Cassiodoro, de Psalterio, & Prophetalibus libris agente: *Quoniam mihi visi sunt, profundiorè abyssum commovere; & quasi arcem totius Script. divinæ, atque altitudinè gloriosissimam continere.* Hæc quoque Dionysium Carthus. induxit. *Præm. in Proph. minor.* ita subscribentem. *Quoniam in duodecim Prophetarum Volumine, quadam abyssus est difficultatum, magna profunditas sapientiæ, abundantia quoque mysteriorum Christi, atque Ecclesiæ, &c.* Idem tibi de omni Prophetarum choro, dictum existima. Hoc enim eos elogio veneratur. *Tractat. de incarnat. S. Athanasius: Propheta* (inquit) *in hoc destinati, vt univèrsi orbis Magistri, ac pedagogi essent, & pro publica schola, & sacrosancta tam in ijs, quæ pertinent ad Dei notionem, quam in ijs, quæ spectant; ad animæ disciplinam haberentur, &c.* Iterumque *Orat. in Pass. & Crucem Dom.* eisdem *legum magistros* appellat. Pari encomio ipsos honorat Salonius Viennens. *ad Eccles.* cap. 12. horum ergo libros qui versat, *quasi arcem totius Script. divinæ* conscendit. Hinc oritur.

Tertia causa, quam adstruit Ecclesiasticus cap. 39. ver. 1. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in Prophetis vacabit.* Quo loci sic ad rem commentatur Lansenius: *Inter actiones ad obtinendam sapientiam necessarias primo loco ponit exquirere sapientiam omnium veterum, qui præcedentibus temporibus fuerunt, querendo scilicet eorum scripta, eaque diligenter legendo; & quia inter eos, præcipuum locum obtinent Propheta, rectè de eis peculiariter subiungit, & in Prophetis vacabit, &c.* Vnde ad eundem locum intulit vbi

supra Carthusianus: *Ad obtinendam ergo sapientiam hanc, dignè ac diligenter scrutandi sunt libri Prophetarum.* Ideo S. Petrus cuncta universim sacr. Scripturæ Volumina, vno Prophetiæ nomine compellavit, Epist. 2. cap. 1. v. 20. *Omnis Prophetia Scriptura propria interpretatione non fit, &c.* Quod notavit Salmeron *Prolog.* 22. *Discrim.* 2. Rationemque aedit Ioannes Ragusio, *Orat. in Concil. Basil.* supposit. 1. *In nomine* (inquit) *Prophetia, tanquam in nobiliori parte claudens ceteras partes Scripturarum, &c.* Quæ fuit etiam quorundam inibi interpretum observatio: Id circo legendos ante alios sacræ Script. Codices, Psalmos, & Isaiam: tyrones hortantur Cassiodorus, & Ambrosius, vt retulit Serarius *Proleg.* cap. 28. q. 11. Iure igitur, præ reliquis divinæ paginæ Libris, primæ Prophetis deferuntur in expositione: *Quia inter eos, præcipuum locum obtinent Prophetæ; eius causa est, quæ hanc consequitur.*

Quarta: propter potissimam mysteriorum altitudinem, styli atque dictionis obscuritatem, quam in Prophetis maximè agnoscunt, & reverentur Ecclesiæ Patres. Hanc brevi conceptam attingit Mag. Gregorius, *Homiliam in Ezech.* 6. ex Psalm. 17. v. 12. sic exortus: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris, quia obscura est scientia in Prophetis, &c.* Parique sensu Rupertus lib. 3. *in Amos.* Carthusianus, *Proem. in Daniel.* Ambrosius Ansbertus, *in Apocalypf.* lib. & Hugo Cardin. ad eum Psalmi versum, S. item Ambrosius, in Psalm. 118. *serm.* 8. *Multa* (inquit) *obscuritas est in Scripturis Prophetis, &c.* Videndus etiam Epist. 44. 3. Hilarius, *Prolog. in Psalm.* S. Hieronym. *ad cap.* 3. *Nabum.* & Epist. 103. Clemens Alexand. lib. 6. *Stromat.* sect. 7. Eusebius Emilienus, *Homil. in Litan. Maior.* S. Cyrillus, *ad Ioh.* cap. 1. v. 4. & *in Amos,* cap. 1. v. 1. Rupertus, lib. 1. *in Isaiam,* cap. 1. & *Prolog. in Oseam.* Andræis Cæsariensis *Proem. in Apocat.* S. Iustinus, *Dialog. cum Tryphone.* Plures Græci, Latini-que Patres. apud Coccium, tom. 1. *Thesaur.* lib. 6. Artic. 31. & ex Recentioribus, plures, quos nominatim dabimus sect. 8. quaest.

dum de causâ huius obscuritatis seorsim, controversias inscribimus, fuit ergo potissimum de libris Prophetarum methodus instituenta, *quia obscura est scientia in Prophetis.* Ideo præ alijs potissimè sacræ Scripturæ libris, ipsa lucem exposcit Eccles. 1. capit. 24. vers. 3. 1. *Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.* Sic notante Ruperto, *Prolog. in Iohel.* Hæc sapientia maximè in Prophetis latet. & id circo elucidari postulat, &c. Adeoq; nisi interpretis studio, & labore obscuritas eiusmodi, quâ possit expositionis industriâ, clarescat, prophetia non iure censetur: *Cum enim* (inquit S. Gregor.

gor. lib. 1. 1. Moral. cap. 12.) *aliquid ostenditur, vel auditur, si intellectus non tribuitur, Prophetia minimè est.* Vnde sponte procedit.

Quinta Ratio, quod ad Virum Theologum potissimè spectet Prophetaliū vaticiniorum studiosa disquisitio, & illustratio: quod symbolicè indicavit Isaias, cui divinitus sic imperatum est cap. 8. v. 1. *Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, &c.* Quem vero respiciat allegorice seu moraliter ista præceptio, indicant, Lyra, & Cardin. Hugo: ille: *hoc* (inquit) *dicitur Doctori Theologia.* Hic autem: *Isaias* (ait) *Theologia Doctores:* cum enim nisi Theologiæ Doctores, grandis iste liber committatur? At quod nam volumem istud ipsum Isaiæ vaticiniū esse volūt Carthusian. ibidè, Laurentus *styl.* Alleg. verbo *liber.* ex alijs, quos indicat, & Rupertus, lib. 1. *in Isaiam* capit. 44. cui voluminis Scripturæ vt fidem auctoritatemque conciliaret, subdit *Propheta,* v. 2. *& adhibui mihi teste, fideles, Vriam Sacerdotem, & Zachariam, filium Baruchia,* quorsum autem *Isaias Theologia Doctores:* Hos nominatim testes scripti Prophetalis adhibeat? explicuit ad rem nostram disertè doctus eiusdem interpret Leo Castrus: *Videri potest,* (inquit) *Propheta facere testes huius vaticinijs, quo predictus est partus Virginis de Spiritu Sancto, omnes legis Doctores, omnes Doctores Theologos, qui literas Sacras nocturnâ, & diurnâ manu versant, &c.* Subdit post modum: *ij sunt testes à Propheta, omnes sacri Scriptores, scilicet, omnes legis Doctores. Sacerdotes, sacri Theologi illustrati à Domino:* Sic eruditus hic Auctor, cuius explicatio, solidè fulta est Hieronymi testimonio, ad id loci, Ruperti, *Prolog. in Proph. Min.* & aliorum, qui testes istos, Sanctos Doctores esse volunt.

En tibi, mi Prælector, quorum studio, & vigilijs librorum Prophetalium tractatio, tutè committitur, vt difficultatum, quæ in ipsis inveniunt, oculati testes sint: etenim oculorum munus obeunt, in Ecclesiæ corpore, qui Prophetis maximè libris intelligendis invigilant, vt commentatur apud Michael Plessius ad Cant. 4. v. 1. *Ecclesia Sancta* (inquit) *oculos intellige, scripta Prophetarum acutissimè intuentium.* Habes hinc rationes è multis pauculas, cur de lebris Prophetarum Methodus instituta.

Nec vero, vbi Methodum legi Didascaliam operi superscriptam, aut Magisterij astantiam nobis inesse putes, aut ambitum præcipiendi: sic enim quondam pueri discebamus à Tullio *in Orat.* modestè scribente: *illud meminerimus, nihil nos præcipiendi causâ esse dicturos, atque ita potius auctores, vt existimatores videamur loqui, ad Magistri:* Sic ille dum futurum Oratorem instituebat, nosque pariter

dum sacrum Prælectorem, quem ut admoneam cum Petro Damian. Opusc. 11. cap. 20. *Non distuli proferre, quod sensi, nō videlicet, ut alios arreptā Dōctōris auctoritate docerem*: Absit enim a nobis ista iactatio, quam etiam a se procul amovit S. Fulgentius, lib. 1. ad Monimum cap. 4. quin & Ethnicus homo, disertus sui temporis Orator, a Plinio Iuniori hac laude commendatur lib. 3. Epist. 1. quod hoc temperamentum modestia sue indixerit, ne præcipere videatur. Quæ equidem cautione Prælectorem meum alloquor cum Richardo Victorin. Præfat. in lib. de Erudit. inter. Homin. iure & verè: *daveniam, Lector, non ego docere præsumpsi*: Etenim ut ingenuè fatear ex Claudian. Mamert. sententia in fine lib. 6. de Statu Anima ad Sedonium Apollinar. *Rite potuit videri superfluum, & elatum docere velle, quem sciam n. esse, & e: paupertatis inopia dare dragmam ei, qui multo scientiarum abundat talento*: Hoc enim tantum in votis fuit quod in Orat. Tullio: *Quoniam* (inquit) *non quem doceam quero; sed quem probem, probabo primum, eum qui quid deceat, videbit: hac enim sapientia maximè adhibenda (Præcatori) est*. Sic ille in re non profusus dispari decorum, concinnitatemque fabricandæ sacræ dissertationis amabat, cuius nos idem statim exhibemus.

QVÆ SIT APTIOR METHODUS fabricanda Sacra Prælectionis.

PRÆNOTAT. IV.

Prius quam illam aggredior, novi equidem mihi non defuturos eiusmodi censores argutos, quales olim etiam timuit S. August. Prolog. in lib. de Dōct. Christ. de suis eo in opere præceptionibus ita præfatus: *Quidam* (inquit) *cum intellectis uti voluerint, conatique fuerint Scripturas divinas secundum hæc præcepta tractare, neque valuerint aperire, atque explicare, quæ cupiunt; inaniter me laborasse arbitrabuntur; & quia ipsi non adiuvantur hoc opere, nullum adiuvandi posse censebunt, &c.* lub.

sub lit. protinus: qui quoniam nullis huiusmodi observationibus lectis, quales nunc tradere instituit facultatem exponendorum sanct. Librorum se affectos vel vident, vel putant, nemini esse ista præcepta necessaria clamitabunt. Hos & similes obices a femina removendos censuit Augustinus, quibus ego sine relictatione concederem, si meo tantum natus cerebro Præceptiones inani architectatione molirer.

Igitur, pretium operæ faciam, mi Prælector, & mihi fateor, expeditius, & tibi, credo, iucundius, dum ideam fabricandæ sacræ Prælectionis exhibeo, si non me tibi violenter intrudam, sed lectas veterum Patrum, Auctorumque sententias, quarumdam veluti præceptionum loco, & numero huic, quam aggredior, parti subiiciam; quam enim a me haberent auctoritatem præcepta huius tunc arduæ facultatis, nisi ab Auctorum nomine pondus sibi conciliarent? Ea quippe ut sententiarum, ita & præceptionum conditio est, monente Quintiliano lib. 8. in sit. cap. 5. *ne passim, & a quoque dicantur: magis enim decent eos, in quibus est auctoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet*. Ergo statim manū operi admoveo, præfixo tātū a me singulis præceptionibus brevi velut indiculo

I. Ex Methodo concinnanda Prælectio.

VT Methodum mente concepī, protinus occurrit Galeni sententia lib. 1. Meth. d. cap. 4. ita præscribens. *Methodo quidpiam inquirere, invenireque ex adverso opponitur ei, quod est fortuitō, temereque reperire. Est autem id cum via quadam, & ordine, ut in disquisitione aliquid primum sit, aliquid secundum, & tertium, &c.* Quid ni a Galeno exorti adsumptam ex Medicinā paritatem pro re nostra transeamus? Idem enim argumentum a Medicorum methodo persequitur Cassiodorus Præfat. divin. lect. ita præmonens, & nostros velut alloquens Prælectores: *Moderamini, studi si fratres, sapienter desideria vestra per ordinē que sunt legenda discite; im tantes scilicet eos, qui corporum habere desiderat sospitatē; nam qui sanari volunt, a Medicis quarunt, quas escas primum, quas secunda refectioe percipiant, ne tenuissimas vires debiliū membrorum, oneret potius, quam reficiat confusa voracitas, &c.* Item ergo, quod de ciborum ordine præcipiūt Medici, tu te tibi de servandā methodo in Prælectionis concinnitate dictam extima. Quod vitandæ confusionis studiū maxime in Prophetarum expositione suadet præfat. in Oseam. S. Cyrillus: *Quapropter* (inquit) *singula clarè, & studi se discernenda sententiarum que ordo, personarum que differentia necessario observanda est: sic enim planè citra confusionē, & omnē omnino difficultatē de ijs agemus*

ecce tibi le&issimam methodum. Suam à Sixto Senensi habes luculenter expressam lib. 3. *Biblioth.* §. 1. lege, & observa.

Artem exponendi sacras literas eam dicimus, quæ præceptiones, ac regulas docet ad elucidationem divinæ Scripturæ necessarias.

Hæc autē tota, in tres partes dividitur, hoc est, in definitivam, inventivam, & dispositivam.

Definitiva sensus, et expositiones sacrarum literarum enumerat distinguit, ac definit, indicans quæd, & quæ sint divinæ Scripturæ sensa, et eiusdem exp. siticium genera.

Inventiva docet, definitos iam sensus in abditis Sacrorum Voluminum sermonibus latentes inquirere, & ailigenti investigatione perquisitos invenire.

Dispositiva docet, inventos divinæ Scripturæ sensus decenti, riteque accommodata explanationis dispositione in lucem emittere, & per varios exponendi modos, formulas, et methodos aptissimo ordine explicare, ut divinorum eloquiorum amplitudo et maiestas, quo ad fieri potest, pro rei dignitate nobiliter exprimantur. Hæc & multo plura Senensis pro investigandâ methodo, quam in sequentibus persequimur.

2. Textus integer, sedulo, & studiosè inspicendus.

Tota S. Chryostomi hæc præceptio est concion. 3. de Lazaro, sic præmonentis: Non intelligis, quæ insunt: quomodo possis aliquando intelligere, quæ nec leviter quidem inspicere velis? Sume librū in manus, lege Historiam omnē, et quæ nota sunt, memoriâ tenēs, et quæ obscura sunt parūque manifesta frequēter percurrere. Ita factū lego à S. Iustino Dialog. cum Triphon. qui ad excitatâ difficultatē responsurus sic præmittit: Vno contextu ita ut sunt, recitabo: Vos animū tantisper mihi advertite: textus sic habet, cōtinuo textum profert, quæ in morem, tota ea dissertatione constantier observat. Hanc monitionē audire visus est S. Augustinus, eidēque protinus obsequi, dum Præfat. in lib. quæst. ad simpliciam. De Pauli verbis agens, super quibus excitatæ quæstiones erant, ita præloquitur; Eadem ipsa verba Apostolica, tenoremque sententiarum non contentus inquisitione, atque explanatione præterita, ne quid in ea negligentius præterissem, cautiùs, attentiusque rimatus sum, &c. Idem consultit serm. 49. de verb. dom. cap. 7. & lib. 2. de D. Arria. *Christ.* cap. 8. & Cassiodorus *divin. lect.* cap. 24. quin & in iure Cæsareo in *ciuil. ff. de leg. et Senat.* ita decernitur. Incivile est, nisi tota lege perspecta vna aliqua particula eius prop. sita iudicare, vel respondere. Seneca etiam Epist. 33. eruditionis studiosum de cognof-

cen-

cendis ingeniorum operibus, sic intruebat: tota tibi inspicenda sunt, tota tractanda: resgeritur, et per lineamenta sui ingenij opus necitur, ex quo nihil subdaci sine ruina potest. Eodem respexit Plinius lib. 4. Epist. 14. & lib. 7. Epist. 12. quem autem in finē vergat solers integri textus inspectio, docuit S. Augustinus lib. 6. confer. cap. 3. de S. Ambrosio locutus: nempe ad perscrutandas, si quæ latent in abdito, quæstiones: si qua (inquit) obscurius percussisset ille, quem legeret etiam exponere necesse esse, aut de aliquibus difficilioribus disputare quæstionibus &c. Hæc ad textum penitus inspicendum: præterea:

3. Potissimus eiusdem scopus attentè investigandus.

Opportune Anastasius Nicænus quæst. 52. in *Script.* ex Origēnis sententia: eos (inquit) qui pie volunt Scripturas intelligere oportet exactè, & accuratè diiudicare tempera, et personas, & scopum eius, qui loquitur, &c. Rursum ex Dionys. Areopagita subdit: Est enim à ratione alienum, et absurdum, instituti, ac scopi vim non attendere, &c. Merito: nam, ut scribit S. Chryostomus Homil. in *Psalm.* 3. Quemadmodum absque fundamento invalida, et imbecilla est edificatio, ita nisi invento scopo, ac instituto, scriptura est inutilis. Sic ille Videndus etiam Homil. 29. in *Genes.* & S. Cyrillus lib. de *fide ad Reginas*, cap. S. Athanasius q. 52. ad *Antioch.* S. Ioan. Damasc. *Logica*, cap. 2. S. Asterius, Homil. in *Fest. calend.* Cassianus, collat. 1. capit. 2. Carolus Regius, *orat. Christ.* lib. 3. ca. 9. §. 3.

Quò circa iure adinonebat S. Athanasius, *orat. 4. contra Arrian.* hi verbis: Scopum christiana fidei ante oculos ponas, eoque pro regula vsus lectioni Scripturæ divinitus (ut inquit Apostolus) inspirata, animum intendas. Quam mentem Hæreticis abfuisse in observando divini sermouis scopo conqueritur, ac demum addit: Scopus igitur in iste, & formula sac. Scripturæ, &c. Qui vero sit considerandi potissimū scopi fructus, discas à Chryostomo, in 1. ad *Corint.* Homil. 39. de Paulo signatim, ita scribete: Istud primū quidē omnium operibit scopū cōsiderare, & cōsiliū, quod ubique perlucēs deprehēdas, max. quæstionē solvere: nā isthuc ad solutionem vehementer conducit: i deo ut scopum attingas.

4. Sensui, non verbis tantum nudis inhærendum.

Præcepit tanquā è tathedrâ Hieronymus, in c. 1. ad *Galat.* ideoque inter decreta relatus a Gratian. ca. *Marcion.* 1. q. 1. Nec putemus (inquit) in verbis scripturarum esse Evangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla; non in Sermonum folijs,

B 4

sed

sed in radice rationis. Probat optimi Præceptoris doctrinam plures, Tertullian *in Scorpiaco*, cap. 7. Cassiodor. *divin. lect.* c. 24. Ioannes Trithemius, lib. qq. *ad Maximil. Imperat.* q. 4. Quapropter Euthymius, *ad Ioann. ca.* 5. tum maxime probat, & laudat interpretes, si legitimos sensus velint deprehendere, & non in nudis manere verbis, nec falli circa lectiones. Vnde recte inferas cum Athanasio *contra Arianos*, orat. 3. *Retegenda est igitur mens verborum, & ut abstrusior, investiganda, &c.* Lege Petrum Damian. *serm.* 24. Sanctum Chrysof. *Homil.* 39. *in Ioan.* Quod & ipsi Iureconfulti, super legum suarum interpretationibus optime norunt, ex l. *scire*, ff. *de leg. & Senat. Conf.* ibi: *scire leges non est, verba earum tenere, sed vim, ac potestatem, et c.* Libanius item sophista, Magni Basilij Præceptor, *Declamat.* 10. *Senatum allocutus*: *Malè (inquit) cives, lege utimini, & literis quidem in hæretis, sensum autem, & mentem, eius, qui legem tulit, cernere non vultis, &c.* Hoc nempe studium disquirendi potissimum sensus, ex veterum omnium Rhetorum officio fuisse constat, ex eodem Libanio, in *divisione Declamationis* 24. quod & à Tullio inculcatum lib. 2. *de invent.* & lib. etiam. 2. *ad Herenn.* & in *Partit. orat.* ubi ita dicitur: *Ille autem qui se sententiæ à legis, voluntateque defendit, in consilio, atque in mente scriptoris, non in verbis, ac literis, vim legis postam esse defendit.* Idem tibi dictum noster Prælector existimet, quo suscitatum ex iactata textus sententiâ, quæstionem rite possit abolvere: quem huius Præceptionis fructum fatetur S. Athanasius, orat. *advers. eos*, qui dicunt: *Simpliciter accipiendas sac. Scripturæ locutiones*, ita claudens: *Summa huius orationis est, qui dictiones arripit, significata verò earum non perscrutatur, quomodo appositam solutionem inveniet? Quomodo intel'rogatis respondebit? Quapropter:*

5. Quæ textum circumstant, omnia consideranda.

Attim erat pro hac integra præceptione S. Augustinus lib. 83. *quæst.* ad *andren.* q. 69. *solet circumstantia Scripturæ illuminare sententiam, cum ea, quæ circa Scripturam sunt, præsertim quæstionem contingentiâ, diligenti discussione tractantur.* Ex quo alijsq; Patrum testimonijs optimam interpretandi methodum conficiunt *Cantapretens. lib.* 10. *Hypot. Regul.* 1. *Salmeron Proleg.* 9. *can.* 38. *id est* ex *Rhetoricæ præscripto eisdem lib. Dial. lect.* tradit non semel *Cassiodorus*: *Rhetor enim, (ait orę alijs) quoniam causas ex circumstantijs tractat ex iisdem circumstantijs argumenta præsumit.* Vice nuntius quoque *Belvacens. specul. doctrin.* lib. 3. *cap.* 106. *Circumstantiæ sunt (inquit) quæ convenientes substantiam quæstionis efficiant.* Quæ
fin

sint autem, & quot eiusmodi circumstantiæ in sacra Scriptura expendendę diferté docet Hugo Victorin. *Prænot. Elucidat.* cap. 14. ubi multa de rerum significatione in divinis literis: *Hæ autem res primæ (ait) per voces significatæ, & res secundas significantes, sex circumstantijs discreta considerantur, quæ sunt hæc, videlicet. Res, Persona Numerus, Locus, Tempus, Gestum, &c.* De quarum singulis per duo sequentia capita latè differit, quæ omnia eisdem verbis expressit Richardus item Victorin lib. 2. *Except.* cap. 5. Hæc autem univèrsa fore sacro Prælectori cum primis consideranda, atque discutienda iure admonent præter *Salmeronem* citatum *can.* 38. *Episcopus Oxemensis. de sens. S. Scrip. Regul.* 11. *Cantapretens. lib.* 10. *Regul.* 49. *Carolus Regius, orat. Christ.* lib. 3. *cap.* 9. §. 3. & lib. 6. *cap.* 29. §. 17.

Adde insuper & loquentis intentionem inspiciendam ex *Euthymio ad 1. ann.* cap. 5. *Oportet (inquit) eos qui sacras legunt Scripturas, intentionem loquentis exquirere, &c.* Cassiodorus *Divin. lect.* cap. 24. *pari monito*: *Licet textus planissimus esse videatur, (inquit præ alijs) ad intentiones librorum generaliter semper animus erigatur, &c.* Quæ subdit *Remigius Antiskiodorens. Præfat. in Psalm.* ita: *in vnoquoque tamen Psalmo propria intentio quærenda est.* Quod etiam de quovis sacre paginæ textu, univèrsim monet *Cornelius in Paulum Canon.* 1. Vide interim, si vacat, *Rupertum lib.* 10. *de viñt. verb. Dei,* cap. 22. *Petr. Cellens. lib.* 6. *Epist.* 23. *S. Cyrillum lib.* 10. *in 1. ann.* cap. 13. *Petrum Damian. serm.* 24. *S. Chrysof. Homil.* 39. *in Ioan.* Cuius vero hæc utilitatis sint Prælectori scribit *Præfat. in Habac.* *S. Cyrillus*: *Conducet (inquit) ante narrare, & breviter colligere partes huius Prophetiæ, & quorsum illa spectet exponere (vides intentionem Prophetæ) sic enim Lectores sententiam facilius assequentur, nihilque arduum, ac difficile invenient.* Quin & ipsius prophetiæ causa, & o ccaſio præcognita non parum proderit Prælecturo, ut a *Ruperto monitum* video *ad ca.* 1. *Nahum.* v. 1. his verbis: *Agnoscenda est causa, ut agnoscat, & Dei iustitia, ac pro inde magis ipsa pulchritudo Prophetiæ præsentis illufceſcat: quod enim obscura videtur, & clausa, hoc maxime facit causa non intellecta: Quod præmonendum censuit S. Cyrillus, Præfat. in Aggaum, post offensam eius occasionem variciniij, sic strictè subdens: Hæc, ut breviter exposui, est Aggai Prophetiæ occasio: Huius denique præceptionis commodum argutè dignovit *Cantapretensis lib.* 10. *Hypot. Regul.* 49. sic scribens: *Itaque omnis ambiguitas è medio Scripturarum facile amovelitur, aut r. legabitur, & quæ erant obscura erunt planiora, & expeditiora monstratis occasioibus, ex quibus quæstiones oriuntur aut ex contextus circumstantijs, &c.* Hinc erit, quod subinde consequitur,*

6. *In contestu rerum series, & Ordo connectendus.*

Multa, & gravia sunt (inquit can. in *Matth.* 21. Sanctus Hilarius) quæ confundere intelligentiam possent, nisi prioris & posterioris sensus ordinem tenuerimus: Huic periculo consulit ista præceptio, quæ magnos etiam habet Auctores, Hieronymum in *c. 2. Joel.* v. 28. de suo commentandi studio sic afferentem: *Hoc tantum quarimus, quomodo & superiora, & media, & quæ sequuntur usque ad finem voluminis sibi valeant coherere, ne sui vno textu, consequentiaque sermonis diversa, & dissonans inter se expianatio scaterere videatur.* Augustinū, lib. 3. de doct. Christi. c. 2. ta horiat. *Textus ipse sermonis à præcedentibus & consequentibus partibus, quæ ambiguitatē illam in medio posuerunt, restat consulendus; ut videamus cuinam sententiæ de pluribus, quæ se ostendunt ferat suffragium, eaque sibi contexti patiat.* Hilariū lib. 9. de Trinit. utriusque tententiæ contententē: *cum auctōrū intelligentia, aut ex præpositis, aut ex consequentibus expectetur: quæ differendi methodū probat.* ij. quos damus Auctores, *act. 10. q. 2.* eamque in Oratorū præceptis, posuit Tullius lib. 2. de invent. Vbi de cōtroversijs, quæ in scripto versantur, aut de instrumenti intelligentia nascuntur, ita præ alijs: *Oporebit & eam ipsam scripturam, in qua inerit illud ambiguum de quo quaritur, totam omnibus ex partibus perterritare, &c.* Subdit statim: *nā facile quid verisimile sit, cum voluisse, qui scripsit, ex omni scriptura considerabitur.* Ea propter servandum esse in hac digerendā rerum serie lectionis ordinem consuit Christianus Philosophus Athenagoras lib. de Mortuor. referret. sapienter: *Oporet (inquit) eos, qui hisce de rebus quæstionē instituire volunt, subinde inspicere, quid res exigat, & eatenus verba metri earumque rerum ordinem necessitati adaptare, &c.* Hinc Iulius Africanus Præfat. in lib. de part. divin. leg. dōctum quendam sacræ paginæ Magistrum commendabat, qui discipulos his præceptis imbuerat; *ut ipsarum interim causarum, quæ in divina lege versantur, intentionem ordinemque cognosceret, &c.* Quos ipsum suadet S. Iulianus. Homil. 39 in Ioan. Iacob. de Valent. Prolog. in Psal. tract. 6. Hæc omnia ut exacte calleat Prælector.

7. *Conferendi textus, & versiones, ex quibus oriatur Quæstio.*

Verit etiam ex Rhetorum præceptis hoc monitum, quod ita legis apud Tullium: *Part. orat. ca. 15. ex rationis autem, & firmitati (id est testimonij) conflictione, & quasi concursu quæstio oritur &c.*

Qua

Qui de re iterum lib. 2. de orat. cap. 9. & lib. 1. Rhet. cap. 3. Haud aliter Prælector collidentes inter se textus ita conferre satagat, ut excitatā de ipsorum velut oppositione controversiā speciem omnem contrarietatis amoveat, quod & monent, & exequuntur in simili quæstionum discussione doctissimi Patres, S. Gregor. Homil. 7. in Evang. ita præ multis: *Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, quod inter se contrarium sonat, quomodo contrarium non sit, invenitur.* Petrus Damian. serm. 24. in pari textuū concursu: *ut solvatur (inquit) quæstio, ponderandus est sensus, ut quod durum in verbis exterioribus sonat, de pia intatione procedere discretio sobriè sententis intelligat.* Reliquos nunc sciens omitto, quos affatim dabimus *act. 7. q. 1. vbi de Antilogiā;* vnum tamen addo, hanc conferendorum textuum solentiam in quibusdam interpretum quondā ab origine desideratam, ut lib. 3. in Epist. ad Rom. ita scriptum reliquit: *Illam tantum de Scripturis divinis testimonia explerant quibus proprium dogma constituant; earum verò quæ è diverso veniunt, Scripturæ divina sententiarum absolutiones, ne extremo, ut aiunt, digito contingunt; Caveat ab hac Origenis censurā Prælector quæ textuum collationem pro suscitandā rite quæstione depescit; & legat insuper S. Augustinum, lib. de fide. & operib. cap. 4.*

Quod vero ad traslationes attinet; excitari quoque solitas controversias ex variarum editionum comparatione, disertè docuit S. Augustin. ingressu ad lib. 1. Quæst. in Genes. ita præfatus: *Cū Scripturæ sacræ, quæ appellantur Canonice legendo, & cum alijs codicibus secundum LXX. interpretationem conferendo percurrerem, placuit eas quæstiones, quæ in mentem venirent, stylo alligare, &c.* Quod à se factum sæpius iterat Epist. 59. lib. 2. de Doctrin. Christi. cap. 11. lib. 15. de Civit. cap. 14. lib. 18. cap. 44. & lib. 20. cap. 30. Ex quo natum à l rem canonem observat Leocastro, ad Isaiæ cap. 43. v. 24. Sed quoniam plures sunt, qui hanc conferendis editionibus admovendas, ventilandasque quæstiones, industriam adhibuerunt, indicabo de plurimis pauculos: ijsant. Origenes lib. 3. in Epist. ad Rom. Paschas. initio lib. 1. in Psalm. 44. S. Hieronym. Epist. 105. & 135. & Isaiæ 54. v. 12. Philippus Abbas. Tract. de damnat. Salomon. §. ad scripturam. Iacobus de Valent. Prolog. in Psalm. Tract. 6. Cuius argumenti multa dabunt Salmeron Proleg. 4. & sequent. Bonfrerius, Præloq. in scrip. cap. 16. s. & 6. Antonius Perez. volum. 3. Dub. 5. cap. 7. Epist. Oxoniens. Regul. 6. in quo multus est Montoya, toto lib. 2. de Concordia Sacrarum Editionum. Quæ, cum fuerint à Prælectore opportunè collatæ,

8. *Mox Quæstionis species concipienda, & delineanda.*

Sapienter, & ex Oratorum præscripto. S. Augustinus in Princip. Rhet. cap. 1. *Oratoris (inquit) officium est præpositâ quæstione civili duntaxat, primum ipsam intelligere: optimè, nam si suam ipse quæstionem non calleat Prælecturus, Magnum audiet Basilium sic acriter obiurgantem. Quæ non audit, asserit, et quæ non Epist. 27. intellexit, disputat: iure igitur ipsum instituens Tullius lib. 2. de Orat. cap. 9. Hoc (inquit) primum præcipimus, quæscunque causas erit acturus, ut eas diligenter, penitusque cognoscatur, &c. Quod nemo potest eâ de re, quam nõ nouit, non turpissimè dicere. De quo rursus lib. 1. Rhet. cap. 4. & ad rem apposité Causinus lib. 4. Paral'el' cap. 1. Quod vitium ut avertat à sacro Prælectore, prudenter cavet Melchior Cano lib. 12. de locis, cap. 5. Primum ergo (ait) officium Theologi differentis existimo, ut quæstionem, quam versaturus est, sæpe dispiciat, et idem interroget se, cuius generis illa sit, etc. Videndus etiam cap. 11. Hoc ipsum in suo quoque munere divini verbi contionatores admonet Escalante lib. 7. Clypei ca. 13. Carolus Reg. orat. Christi. lib. 4. cap. 20. habenda est præ oculis igitur ista præceptio, maximè Prælecturis, ne in ijs censcantur, quos lib. 1. de Ord. ca. 11. ita carpit Augustinus: Non multum attendunt, aut unde sit quæstio, aut quò pervenire differentes moliantur, etc. Breviter, & idoneè credant tibi à Maximo Præceptore Hieronymo pronuntiatum Epist. 50. Primam causam esse victoriæ diligenter causam, pro qua dicitur es, discere. Denique pro hoc monito sunt S. Basilii Epist. 1. S. Chrysostom. in Math. Homil. 1. Clemès Alex. lib. 8. Strom. ca. 1. S. Fulgentius lib. 2. de Remiss. peccat. cap. 1. Alcinus, lib. Diælect. cap. 5. Cum igitur omnia, ut par est, Prælector mente conceperit, tum ulterius.*

9. *Præmissis, quæ oporteat, Quæstionis status disertè expediendus.*

Status est veluti cardo, in quo tota causa vertitur, inquit lib. Rhet. Causiodorus: Imaginem vocat Quintilianus, lib. 4. cap. 1. ante declamationem illa velut imago literis exponitur: ideo lineamenta eidem tribuit Libanius, declamat. 31. cum ita vobis causam præpositam delineaverim, etc. Figuram, S. Augustinus Princip. Rhet. cap. 9. pertinere etiam non nihil ad rem videtur scire figuras controversiarum: cui pariter colorem appinxit Iuvenalis sat. 7.

Quis

Quis color, & quod sit causæ genus, atq; ubi summa Quæstio, quâ veniant diversâ parte sagittæ, Nosse velint omnes, &c.

A Tullio dicitur Summa lib. 1. de Invent. hisce: aperte, & breviter summam causæ exponemus, hoc est in quo consistat controversia, &c. De quibus, qui plura velit, legat eundem in Topicis: & lib. 3. Tuscul. quæst. Quintil. lib. 3. à cap. 6. & lib. 7. cap. 1. Causin. lib. 12. Parall. cap. 24. Cressol. lib. 4. Theatr. cap. 8. Quid verò moris in hac parte fuerit prisca Declamatoribus, tradit Seneca Præfat. in lib. 1. Controv. de Portio latrone locutus: ante quæ amdicere inciperet, sedens quæstiones eius, quam dicturus erat, controversiæ præponebat: Idem ipsum de Albutio Suetonius. Declar. Rhet. cap. 6. Sed antequam suam præmet noster Prælector, si qua prænosse oporteat, ad Quæstionis statum apertius dignoscendum, tempestivè præmittet, quod iam olim usitatum legimus à Philone lib. de verb. respicit Noe; ubi celebrem illam apud Patres Quæstionem ad Genes. cap. 9. v. 25. de maledictione Cham aggressurus, ita præloquitur: Nos verò sequendo rectam rationem, præpositæ Quæstionis solutionem scrutabimur ubi pauca necessariò præfati fuerimus, &c. Quibus tempestivè præmissis, mox quæstionem discutit. Sic etiam docet Præfat. in Malach. S. Cyrillus: De Malachia quoque vaticinijs pauca profunda sunt ad docendos lectores, & extendendū quomodo singula quæ dicuntur, intelligant, &c. Hæc erunt autem præ alijs omnia supponenda, quæ apud omnes pervia, & plana, & ex cuius sententiâ equè velut in confessio constat, quod aperte tradit S. Iustinus, Quæst. 146. sic exorsus: Quæstionum absolutionem instituens, primum ea quæ præ confessu habentur ponere, ac deinceps, eorum, quæ in Quæstionem veniunt, solvere ambiguitatem delicti. In eadem mente sunt, Clemens Alexand. lib. 8. Strom. cap. 1. Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 97. & lib. 3. Epist. 28. & 37. quod Dialog. cum Tryphone, in eo desiderabat S. Iustinus: Nec ut amicam veritatis decet, facis; dum in dubium revocas ea, de quibus iam inter nos conveniebat. Habes rationem monitionis huius à Tullio, in orat. cap. 12. Misi enim (inquit) inter eos, qui disceptent, convenit quid sit illud de quo ambigitur, nec rectè differi, nec unquam ad exitum perveniri potest. Quod iterum inculcat, lib. 1. Ad Herenn. & alibi. De tollenda verò primum ambiguitate, quæ in quibusdam facie Script. textibus solet reperiri, disserunt eruditè Driedo lib. 3. de Regul. & dogmat. tract. 2. cap. 2. Episcopus Oxoniens. de sens. S. Script. Regul. 10. Cartapetrenf.

pretens. lib. 10. *Hypotyp. Regul.* 11. alia insuper plura præmitti oportebit, quæ ad cuiusque quæstionis speciem, & opportunitatem signatè spectabunt, eruntque à Prælectore, ut singularum expeditio postulabit, commode, & in loco prænotanda, & præiacienda.

Quibus præmissis, mox integer controversiæ status erit expeditus, atque disertè proponendus, ut à veter. Patribus super excitatis de sacrâ Scripturâ quæstionibus, vilitatum legimus. Ita curæ fuit in *Dialog. cum Tryphone* S. Iustino: *Quando quidem* (ait) *quæstio tota in hoc vertitur, &c.* Ita sæpe Tertullianus, lib. 1. *contra Marc.* cap. 9. & rursum cap. 21. suscitata de ignoto Deo controversiam discutens ita breviter expromit: *Sed hic erat totus status quæstionis:* quo ex more, S. Hieronymus, Epist. 50. Chrysostr. conc. 3. *de Lazaro:* *Quod & ex aliorum præceptis elicio:* Etenim S. Hilarius lib. *de Trinit.* 9. *Omnis* (inquit) *responsionum ratio necesse est, ut ex interrogationum causis profisciscatur, ad id enim respondebimus, unde queritur.* Alcuinus *contra Felic. Vrgelit.* lib. 2. *pro ut ordo proponentis exierit sermo respondentis subsequatur:* Abulens. *ad Matth.* cap. 12. q. 10. *Vnde oritur dubitatio, inde surgat responsio:* Bellè omnes; si ergo tota ratio, qua respondetur controversiæ, de penitissimis ipsius causis enascitur, haud poterit interrogantis ordinem sermo subsequi respondentis, nisi verlandæ quæstionis species, statusque coram producat in lucem; tunc unde proposita suboritur dubitatio, inde ad amissam exacta responsio confurget, ideo sapienter monebat Tertullianus, fati vnus pro hac præceptione lib. *de Resurrect.* cap. 36. *Porro serventur sensus, tam quæstionis, quam responsionis, & controversiæ occursum est.* &c. Denique ut exemplis rem conficiam, expeditam proponendæ quæstionis methodum habes apud S. Augustinum Epist. 5. & 99. Fulgentium, lib. 1. *ad Monim.* cap. 3. & lib. 1. *de Remiss. peccat.* cap. 2. Philippū Abbat. Epist. 1. 2. & alijs, qui concepta ipsa interrogationis verba rescribunt, quò quæstionis statum clarius exponant, ut *unde oritur dubitatio, inde surgat responsio:* Atque hæc de imagine, seu figurâ controversiæ, quam, ut ad scholasticum colorem conformatam Prælector exactè delineet, super ipsius absolute.

10. *Aliorum proponenda Opiniones, ac discutienda.*

Præit optimus dissertator S. Iustinus, *Dialog. cum Tryphon.* ita præmonens: *Nos quoque oportet examinare, quicquid obijciatur; & eate-*

eatenus assentiri, quatenus Scripturis cogimur: quem pariter morem tenuit Moyses Barcepha comment. *de Paradiso.* Sit potissimum, exemplo part. 1. cap. 28. sic admonens: *Expendat suo iudicio lector, has duas opiniones, ac utram malit, alterâ omisâ, retineat.* Et postea non semel inculcat: *Videndus Anastasius Sinait.* Quæst. 48. ex Basilio. *Fluit etiam ex Oratorum fontibus ista præceptio, ut & suas partes statuant, & adversariorum rationes expendant, ita præmultis, Quintilianus, lib. 7. instit. cap. 1. Cum hæc in conspectu quodam modo collocaveram* (nempe statum controversiæ) *non minus pro adversa parte quam pro meâ cogitabam, & primum, (quod non difficile dictum est, sed tamen ante omnia intravendum) constituebam, quid utraque pars vellet efficere:* Sic ille; nec aliter omnes Rhetorum Magistri: sed ut veniamus ad nostros, sit vnus pro cunctis Maxim. Doctor Hieronym. lib. 1. *adversus Rufin.* Diserti Prælectoris munus ita describens: *Commentarij quid operi habent? Alterius dicta edisserunt, qua obscure scripta sunt plano sermone manifestant: multorum sententias replicant, & dicunt: hunc locum quidam sic edisserunt: alij sic interpretantur; illi sensum suum, & intelligentiam his testimor. ij. & hac nituntur ratione firmare, ut prudens lector, cum diversas explanationes legerit, & multorum vel probanda, vel improbanda didicerit, iudicet: quid verius sit, &c.* Quid ad rem expeditius, aut elegantius? Idem commentarijs munus adscribit Prolog. lib. 5. *in Isaiam,* ipsamque differendî methodum servat ubique super excitatis de sac. pagina controversijs: eademque se egisse fatetur S. Augustinus lib. 1. *de Genes. ad lit.* cap. 20. *Librum Genesios* (ait) *quantum potui, enucleavi, protulique sententias de verbis ad exercitationem nostram obscure positis, &c.* Similiter S. Paschasius Prolog. lib. 5. *in Matth.* quadam super textum anti-logiâ: *inqua nimirum sententiâ, magna nobis oritur quæstio: Cuius ad ventilationem subdit: Nam & ipsi Doctores nostri, ex hoc loco diversa sentiunt, &c.* Haud alia via S. Hilarius, qui clavi in *Psalms.* 1. Super eiusdem intelligentia, primò, sententiam aliorum referendam, curavit: *Multos* (inquit) *vel presenti sermone, vel lex literis, ac scripturis eorum compari, ita sensisse de Psalms, &c.* Quò opinio-nem, mox expendere aggressus, subdit: *Sed id nec modo, nec ratione docuere, bonæ quidem opinionis affectu, &c.* Quæ persecutur; & quis omnino veter. Patrum dum ad quæstiones ventū est, hæc disputandi ratione nō tenuit? quod ideo ab ipsis observatū, ut cū oppositi esset respō. cō. argumentis, certū ac de^o inatum velut in scopū iactus figeretur: id apta sane paritate Pet. Damianus opul.

Opusc. 2, contra Iudæos acturus expressit, ita prælocutus: *Quia sagitta directius mittitur, si meta, cui insigi debeat è diverso primitus opponatur nos ipsum consipientem Iudæum hic introducimus, ut verborum nostrorū spicula, non in ventum effusa inaniter defluant, sed ad certam potius materiam iaculata pertingāt.* Ita frequenter à S. Hieronymo factum legis, illa celebri de Virginitate, ac nuptijs quæstione *adversus Iovin.* lib. 1. contra Ioann. Hierosolymit. Epist. 61. & passim, ubi adversus aliquem differendi, se dabat occasio; propositis ergo aliorum sententijs, statim,

11. *Expedit à directæque assertionem, Quæstioni respondendum.*

Aptissimè Sixtus Senens. lib. 3. Biblioth. Method. 9. *Quæstio*, (inquit) *illa est, in quâ ad propositas interrogationes cum certâ firmâque assertionem, ac simplici brevitate respondetur: Iure verò; qui certam, firmamque assertionem exposcit, omnem à responsione ambiguitatem excludit: Omnis autem quæstio* (ait S. Irenæus lib. 2. contra Hæres. cap. 10.) *non per aliud quod queritur, habebit resolutionem; nec ambiguitas per aliam ambiguitatem solvetur, &c.* Lanfrancus lib. de Eucharist. apto pro re magisterio Tertullianus lib. 4. *adversus Marcion.* cap. 38. *iusta & digna præscriptio est in omni quæstione ad propositum interrogationis pertinere debere sensum responsionis: Caterum aliud consulenti, aliud resp. ndere, dementis est.* Caveat ab hac censurâ Prælector: firmat hanc mentem Christus Dom. Optim. Maximusque tractandæ quæstionis Præceptor, ad illam à Sadducæis propositam Lucæ cap. 20. v. 28. divinitus respondens, quo super ita claudit Septimius: *Cum igitur sensus responsionis, non ad aliud sit dirigendus, quam ad propositum interrogationis; si hoc sensu responsionis propositum absolvitur interrogationis, non aliud, responsio Domini sapit; quam quo quæstio absolvitur.* Quid aptius exoptas? Clare, ut solet, Abulensis, ad Matth. 19. q. 16. *Quando Christus* (inquit) *interrogabatur, si ve essent quæstiones bono animo, sive tentativo factæ sive essent digni, sive indigni, qui quærebant, semper respondebat directè.* Didicit ab hac scholâ, Ildorus Pelusiot. lib. 3. Epist. 84. directè quæstionibus respondere; quin & Epist. 198. breviter adiunxit: *ad quæstionis explicationem* (ait) *breviter me conferam: Hinc utramque in responsurō conditionem exquirebat Mag. Alexander, de quō in eius encomiō Plutarchus, dum propositas ab eo decem Gynosophicis quæstiones commemorat: qui arguti in respondēdo succintè que explicandâ quæstione essent, quæstiones eis ambiguas proposuit.* Alia huius argu-

menti

menti dabunt Origenes Dialog. 3. contr. Marinum. S. Hieronymus lib. *advers. Lucifer.* S. Augustinus Epist. 5. & ex Declamatorū scholâ. Quintilianus lib. 4. *instit.* cap. 4. Horatius lib. 1. sat. 10.

Est brevitate opus, ut currat sententia; nec se Impediat verbis lassas onerantibus aures.

Hæc de proponendâ directæ quæstionis responsione: Præterea quo firmior sit,

12. *Auctoritate, ac ratione fulcienda resolutio.*

Gemina est Auctoritas, divina, vel humana: illa sacræ Script. testimonij; hæc Patrum, Doctorumque sententijs innitur: utraque in confirmationem adhibenda: sed præcedat fas est divina ex veter. Patrum more, quos, licet innominatos, memorat Præfat. in lib. *Divin.* Cassiodorus: *Multos enim (ait) vos vidisse retinemus memoria firmitate pollentes, de locis obscuris inquisitos exemplis tantum* (hoc est testimonijs) *auctoritatis divina solvise propositas quæstiones.* Hac methodo vsus Hieronymus, lib. *advers. Helvidium.* Vbi factis de quæstionibus dissertaturus; non (inquit) *Rhetorici campum desideramus eloquij; non Dialecticorum tendiculas, non Aristotelis spineta conquirimus; ipsa Scripturarū verba ponēda sunt &c.* Rursum Epist. 103. & lib. 1. *advers. Iovinian.* hoc se acturū ordine præfatur: *Adversus singulas propositiones eius Scripturarum vel maxime nitur testimonijs: Difertere Salvianus, lib. 2. ad Eccl. Cathol.* cum in controversiam incidisset ex sacri Codicis auctoritate finiendam: *Parva est (ait) ad promulgandam de huiusmodi quæstione sententiam, sermo atque auctoritas mea: videamus ergo, quid de ijs omnibus sacrerum Voluminum, ac præ epterum celestium voces sonent, & tunc rectissimè secundum datam a Deo normam opinionis nostræ regulam dirigemus: Sic ille, quo loci Rittershusius haud bonus ille Catholicus, sed non malus tamen Salviani scholias adiecit: Nota qua esse debeat regula humanarum opinionum, ac sententiarum, videlicet Verbum Dei: Hanc dissolvendarum quæstionum viam terunt S. Irenæus, lib. 2. *adversus Hæres.* cap. 47. S. Chrysostomus, Homil. in Psalm. 95. & Homil. 59. *contra Anomæos.* S. Hieronym. Epist. 61. S. August. lib. 3. *de Doct. Christ.* cap. 28. & sermon. 41 *de verb. apost.* cap. 7. S. Fulgent. lib. 2. *ad Monimum*, cap. 1. & lib. 1. *de remiss. peccat.* cap. 5. & 7. & lib. 2. cap. 1. Origenes, Homil. 13. *in Exod.* itemque lib. 3. *in cap. 3 ad Roman.* Iulius Firmic.*

C

lib.

lib. de error. Prophet. Relig. cap. 8. Ioan. Cassian. lib. 2. de Incarnat. cap. 3. Petrus Damian. Prolog. in opusc. 11, & opusc. 36. cap. 5. Iulianus Toletan. lib. 1. contra Iudæos, & quis non SS. Patrum? Plures omitto.

Auctoritati divinæ proximè succedat humana; de his enim ritè sanctum est ab Innocentio P. in Iure Pontificio, cap. de quibus 2. 1. Dist. ut ibidem notatur in Glossâ: *Si aliqua dubitatio emergat, in solutione alicuius questionis, ad quas Scripturas potius sit recurrendum* vbi post memorata utriusque testamenti Voluamina & alia, subdit P. præpositus ibi n. 4. *Postea ad scripta SS. Patrum &c.* Glossa clarius. *deinde ad Sanctorum expositiones.* Quod monebat olim Cassiodorus, lib. Divin. Lect. cap. 10. *Librorum (inquit) expostores sedulo requiramus & aperire nobis incipient, quæ prius clausa manserunt: Deinde studiosissimè legamus Catholicos Magistros, qui propositionibus factis solvunt obscurissimas questiones: Iterum, cap. 24. Sic pergit: Auctoritatem cum expositionibus suis, sedulè intentione curramus, viasque intelligentiæ, Patrum labore repertas, pio studio subsequamur, &c.* Hanc aperuerunt, & secuti sunt semitam doctissimi Patres, qui præcedentium insistentes vestigijs, & eorundem auctoritati commentando innixi sunt, & posteris, hanc imitationis gloriam reliquere: in quibus frequentissimi sunt Moyse Barcepha comment. de Paradiso. Anastasius, sive Nicænus, aut Sinaita Quæstionib. in sac. script. Quantum verò conferat Veterum auctoritas, ad solidam sacri Codicis explicationem, eruditè tradunt, & suadent Rodericus Dofma, lib. 3. de Auct. sacre Script. cap. 6. Leo castro, disput. de Translat. s. Script. cap. 53. Cano, lib. 7. de Locis, qui totus est, de Sanctorum auctoritate. Pro cuius opportunâ usurpatione, salutare monitum est, quod exhibet Prælectori Hugo Victor. Præfat. in Tract. 1. Sum. sent. in hæc verba conceptum: *Vbi cum possumus, auctoritatum vestigia sequamur, vbi verò, certa deest auctoritas his potissimum assensire studeamus, qui maxime auctoribus accedunt, & non de sensu suo presumere Scripturas expietate interpretantur.* Protinus addit: *Si qua igitur obscura nobis occurrerint, sit nostri prepositi primum ad auctoritates confugere, deinde quid nostri temporis sapientes de illis sentiant, in medium proferre, &c.* Hactenus ille sapienter.

De ratione verò, quæ fulcrum alterum est, idque validissimum ad stabilendam quæstionis resolutionem, quin adhibenda quoque sit, ne dubitem: sic enim prudenter Origenes tract. 19. in Math. super excitatâ, quadam de parabola vineæ controversiâ: *Considera (inquit)*

quit) si possumus dare idoneam rationem in tantâ difficultate questionis, &c. Iure ille, nam ut verè Tertullianus lib. advers. Hæret. cap. 3. *Nulla vox divina, ita dissoluta est, & diffusa, ut verba tantum defendantur, & non ratio verborum constituatur:* Vnde sic infert S. Hieronym. ad Zachar. cap. 6. *non enim quid vbi scriptum, sed quâ ratione sit scriptum, considerandum est.* Ratione igitur erit quoque firmanda quæstionis absolutio: Quod aptissimè exequitur Moyse Barcepha, 1. part. de Paradiso, cap. 28. multis excogitatis, adductisque rationibus ad quæstionum, quas multas ibi versat, resolutionem. Vtra verò præmitenda sit, & maiori habenda in pretio, non est huius loci discutere. De his, nos fusius, dum de argumentorum structurâ discutemus. Nunc ut sua Prælector plenè constituat.

13. Adversariorum argumentis, quoque respondentendum.

ITa præmonuit S. Gregor. Nazianz. orat. 35. *Cum omnis sermo duplex sit, alter, quo dogmata nostra confirmamus; alter, quo adversaria subvertimus: nos quoque postea quam doctrinam nostram prius exposuerimus: ita demum adversariorum placita confutare ac profligare conabimur, &c.* Sic ille, videndus, & orat. 36. Ideo spectabit etiam, ad integrum munus Biblici dissertatoris, quod non in postremâ. Orationum laude posuit olim Tullius, lib. 1. ad Herenn. Sic scribens: *Nam cum adiumenta nostra (alias quod idem est, argumenta) exposuerimus, contrariaque dissolverimus, absolute nimirum munus Oratorum confecerimus:* Hinc eam, quam probamus, differendi rationem, conficiat quoque, lib. Rhet. Cassiodorus: *Si agimus (inquit) nostra confirmanda sunt prius, tum ea, quæ nobis opponuntur, refutanda:* Hunc secutus est omnium aptissimè, & ad reliquorum disciplinam, S. Iustinus, Dialog. cum Tryphone, vbi sic præ alijs: *Vigere non desinam, ad quaslibet obiectiones respondendo, nec aliter me geram, &c.* S. etiam Hieronym. frequenter, vbi cum adversarijs disceptabat: exemplo sit præ multis, lib. Advers. Iovinian. 1. *Vtile ratus sum (inquit) cuncta malitina eius, quasi in instructam aciem contra me ponere, & totum hostilem exercitum cum suis turmis, ac ducibus congregare, &c.* Mox addit ad argumenta Ioviniani responsurus: *Igitur non dimicabo contra singulos, nec paucorum ero passim congressione contentus, toto certandum est agmine, &c. Cum caperimus, quæ proposita sunt, diluere.* Et alia

quæ subdit : quam ille differendi methodum desideravit in Ioanne Hierosolymitano , Epist. 91. Ne ipsum allocutus : *Delucras tibi obiecta proponere, & sic ad singula respondere.* Quod sibi noster Prælector, à maximo Præceptore dictum exiit, habet. studebitque, ut qua possit solertia, & labore, hanc præceptionem observet; de quo plura prætereo, cum de argumentatione, sermo rediit, ex instituto pertractanda: Vnum tamen iubonebo, ut in eâ, quam ex-
truxerit, Prælectione,

14. *Concinnia omnia sint, & sibi exactè coherentia.*

QUOD Lucianus olim lib. de scrib. Histor. præceptum scripturis præferat, idem generatim faciæ paginæ Prælectorem monitum vellem : *Ut postea quam iam omnia, aut etiam plurima collecta habuerit principio capita rerum, & quasi summarium aliquod contineat, delineetque corpus quoddam rade, & informe, & nullis adhuc articulis expressum, postea autem superaddito ordine, & firmam inducat, & colorem dictione adhibeat, & singulis explicandis immoretur, & eadem numerisitate quadam concinnet.* Sic Lucianus Historico præcipit; nec sacer quoque Prælector exequatur; audiatque, S. Hilarius, lib. 1. de Trinit. Hac se ad scribendum lege adstringentem : *Nihil enim incompositum, indigestumque placuit afferre, ne operis in ordinata congeries rusticum tumultum, perturbata vociferatione præberet.* Damnabat quoque hoc vitium in Oratore, Tullius, lib. 3. de Orat. cap. 5. *Ita confusa est (inquit) oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil secundum: tantaque insolentia, ac turba verborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet; ea obscuritatem: & tenebras afferret; atque ut quodammodo ipsi sibi indicendo, obstrepere videntur.* En tumultum illum rusticum perturbatæ vociferationis, quem vitare studebat Hilarius. Etenim, si absque serie, & ordine, res in Prælectionem conijciantur, monstruosum quid, & ænigmati simile evadet. Quod in Poetic. scripsit Aristoteles: *Ænigmati forma erit oratio, scilicet quæ ex minimè congruentibus inter se consuetur: Ideoque Angelus Polit. Præfat. in Quintilianum monuit, ut in declamatione, aliud, ex alio hæreat, & quod cuique conveniat, aptandum est, &c.* Huius demum præceptionis commodum,
no-

notavit S. Cyrillus, Præfat. in Oseam, sic fatus : *Si enim, quorum manus est interpretari, inter se convenientia attulerint, audiendi, discedique cupidus certior utique, ac tutior notitia præstabitur: Quæ si exactè serventur, fiet quoque Prælectioni, quod de Christianorum doctrinâ scripsit Lactantius, lib. 5. Divin. inst. cap. 3. Illorum autem traditio, quia vera est, quadrat undique ac sibi tota consentit, & id eò persuadet, quia constanti ratione suffulta est:* Sic ille: *tanti est, omnia ratione ac methodo concinna:*

Iam quidem desieram, & ut verè loquor cum Quintiliano, lib. 2. cap. 4. *Nec deerant plura, quæ dicerem; sed enim hæc (præceptionum) utilitas fugit, atque utinam tam non pigeat facere istud, quam non displicebit.* Quoniam autem in ore omnium, est illud Claudiani Mamert. lib. 2. de Stat. Anim. cap. 1. *Omnia scilicet dignoscuntur melius, contrariorum comparatione.* Cum Præceptiones has, qualescunque illæ sint, pro fabricandâ Prælectione præmiserim, placuit ad calcem Bibliicum dissertatorem admonere,

15. *Quadam denique in Prælectione fugienda vitia.*

HVC dum accessi, nollem equidim inter eos computari (censore Hieronymo, Præfat. in Isaiâ, lib. 9.) *Qui ignorantes, quid audiant, quid loquantur de eo audent iudicare, quod nesciunt, & ante despiciunt, quam probent; eruditosque se existimant, & disertos, si de cunctis scriptoribus detrahant:* Ideo cursim unum, alterum ve vitiorum, caput, subnotabo, quibus non nullos vidi laborare. Expositivos Prælectores, quæque cum modestissimus quisque censor aduertat, me iure fecisse non abnuat. Quidam enim pannoso centone non induti modo, sed vix semitecti, & quod turpius est, inhonestè convoluti prodeunt in theatrum, quos digito indicasse visus est Tertullianus advers. Hæret. cap. 39. *Propriâ operâ (inquit) more centenario ex multis hinc, inde compositis, in unum sarcium corpus: Vis ultra quemque horum intueri? Videas lepidè descriptum à Claudio Mamert. lib. 2. de Stat. Anim. cap. 9. Panniculos quosdam, ex diversarum variâ lectione concepit, eosdemque vilibus suis, veluti stupeis adsuit, laceroque vestitu, turpior nudis absque furaci meditatione mutus eloquentia palliatus incedit:* Alia de his, dabit eleganter Ludovicus Vives lib. 4. de caus. corruptæ art. Audi es insuper à Luciano, qui festivè satis in convivio, de indocto quodam Grammatistâ, multam eruditionem impudenter affectante: *Versuum (inquit) centones quosdam recitabat, Pinda-*

vi. Hesiodi, & Anacreontis, carmina simul contexens, atque confarciens, ita ut ex omnibus unquam redderet cantilenam, oppidumque ridiculam: An non miraris excordem hominis insipientiam? qua enim harmoniâ, tot dissimulæ carminum leges, & numen in unam possent coire concordiam? Haud aliter male factos quorundam centones irindebis, qui ex diversis Auctorum Scriptis, non eiusdem coloris, merhodi styli, aut eruditionis farraginem hinc, inde congerunt, ut in unam Prælectionem tam diversa violenter intrudant: O malos artis sutoriæ discipulos! Video enim aliquando non neminem, qui malè sibi coeuntes liciorum iuncturas refarciens contra Evangelij præscriptum. Matth. 9. vers. 16. *Immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus, & byssum, aut sericum tomice confluens scindit potius, & lacerat, quam necet oracum subtægmina: Tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit: quæ futura stultorum est, ut cecinit Iuvenus lib. 2. Hist. Evang.*

Quam stultum est rudibus veteres subtexere pannos Vestibus, ut veteris peior scissura pateat.

Sic illi miseram eruditionis nuditatem ostendunt, Doctorumque iudicio se se ridendos traducunt. *Dictio enim* (ait Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. cap. 4.) *est tanquam vestis in corpore; res autem sunt carnes, & nervi, &c.* Videas nunc mihi precor hos eruditionis furtivæ Prælectores, quam lacinioso excursuum syrmate suggestum consendant, si verò latum vnguem deficiant ab insuto memoriæ centone, statim dictione lacerà, quæ est *tamquam vestis in corpore, res ipsæ, quæ sunt carnes, & nervi, nuditate miserandâ contemptui patent, & irrisioni.* Quid si Auctores accederent, & partem suâ quicquæ tolleret? suspicabere forsitan, illam Philosophiæ vestibus stragè reddisse, quam lib. 1. de Consolat. Prof. 1. Lamentabatur Boetius: *Eadem tamen vestem violentorum quorundam sciderant manus. & particulas, quas quisque potuit abstulerant.* Hos utique in tan pudendâ nuditate non alienos emissè codices oportuit, sed adstantium taciturnitatem, ut quondam argutè Martialis lib. 1. Epig. 67.

Aliena quisquis recitat, & quærit famam, Non emere librum, sed silentium debet.

Tum quod olim de prælicatione S. Hilarius, lib. 5. de Trinit. tu non inepte, de huiuscemodi Prælectoribus dixeris: *An ne impia furtivæ Prælectionis rapacitas in obscuro est? Sed in propatulo coram omnibus*

bus exhibilanda traducitur, dum alieno sudore, suam ipsi frontem offundunt, quam pudore debuissent ob alienas commentationes, quas ipsi non concinnarunt, & si Deo placet, fortassis etiam non intellexerunt: *Et non intellectas proferunt lectiones, ut lib. 4. contra Parmeniam.* Scripsit Optatus Milevitan.

Alios videas, qui in omnia Biblicæ concertationis theatra, sex, septem vè tumultuariæ eruditionis excursus, aut expositivas annotationes, à multis retro mensibus memoriæ altissimè infixas in præsulatis, & nidentibus paginis secum deferunt suæ inopiæ testes, & obsides, easque oblato cuilibet Prophetæ capiti, aut textui, etiam renitentes conatur intrudere. De quibus credas Arnobium, lib. 5. contr. Gent. per iocum scripsisse: *Unicuique liberum est, in id quod velit attrahere lectionem, & affirmare id postum, in quod eum sua suspicio, & coniecturâ opinabilis duxerit:* Ita quique pro libito violentis eiusmodi commentationibus, obvium quemque textum infarciunt; qui utinam optimi Prælectoris munus didicissent à S. Hilario lib. 1. de Trinit. Sic ipsum describente: *Optimus enim lector est, qui dictionum intelligentiam expectet ex dictis potius, quâ imponat, & retulerit magis, quam attulerit, neque cogat, id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumpserit intelligendum:* Sic Hilarius, quibus paria leges apud S. Hieronymum Epist. 56.

Vis horum aliquem nosse? totam eius in simili eruditionem capies ex lepiddissimo Luciani stylo, in Rhetorum Præceptor. ubi futurum oratorem, non tam, ut apparet, Rhetoricæ præceptis instituit: quâ mordaciter, & argutè naso suspendit adunca: *Inde* (inquit) *quindecim, vel non ultra viginti Attica quadam selige verba: hacque diligenter exercens in summâ linguâ prompta habe:* verba statim subiicit: *In omnique sermone, illa tamquam condimentum quoddam insperge:* Demum claudit: *Ita enim te populus ille magnum venerabitur, & admirandum suspiciet.* An non vidisti festive descriptam eorum, quos notavius, eruditionem? Audi Prælector, quicumque huius furbaris es, nam

mat. isto nomine, de te

Fabula narratur, quod enim de eiusmodi verborum usu, Lucianus, de similibus commentationum Prælectore si dixerò, patronum habebò Ioannem Sacrisberienf. qui lib. 7. Policrat. cap. 12. in non dispari differendi genere, sic de cuiuspiam Philosophi disputatione: *sed ed applicabit vnde cumque institutus sit sermo: poeticum illud te subito miraberis invenisse piterem, qui ad omnia, quæ necessitas exigat, scit fortasse simulare cupres-*

sum: sic ille ex Horatij sapore, in *Art. Poet.* quam tu sententiam si in eum feras, que in notamus Prælectorem, scopum attingisti.

Horum quippe omne studium, & doctrina est (vt iua illas commentationes cuilibet prodeunti forte capiti per vim, & fraudem affigant) quam graphicè delineat S. Irææus, lib. 1. *advers. Hæres.* cap. 1. sic à Jacobo Billio Latinus: *Veluti seminantur scripturas examinant, vt hypothese suam effingant ac de inde reculas quasdam, & nomina, quæ varijs locis sparsa sunt, in vnū collecta, ex genuino sensu, ad adulterium traducunt, perinde vtique facientes, atque illi, qui argumenta quælibet sibi proponunt, ac tum dant operam, vt Hemeri versibus, ea contexant, &c.* Argutâ ille paritate, versatiles istas Prælectorum commentationes, ad quemlibet textum adaptari paratas expressit; in quibus, illud potissimum vitium est quod nulli apprimè congruant, dum omnibus coguntur promissæ uè deservire: sic olim, de diffuto Ioviniani stylo, lib. 2. *advers. eum.* 1. scripsit S. Hieronymus: *Nescias quid cui cohercat, & ex ceptis testimonijs scripturarum, quæ ille venustissimo eloquentia sua flere mutare non ausus est, reliquas sermo, omni materia convenit, quia nulli;* sic ille: tu paululum, has voces immuta, & de his Prælectoribus asserere, eorum sermo, nulli materia convenit, quia omni. Bellè ex Hieronymi censura.

Quosdam interdum deprehendes, qui frequenter extraneas à sacri textus interpretatione, controversias excitant, atque sic promiscuè de omnibus agunt ad eruditionis inanem ostentationem, vt de Cæsarum orbem circuire videatur, & omnium disciplinarum encyclopædiam versare. quorum quem ibet, ab hac inepta vanitate procul arcendum: ita prudenter admonet Melchior Cano, lib. 12. *de Locis.* cap. 5. *Sciat nullam illi questionem adsciscendam, nisi quæ ad veram, quæ supra naturam est, Christi Apostolorum, & Prophetarum philosophiam referatur.* Huius enim præcepti, quidam immemores in numeris questionibus præsertim Dialecticis, physicis, & methophysicis explicandis importunissimi Longissimi que fuerunt. Hos eiusdem vitij, coarguit Ludovicus Vives lib. 1. *de caus. corrupt. art.* His verbis: *In sacris Literis sit orientis mentio; non atumant alienum de tortu, & occasu signorum differere, de solis cursu, de Luna vicibus: vt postquam peroraverint posset tanta loquacitate tortus auditor queri, bella hæc quidem, sed quæ sum hæc tam bella? Iure ille; nam legi, & ego quoque sacri cuiusdam Vatis commentatorem, qui cum in hanc vocem Cælum in eo, quem versabat rextu, incidisset, statim de Cælorum natura, moru, numero, duratione alijsque sexcentis lōgè, lateque differuerit, cui similes alios haud rarò deprehendemus, licebitque de eius-*
modi

modi variegatis disputatoribus, cum Ambrosio percontari, Epist. 25. *Nonne isti dispares, discolors, in hac multiforimi disputatione nobis videntur?*

Hanc multiplicis scientiæ iactantiam ostensionem, in sacro etiam concionatore, prudenter accusavit Claudius Aquaviva, ordinis nostri Præpositus Generalis Epist. 16. *Generalium: Dum quis (inquit) eruditi nomen inde aucupatur, quasi Mathematicam novit, Astrologiam, Medicinam, Anatomicam, &c.* Quam divagandi licentiam, per extraneas ab instituto facultatis in veteribus etiam de clamatoribus, ex inanis gloriæ studio præsumptam, Dial. *de Orat.* carpebat iure Quintilianus: *Si quis odoratus Philosophiam atque ex eâ locum aliquem orationi suæ infereret; in Cælum laudibus efferebatur: Sed timendum eiusmodi Dissertatoribus est, ne & ipsis eveniat, quod ad rem scripsit Iosnes Satisberiens, lib. 7. *Polycrat.* cap. 12. *Et saepe (inquit) qui paucissima novit, proponit plura, quæ nec ipse Pythagoras sufficeret explare, & quia non habet, quò divertat (id est certam, in qua immoretur quæstionis sedem) laborat misere, idem terit, & easdem circinat aurâs.**

Alij denique, tam densâ textuum farragine, & ineptis locorum allegationibus, Prælectiones infarciunt; adstantiumque aures onerant nullo interpretationis, aut filo, aut nexu, hōs vt descripsisse visus sit Vincentius Lirinien. *Advers. Hæret.* cap. 35. *Nam videas (inquit) eos volare per singula quæque sanctæ legis volumina, per Mosi, per Regnorum libros, per Psalmos, per Apostolos, per Evangelia, per Prophetas, &c.* Nihil vnquam penè de suo proferunt, quod non etiam Scripturæ verbis adumbrare contentur: cernas infinitam exemplorum congeriem: propè nullam omitti paginam, quæ non novi, aut veteris testamenti sententijs facta, & colorata sit: Sic ille graphicè.

Ast scio equidem veram illam Cassiodori vocem, Prolog. in *Psalm.* ca. 2. *Præsumptum est dicere quod nullâ possit auctoritate firmari: optinè neque enim (monente Chrysostomo Homil. in *Psalm.* 95.) oportet quidquam dicere sine testibus, solâque animi cogitatione, nam si quid dicitur absque Scripturâ, auditorum cogitatio claudiat nunc annuens, nunc hæsitans &c.* Verum ubi è scripturâ divina vocis prodit testimonium, & loquentis sermonem, & audientis animum confirmat: Ita profectò est, nec abnuo, imo, & plura huius sententiæ passim in Patribus invenio.

Sed quorsum, inquam, super vulgatissimâ quâlibet Bibliâ observatione tot additi testimoniorum aggeres? & in cumulum vique excrecentes textuum accervi? totque congestæ in vnum, vel indi-

gesta potius locorum allegationes. Hæc enim admodum molesta commentandi ratio, ut scribit Sixtus Senens. lib. 3. *Biblioth. Method.* 21. Ad encliticum, & confirmationem propositi loci varias scripturarum testimonia, auctoritates, & locos, ex divinis Liberis similes, in unum contractos adducit: & hæc rursus præfertim si obscuri fuerint, & impliciti, super addita nova expositionis interpositione particulariter edisserit: quo fit, ut dum expositor per singula prolata scriptura testimonia exponendo proceditur, explanationis corpus, quodammodo in immensum excrescat, vixque finem inveniat. Hæc ille: O sanè bonum coaccervatæ commentationis fructum.

Hunc verò ab orbita excursum cohibuit, & temperavit Ambrosius Cathar. in 2. ad Corinth. cap. 6. v. 18. Hic opportuna monitione: à Paulo admonemur, *Licetum nobis esse, parvas congregare scripturarum sententias, modo in testimonium adducantur apte, & ad sensum ipsius scripturæ aperiendum; non autem temere, & absque iudicio: in quorum tamen à plerisque erratur, qui multitudine parvas, quam pondere passim eas citant, quo eruditiores apud indoctum, vulgus videantur: Sic doctus hic Auctor, nec minus fructuosum eiusmodi lucrum est ventosis Prælectoribus: atque hæc etiam olim SS. Patribus curâ fuit vitandi congestos vixque ad fastidium testimoniorum aggeres: Lege iterum Vicent. Lynniens. cap. 37. S. Hieronym. Dialog. contra Luciferian. S. Prosper. Epist. ad Demetriad. Faustini Episcopi lib. de fide contra Arrian. c. p. 1. Sacrisberienf. lib. 5. Poliorat. cap. 14.*

Proximè huic succedit inanis etiam iactatio, & affectata plurimum, eorumque ignoti nominis Auctorum eruditio, quorum æcervata citatione dum plausum aucupantur, ingerunt audienti fastidium, tamque absunt ab instituto dissertationis, dum allegantur, quam est eorum molesta cogens, dum auribus obtruduntur: Hos ut noveris, legas, precor, ex Francisco Petrarchâ, disertio quondam scriprore, lib. 4. Familiar. Epist. 9. talem horum iactantiam, ubi quemadmodum nimium, de eruditione gloriantem, sic alloquitur: *Animadverti enim te in scriptis tuis omni studio, ut appareas, eniti: hinc ille discursus per ignota volumina, ut ex singulis aliquid decerpens rebus tuis interseras: plaudunt tibi discipuli, & omniscium vocant innumerabilium Auctorum nominibus attoniti, quasi omnium, quorum titulos tenes, & notitiam sis adeptus: docti autem facile discernunt, quid cuiusque proprium, quid alienum sit, & rursus quid mutuum quid precarium, quid furtivum, quid de medio haustum, quid a prætereunte delibatum: His ille postremis cunctis, quæ notavimus, Prælectorum vitia, compendio complexus est.*

Tu

Tu denique contra hos, citationum, textuum, & Auctorum æcervos, si plura cupis, adi Doctor. Iacobum Perez, de sacra rat. concion. lib. 5. cap. 3. Salmeron. Proleg. 9. can. 20. Fabian. Iustinian. lib. 2. de sac. Script. part. 2. cap. 1. Anton. Balinghen. part. 2. *Preparat. ad loc. commun.* cap. 3. num. 5. Ego enim ut desinam, quod Quintilianus, in exitu, *Orat. instit.* modestè fatetur, id ipsum, de hac sacre Prælectionis methodo dictum tibi velim, ac boni consultum: *Habes quibus præcepta dicendi pro virili parte adjuvari posse per nos videbantur, quorum cognitio studiosis iuvenibus si non magnam utilitatem offerret, at certe, quod magis petimus, bonam voluntatem, &c.* Tu perge inspecturus.

VERSANDÆ SACRÆ

Questionis exemplar ex S. Hieronymo expressum.

PRÆNOTAT. V.

HAtenus vtilis istas, nisi fallor, præceptiones ad extruendam, expositivæ Prælectionis fabricam utcumque concinnaveram, sed ecce statim occurrit in ulteriora progressuro, celebris illa, & satis vera Senecæ, v. ex Epist. 6. *Longum iter est per præcepta; breve, & efficax per exempla: ut ergo viæ compendio perveniatur ad metam, exemplis agendum erit: sed quoniam nos (loquor cum Ambrosio, de Virgin. lib. 2.) Infirmi admonendum sumus, debet enim is, qui docet supra eum, qui docetur, excellere, ne vel susceptum deseruisse munus, vel nobis arrogasse amplius videamur, exemplis potius, quam præceptis putavimus imbuendum. Prætereà monente Tullio, lib. 1. ad Heren. cap. 1. Ut intelligas hanc præceptionis rationem, ad exercitationem accommodari oportere. Et vnde, precor, opportunius sum: tur exemplum, quam ab optimo Præceptore Hieronymo? quem in exponendis sacris Scripturis Doctorem Maximum & celebrat, & canit Christi Ecclesia?*

Is enim olim fuit à Damaso Pont. de divini Codicis interpretatione velut Arbitr. constitutus, ut ipse, Præfat. in *Evang.* modeste fate-

fatetur, sic eundem allocutus: *Cogis me, vt post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi arbiter sedeam. &c.* Huius igitur arbitrio concinnanda mi esse sacram de Scriptura Quæstionem quis inficiabitur? afferuit sanè omnium voce Palchatus, Prolog. lib. 1. in *Matth.* ita de se ipso fatus: *Tamen ille, vt Arbitr, de singulis, nos, vt perdissequi, quæ apta erant elegimus; quæ apta, inquam, erant, ad ideam fabricandæ Prælectionis delineandam, & vnus Hieronymi exemplo statuendam.*

Etenim doctus vbique de sacra pagina disputator, & vt iure cõmendat Palchatus: *Divina legis interpres, ac Magister egregius, atque in extricandis ex divino Codice nodis omnium peritissimus; nullibi tamen (vt suspicor) disertior, & expeditior, quam Epist. 125 Vbi propositas à Damaso quæstiones ingeniosè atque eruditè dissolvit; vnde velut aptam disserendi Methodum nactus Prælector, expressum fabricandæ Relectionis exemplum sibi præ oculis statuatur, cuius ductu, & imitatione, omnes tractandæ controversiæ partes, possit explere; quod vt apertè conspiciat, aptius erit, ipsius Hieronymi sententijs ex totâ eâ Epistola hinc inde delectis, & in paradigmati speciem compositis, ac demum in quasdam veluti præces distributis (quæ præmissis ad numerum Præceptionibus respondeant) singulos versandæ Quæstionis articulos palam exponere Prælecturo, vt quibus illa membris partibusquæ consistat à capite, quod aiunt, ad calcem in vnus Hieronymi magisterio, opere ipso cernatur impletum; Hæc tu, mi Prælector, excipe à Piiñij sententia lib. 7. Epist. 1. *Quæ tibi scripsi primùm, vt te non sine exemplo monerem.**

Primò igitur quod ad Methodum spectat, quam semper amavit, & opere executus est S. Doctor, ita præmittit initio Epist. Damasium allocutus: *Vt ego sentio commentarium te expectare dixisti, brevem responsionem ad ea desiderans, quæ singula magnorum Voluminum prolixitate indigent, &c.* Miraberis ergo vim Methodi à Hieronymo in tractatione quæstionum observatæ. Etenim *Commentarium* expectabat Damasus, diffusum quidem, & laboriosum opus, longoque disserendi studio conficiendum (quæ commentariorum lex est, alibi non semel Hieronymo inculcata) quod ille postulabat. *Brevem responsionem ad ea desiderans, &c.* Sed qua ratione, inquis, diffusa commentarij ratio possit in *brevem responsionem*, cogi & coartari? *Et quæ singula magnorum Voluminum prolixitate indigent, in compendiosam brevitate redigi?*

Ea virtus Methodi est, quam in tractandis hisce Quæstionibus

ser-

servavit apprime Hieronymus, quod ex reliquarum Præceptionum praxi constabit.

2. Inpexit ille sedulo, & studiosè textum, cuius ex discussione suboriri quæstio posse videbarur; sic enim in 2. quæst. *Volumen Hebræum replico, quod Paulus Phelonen iuxta quosdam vocat: & ipsos caracteres sollicitus attendens scriptum reperio: mox textum apponit.*
3. Potissimum eius sensum, & scopum investigavit, quod in 1. quæst. præmisit, ita præ alijs. *Digeramus (inquit) quo facilius scriptura sensus possit intelligi, &c.*
4. Sensui Scripturæ, non verbis tantum nudis, constanter inhæsit: cum enim in cuiusdam Hebrææ vocis significato, varietatem inveniret apud interpretes, sensui maluit insistere, omniâ de vocibus pugnâ: *In reliquâ parte (ait quæst. 2.) interpretatio nes non discordant; omnis pugna de verbo est: cuius hanc adhibet causam, quòd videlicet idem sermo, & eisdem literis scriptus, diversas apud eos, & voces, & intelligentias habeat, &c.*
5. Eorum in Quæstione versandâ circumstantias temporum spectarent, multa in censum adducit Quæst. 2. quibus enarratis statim addit: *Dum hæc & multa istius modi mecum sollicitus volverem, &c.* Rursumque alias ab Historia repetit ex lib. 1. Paralip. cap. 6. sic exorsus: *Replica genealogiam Levi, &c.*
6. Vt exactam seriem rerum, ordinemque servaret, subsequen-
tibus, præcedentia connexuit quæst. 1. cum enim de septem in Caini occisionem vindictis esset controversia, ab ipsius crimine rem auspicatus ita præmisit ex Genes. cap. 4. v. 9. *Postquam Cain occiderat fratrem suum, interrogatus à Domino, vbi est frater tuus? Contumeliosè respondit: Ex quo S. Doctor, solvendæ quæstionis initium fecit.*
7. Conferendorum textuum, & trãslationum singulare studium fuit: De his ita in Quæst. 1. *Ante quam de quæstione aliquid dicamus, rectum videtur vt editiones interpretum singulorum cum ipso Hebraico conferentes sermone digeramur. &c.* De textibus vero in 2. quæstione, *Hoc (inquit) Problema cum legissem capi mecum tacitus astuare, & è vestigio Genesim. Exodumquæ percurrrens, reperi loca, in quibus scripta sunt, quæ videntur facere quæstionem, &c.* Vbi, & quæ apparebant contraria, conciliavit: *Quod vtiq; (ait) nisi exponatur, videt ur esse contrarium: post modum addit: Etenim cum videatur scriptura inter se esse contraria, vtrumque verum est, cum diversum sit.*

Quam

8. Quam ille quæstionis concipiendæ primûm atque delineandæ curam habuerit, ostendit initio Epist. ita se se ad earum expeditionem accingens: *Quod earum voce prompturus; ante mihi cogitatione pingebam.*
9. Quæstionis statum in singulis, breviter, ac disertè proponit, primè: *Quid sibi vult, quod in Genesi scriptum est? omnis qui occiderit Cain, &c. cap. 4. v. 15. cursum secundæ: Cur Deus loquitur ad Abraham, quod quartâ progenie, filij Israel essent de Egypto reversuri? Genes. cap. 15. 16. Et postea Moyses scribit: Quintâ autem progeuie ascenderunt filij Israel, de terrâ Egypti nempe iuxta LXX. Exodi cap. 13. v. 18. demum tertiæ: Cur Isaac vir iustus, & Deo charus, non illi cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore benedixit? quarû omniû velut ansam dubitandi prehêdit.*
10. Alorum sententiæ circa quæstionis resolutionem ab Hieronymo propositæ: sic in 1. quæst. vbi de septemplici punitione: *Nonnulli (inquit) septenarium numerum, plenum, & perfectum interpretantur, sunt autem, qui & de Evangelio, interrogationem Petri replicent, Matth. 18. 21. Ponam, & aliam opinionem, ne quid videar prætergressus. Demum addit: Quod volunt intelligi, septuagies septies multis modis interpretantur. Hæc, ille, distinctione varios aliorum modos interpretandi producit.*
11. Brevi, ac disertâ, expeditâque propositione quæstionibus singulis respondet: in Epist. exordio, ita de omnibus: *Antelatis, itaq; problematibus, quæ Epistola tua subicceras, quid mihi videretur, annexi. Rursus in 3. quæst. sic Damasus allocutus: Quod, tu hoc tantam quæras, quare vir iustus (Isaac) aliquid ignoraverit, & contra suam fecerit voluntatem? Ecce totam quæstionis vim; sed vide directam, & expectatam resolutionem: Ad quæd (inquit) districta responsio est: nullum hominum, excepto eo, qui ad nostram salutem, carnem est dignatus induere, plenam habuisse scientiam, & certissimam veritatem.*
12. Vtroque fulcimento & auctoritatis, & rationis firmat sententiam suam S. Doctor: de auctoritate quidem divinâ, res ostensione non eget, cum totus sit in Scripturis Hieronymus, de humana vero in Epistolæ ingressu citat Tertullianam, Novatianum, Origenem, Didymum: in quæst. 3. Hippolytum & Victorinû, quin & super mystico sensu in eadè: *Hippolyti (ait) Martyris verba ponimus, à quo, & Victorinus noster non plurimum dis-*

- discrepat: Quod marginali scholio notat Marianus: Hippolyti Martyris & Victorini profert auctoritatem. Ratione quoque probat, quam frequenter ex ipsa sacra pagina producit in 3. quæst. Quia cum ven erit, quod perfectum est, tunc, quod ex parte est, destruitur: iterum: quia non quomodo videt Deus, videt homo. Dinique ego (inquit) puto divina dispensationis fuisse, ut oculis (Isaac) cæcetur. &c.*
13. Adversariorum quoque argumenta dissolvere curæ Hieronymo fuit: sic enim in 2. quæst. præmisit: *Ac primûm existimabam spiritualibus, spiritalia comparans, indissolubilia esse, sicut & multa sunt alia: postmodum, ad exortam de vocis Hebrææ significatione difficultatem ex similis vocalæ exemplo respondet: Ex quibus (inquit) exempli causa unum ponimus, ut quod dicimus, perspicuum fiat, &c. At tandem addit: De Hebraicis Libris disputantem, non decet Aristotelis argumenta conquirere, &c. Vt scias, quo ex fonte sit in Sacri Codicis tractatione, ad argumenta respondendum.*
14. Quam fuerit in Dissertationibus suis S. Doctor cohærentiæ, & concinnitatis amator, ex eo maxime patet in Epistolæ exordio, quod celeritatem, festinationemque respondendi causatur, ita de superveniente subdito nuntio rescribens: *Me quæd dubium, & quid facerem nescientem ita festinus exterruit, ut omnibus prætermisissis ad scribendum transvolarem, &c. Ex qua festinatione, vel ut ex temporaneam, & impræmeditatâ se responsionem emisisse fatetur, græca usus ad id significandum dictione; quæ sive verbum, vel adverbium sit (de hoc enim dissentiunt eiusdem scholiastæ) idem tamen ad rem opportunè significat: Erasmus, adverbium à verbo deducit, cuius hæc vis: *Idest ruditer, ex tempore, & impræmeditate rem tracto: Marianus Victorinus sic extulit: Idest hæc tibi ruditer, & ex improviso digessi. Paremque vocum eiusmodi Græcarum significationem expressit in lexico Scapula: Ideoque ob improvisam & impræmeditatam ad Quæstiones responsionem, ut de se modestè cogitavit Hieronymus, addit: Veniam postulans, & festinationis pariter, & morarum festinationis, quia ad unam lucubratiunculam dictare voluerim multorum opus dierum &c.**
15. Quædam denique vitanda à Prælectoribus vitia suo monet exemplo Hieronymus 1. ne ab alijs sæpius inculcata, veluti repetitam crambem semel iterumque reponat, & veluti eisdem iterata vijs vsque ad lassitudinè Doctorum ducat, &

reducatur: quod ab illo vicatum & is verbis expressum initio Epist. *Duabus tantum quaestionibus praetermissis, non quod non potuerim, & ad illas aliquid respondere; sed quid ab eloquentissimis viris Tertulliano nostro scilicet, & Novatiano latino sermone sunt edita, &c.* Mox de Origene loquens: *Vt si ipse (inquit) invenire nihil possem, de eius tamen fontibus mutuare, &c.*

II. Aggerendorum, sine delectu, & fructu sacrae Scripturae textuum, Auctorumque fastidium caute vitat: sic in 1. quaest. eos interpretes subaccusat: *De multis Scripturarum locis, testimonia contrahentes*: A congerendis vero pluribus Auctorum citationibus abstinere hac tantum allegatione contentus; ibidem: *Maiorum nostrorum ista sententia est*: Rursumque in 3. quaest. ea (inquit) *que a maioribus nostris super hoc loco sunt interpretata, praetereo*: Sic ille, quorum enim utrobique singulos molesta citationis serie percereret?

III. Quae extra (quaestionis) praecipuae orbitam sunt, prudenter omittit, ne pannofo centone ipsam indueret: haec sunt prudenter sententiarum farraginae, quas tantum indicat, nec ultra persequitur in quaest. 1. *Aiunt ab Adam, vsque ad Christum generationes septuaginta septem, &c.* *R: ferebat mihi quidam Hebraeus &c.* *Alij de septem vindictis Cain varia suspicantur, &c.* *Non nulli septenarium numerum, plenum, & perfectum interpretatur, &c.* *Sunt autem, qui & Evangelio, &c.* *Quidam septimum annum annu remissionis, & quinquagesimum tubilae, &c.* De quibus iungitur: *si sua esset quaestio instituenda suisque tractanda, & absolvenda numeris, opus foret pene infinitum: quae omnia & similia (inquit) & in 3. quaest. Praetereo, non quod opinionem eorum non acquiram, sed quod tu hoc tantum queras, quare vir iustus, &c.*

Claudio de nouum has Hieronymi praesces, apta eiusdem monitione, in quaest. 1. *Verum, ne longius sermo procedat, hucusque super hoc locutum esse sufficiat quia & de his, quae respersimus, ingentem tibi disputationis syluam poteris ipse conficere*: Hucusque S. Hieronymus.

Nos autem in ulteriorem Methodi partem progressi, quae ad Biblicarum Quaestionum tractationem spectant, ex inde profequamur. Et verò plura de his erant merito praemittenda, tum quòd totius sacrae Praelectionis methodum quaestionibus veluti cardine vertendam iuten limus; quarum singulae partes, ac velut articuli, haud facile possent brevi notatione dignosci; tū quia super excitandae quaestionis radice, sede, conditione, ac opportunitate (quibus explicandis non admodum pauca insunt praecipua Rhetorum Magistri) nobis quoque necesse fuit quaedam non admodum

stric-

strictè praemonere sacrum Praelectorem, cuius sane muneris arduitate praevidit hac in re cum primis eruditus Melchior Cano, qui lib. 12. de Locis, cap. 11. inter alias pro eruendis, versandisque sacris quaestionibus praecipua, ita consulit: *Multo verò magis Theologo elaborandum, ut cognitis, ac tractatis locis, quaestionem, quam versare cupit, in locos Theologiae conijciat*: Prudenter illè; ast in quot ego locos, ac sedes Theologiae expositivae quaestionem conijciam, nisi locorum veluti iuncturas penitus inspectas habeam? Erit igitur potissimum operae pretium, quae adversandarum quaestionum notionem maxime conducant, non omnino indiscussa dimittere; ut id asequatur comodi probe institutus Praelector, quod in Philosophiae studio commendabat olim Tullius, *Tuscul. quaest. lib. 1. Hanc enim (inquit) perfectam Philosophiam semper iudicavi, quae de maximis quaestionibus copiose posset, ornateque dicere.*

Tu vero, mi Praelector, dum audis copiam, ornatumque dicendi, à nobis tale nihil expectes, neque enim in hoc Opusculo nostrum est, quaestiones discutere; has ab eruditis Auctoribus excitatas, pro congerenda, in divinos Prophetarum libros sacrae Praelectionis materia, tibi ex instituto veniendas, dissolvendasque tantum ex singularum inscriptione proponimus, & indicamus: id enim mihi duntaxat in mente fuit, quod, magno quoque Doctore Augustino, dum, de suis, in vet. Testamentum quaestionum libris, ita praemonuit lib. 2. *Retract. cap. 55. Quos ideo appellare sic volui, qui ea quae ibi disputantur, magis quaerenda proposui, quam, quaesita dissolvi*: Idem mihi modo scopus est. Tu ergo sequentes, de quaestionibus monitiones, statim percurrere.

AN, QUÆSTIONIBVS AGERE oporteat Sacra Pagina Praelectorem.

PRÆNOTAT. VI.

Svadet in primis non obscure, ipsa divinæ Locutionis obscuritas, toties à SS. Patribus inculcata; Clem. Alexand. lib. 6. Stromat. cap. 7. opportunè: *Propter multas ergo causas occultam scripturæ*

D

sen

sententiam: primum quidem, ut diligenter inquiremus, &c. Adest Paschalius in *Matth.* lib. 11. *ut ipsa veritas in essem oblecta excitet aviditatem legentis, & auditorum intelligentiam cum fuerit reserata; ut semper in obscuris veritas avidius requiratur*: Consonant alij: S. Basilus, Proëm. in *Isaiam*. S. Gregorius. Homil. 6. in *Ezechiel*. S. Augustinus, lib. *Contr. mendacium ad censent.* cap. 10. Chrysof. c. per. imperf. in *Matth.* Homil. 44. S. Thomas de Villanova, proleg. in *cant.* plures, quos transeo; & quæ de ipsius nativitate ductu venit, inquit Claudion. Mamert. lib. 2. *de statu animæ* c. p. 2. *Quoniam mortalium generi natura datum est, ut abstrusa fortius querat, ut negata magis ambiat, ut tardius adepta plus diligat, & eo flagrantius anctur veritas, quod vel diutius desideratur, vel laborius queritur, vel tardius invenitur, &c.* Eleganter ille, ac verè.

Cum igitur prædictorum ob finem latentes in sacro eloquio sensus occulantur, *ut diligenter inquireamus; ut semper in obscuris veritas requiratur & eo flagrantius anctur quo laboriosius queritur.* Nulla methodus erit aptior, quam si per excitata Quæstiones abdita Prophetarum arcana vestigentur. Sic enim de Christi mysterijs alte prænuntiat Habacuc, cap. 3. v. 3. *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan, sive ut reddunt LXX. Dominus de monte umbrato, & condensa*; quod ad rem allegoricè commētatur S. Augustinus lib. 18. *de civit.* ap. 32. *Montem verò umbratū atque condensum libentius acceperim Scripturarum altitudinem divinarum, quibus prophetatus est Christus, multa quæ ppè ibi umbrata atque condensa sunt, quæ mentem quaerentis exercent*: Et quas, non in eo scripturarum monte Quæstionum Sylvas invenies? audi Chrysofomum. Homil. 1. in *Matth.* de vñic. Evangelistæ initio ita loquentem: *Etenim plurima sunt, quæ inquirentur, ac varia: considera igitur quanta in ipso Evangelij principio, Quæstionum sylvæ nascatur, &c.*

Quid verò de vivente totius sacræ Script. volumine, ac potissimū de arcibus Prophetarum vaticinijs, censendum crit? Horum enim velut hispida, & horrentes difficultatum salubras, tamquam è sylvescenti saltu germinantes agnovit Eusebius Emiffenus, Homil. in *Litan. Major.* Vbi tres illos montes de quibus Deuter. cap. 33. v. 2. *Sinai, seir, Pharan* totidem sacræ Scripturæ partibus cōaptat, nempe *Sinai* Libris legalibus, quod sibi à Deo lex lata sit: *Pharan*, qui frugifer dicitur, Evangelio: *Seir*, denique Prophetarum vaticinijs; de quo ita signatè commentatur: *Seir* *Prophetas significat, quia Hispidus interpretatur: Propheta enim valde hispidi, & asperi, & difficiles sunt*: Sic ille allegoricè, ac verè.

Ad

Ad penetrandam ergo condensam istam difficultatum sylvam, & imple nos Prophetarum saltus, assiduâ, solerique vestigatione opus est, quam ex venatorum indagine à multis descriptam invenio Vet. Patrum, Origen. Homil. 3. in *cant.* Clemēt. Alexand. lib. 5. *strom.* cap. 2. S. Cyrillo, lib. 1. in *Ioann.* cap. 2. & lib. 4. cap. 13. S. Prosper. Præfat. in lib. 7. *de Promiss.* Gilbert. serm. 45. in *cant.* Philon. lib. *de Semijs*, & alijs: eadem venaticorum canum paritate, aliud ex alio curiosè pervestigare suadebat olim Lucretius, lib. 1. *de rerum natur.*

*Namque canes ut montiuagæ persæpe ferai.
Naribus inveniunt intectas fronde quietes.
Cum semel institerint vestigia certa viâi:
Sic aliud ex alio per te tute ipse videre
Talibus in rebus poteris, cæcæque latèbras,
Insinuare omneis, & verum protrahere inde, &c.*

Ut redeam ad nostra; præcunctis omnium disertissime Rupertus, lib. 1. in *Mich.* difficilem eius Vatis textum ex cap. 2. v. 4. investigare aggressus, ita præfatur: *Scripturarum sensum verum quærere, & indagare cupientes sylvaticarum venationum recordamur; quarum in usu quoniam canes veraciter venatici sint, comprobantur: nam qui eius nature, vel sagacitatis nõ sunt, ut venationis infatigabili dilectione trahantur, mox ut spinetis, aut paludibus, aut scopulis, vel rapibus offensus fuerint, fugientem capream, aut hinnulum cervorum segnes obliviscuntur, &c.* Qui autem canes ingenui, vel naturaliter sunt venatici, nullius difficultatis offensione superantur. &c. Mox inferens claudit: *Si canes Domini sumus sensus veritatis in sanctarum Scripturarum sylvâ densissimâ venatio nobis est: quæ potuit opportunius, & elegantius.*

Hinc inter varias sacra Script. exponendi methodos, quæ venationi omnium simillima est, nonam supradecimam *de inquisitione* proponit Sixtus Senens. lib. 3. *Biblioth.* quam ille sic explicat: *Inquisitionis est, quæ per investigationem, & dissolutionem difficultatum divinas Scripturas exponit, cuius quidem, tres sunt species: Problema, Quæstio, Disputatio*: Statim singulas appositè dilucidat: Hæc enim proprius, atque germanus agendi modus omnis talis est, ut semper abstrusa perscrutando, diquirendo, & indagando procedant, quo nihil est sylvicæ indagatiõni propinquius: Huius quippe paritatem, ad investiganda Prophetarum arcana sapienter adhibuit S. Gregorius

Homiliam in Ezechiel. 5. exclamatione hac auspicatus: *O quam mira est profunditas eloquiorum Dei! Libet huic intendere, libet eius intimi gratia duce, penetrare: hanc quoties intelligendo dissentimus, quid aliud, quam sylvarum opacitatem ingredimur. Et.*

Paria similitudine montium, sylvanumque, Cassianus collat. 10. cap. 10. Hugo Victorin. lib. 5. erudit. Didascal. cap. 5. S. Bonavent. in Proc. Breuiloquij. §. vit. & Petrus Damian. Opuic. 37. ubi hanc quaestionem sylvam ex Scripturarum investigatione germinantem, atque ex earundem indagine tractandam, & dissolvendam agnovit, ita familiarem quemdam allocutus: *Dum me quibusdam quaestiuiculis pulsas, atque ut tibi solvantur. eslagitas; mox ad montana Doctorum, atque ad sylvas mittendus es Scripturarum ubi scilicet continuo labore desudans, sylvescencia saltus arbusta succidas, nodos. & dubietatum truncos evellas, ac novalia tibi velut quibusdam propria indaginis manibus excolas.* Disertus ille mentem nostram expressit, quae fuscitatis de sacri textus inquisitione Quaestionibus, velut sollicita sylvarum indagine, expositivum Praelectorem rem omnem agere hortatur: Haec enim inquisitio est, ut aiebat Senensis, *qua per investigationem, & dissolutionem difficultatum divinas Scripturas exponit: Hanc etiam probat Christus Dominus, Scribis ita suadens, Ioann. cap. 5. v. 39. Scrutamini Scripturas, &c. Ut commentatur ibid. Chrysostom. Homil. 40. Propterea Christus Iudaeos ad Scripturarum non simplicem, & nudam lectionem sed ad investigationem, per quam diligentem relegavit: non dixit, legite Scripturas sed, scrutamini. &c.*

Vnde Petrus Damian. mystice versans celebrem illam Hebraeorum de Manna quaestionem exodi cap. 16. v. 15. identidem. *quid est hoc?* interrogantium sic ad eam appositè scribit. lib. 6. Epist. 5. *illi ergo Manna, id est, quid est hoc, veraciter comedunt, qui dum legunt, vel audiunt, divini Verbi mysterium solertes inquirunt: mox adhuc clarius: Hic certè quid est, hoc, veraciter, vescitur, qui in assidua Script. sacra. solerter inquisitione versatur: quasi enim quaestionem quandam, &c. Quid est hoc, audio cordis ore comedimus, cum ad penetranda mysteria Scripturarum vigilantem insistimus. &c. Vides aperte, nulla ratione melius, & expeditius divini voluminis scrutationem, & inquisitionem inibi, quam per excitationes, discussas, atque solutas, de ipsius intelligentia quaestiones.*

Quod, plane probant veter. Patrum sententiae, qui pullulantium in sacra pagina controversiarum frequentiam, & ut sic dixeris, densitatem passim advertunt S. Chrysostomus in Act. Homil. 23. *Licet* (inquit) *hanc sylvam, alia tamen succedet quaestio: Abyssus enim quaestio-*

num,

um, Scriptura est; vnde non solum docet, ut afficiamus quae vere, ut quaedam solvantur sed etiam ut non quarantur, quoniam quaestionum nullus erit finis: ecce enim si hanc solum, mille aervos ostendam quaestionum. &c. S. Hieronym. lib. 2. in Matth. ad cap. 13. etiam (ait) *quae plana videntur in Scripturis plena sunt quaestionibus, &c.* Alcuinus Praefat. ad interrogat. in Genes. ita: *Sunt in eodem libro difficilissima quaestiones parva, &c.* Gassiodorus, Divin. lect. scap. 6. de libro Iob. ita: *Singula in eo, verba plena sunt anigmatibus, propositionibus, & quaestionibus sacris: Origenes. Prolog. in Epist. ad Rom. causas inquirens, cur ea, praeter alijs difficilior explicatu sit; ita notabat de eius Auctore Paulo: Quid quaestiones in ea plurimas movet. &c.* Quod ipsum tum de sacro universim volumine, tum de singulis eius libris ab alijs quoque Auctoribus adnotatum, observasse me aliquando, memini; quos tu forsitan obvios habebis: vnum tamen non praetereas S. Antoninum, qui Praem. in 1. part. Hist. Hanc de sacrae Script. controversijs sententiam tulit: *Quamvis autem Historialia positiva sint, nec habeant in se illas difficultates, & subtilitates quaestionum, quae in speculativis repertiuntur; non tamen absque dubitationibus, & superficialibus contrarietatibus existunt; & praecipue quae lege Moysi, Prophetis, & Psalmis, &c. habentur.*

Id circo Christus Dominus primarius divini Codicis interpres celestis doctrinae rationem, ac methodum problematis, & quaestionibus tradidisse solitus est. Sic enim commentatus est Matthaeus, cap. 13. v. 35. de ipso praedictum fuisse a David, Psalm. 77. v. 2. *Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio: Sive ut habet Graecus, Problemata. Explicatque Genebrardus, quaestiones difficiles, obscuras, & disputabiles, propter obscuram difficultatem.* S. Antoninus, Praem. in 1. part. Hist. ita: *Propositiones, quae Graece appellantur problemata, Quaestiones sunt, habentes aliquid, quod disputatione solvendum est: Quae docendi, ac differendi methodus, qualiter Opt. Magistro Christo Dom. congruat, eleganter exponit Tertullianus, lib. 4. ad vers. Marc. cap. 11. nec forma (inquit) sermonis in Christo nova cum similitudines obicit; cum quaestiones refutat: de 77. venit Psalmus: aperiam (inquit) in parabolis os meum, id est similitudinem: loquar problemata, id est, edisseram quaestiones. &c.*

Hoc verò, quod praemunitum fuit a Rege Psalmista, Christus ipse opere complevit in Templo, primum cum Doctoribus diseres, Lucae cap. 2. v. 46. fuscitatis de legis, Prophetarumque intelligentia quaestionibus, ut scribit S. Hieronymus, Epist. ad Paulinum, 103. In-

Tempore (inquit) senes de quæstionibus legis interrogans magis docet, dum prudenter interrogat: de Prophetis vero, Petrus Simon, Tilkianus, Episc. Yprensi, dissertat: de Puerio Iesu, &c. ita præ alijs: *Quanam igitur erant quæstiones, quas illis Puer Iesus proposuit, & quas sibi ab illis, ad quas responderet, proponi volebat?* Postmodum respondet: *Putarem longe esse probabilius, ac pene certum, disputationem omnem de persona Messia venturi, deque toto statu vitæ, & regni eius fuisse:* Subdit statim: *Hæc enim sunt præcipua capita, qua de Messia tradunt Scripturæ omnes Prophetarum:* Hactenus ille: Quid vero consilij tum fuerit incarnatæ Sapientiæ tradit Origenes: nempe ut ad quæstiones, de sacri textus interpretatione movendas, Doctores excitaret, & alliceret. Sic enim scribit in *Lucam*, Homil. 20. *Presuit Iesus Magistris suis, & eos, quos interrogare videbatur, docuit in medio eorum loquens, & quodammodo concitabat eos ad querenda, quæ usque ad id locum vixim scirent, an ignorarent, posse non poterant, &c.* Ad sunt huic explicationi plures ibidem, Carthusianus, Ludolphus Saxo. 1. part. de *vita Christi*, cap. 75. Toletus, Annot. 75. Iantetius, *concord.* cap. 12. Vnde plane conficiamus, nullam aptiorem esse Methodum, ad divini Voluminis expositionem facilius incurram, quam per dimotas, eventiletas que super eius intelligentia quæstiones, quæ sollicita difficultatum indagine sacri sermonis arcana perferuntur.

Ideo frequens olim SS. Patrum mos fuit, ad excitationem in sacra Script. tractatione contrarias, missis vltro, citroque passim Epistolis respondere. Quæ ex consuetudine, ab Apostolorum usque ducta temporibus ad eiusmodi de sacra pagina quæstiones moncbat Volusianum S. Augustinus Epist. 3. *Inspice itaque (inquit) modum Epistolarum Apostolicarum, vel eorum etiam, qui illa divina eloquia tractaverunt, & non pigeat te vel multa querenda proponere, si multa te permoverent:* Sic etiam sanctus Pontifex Damasus, Hieronymum allocutus, Epist. 124. *Dormientem te longo iam tempore, quæstionibus ad te missis excitare disposui &c.* Neque verò ullam puto dignioris disputationis nostræ consultationem sere quam si de Scripturis sermone inter nos, id est ut ego interrogem tu respondeas: Haud aliter sibi familiaribus, Augustinus, Epist. 1. & 120. & S. Hieronymus, Epistol. 148.

Harum vero, & propositarum, & solutarum Quæstionum, multas in eiusdem Augustini & Hieronymi Epistolis legimus, & Ambrosij: ex eodem more, S. Paulinus, Epist. 43. S. Fulgentius lib. 2. ad *Monimum*, cap. 2. 3. 6. & 13. Petrus, Damianus, lib. 2. Epist. 20. lib. 6. Epist.

Epist. 28. O. Iuse. 3. Sc 37. Indorus Pelusiotæ, lib. 4. Epist. 5. & sequent. & Epist. 100. & deinceps. Philippus Abbas, Epist. 1. 2. & alij. Petrus Cluniacensis, lib. 3. Epist. 7. Alcuinus, Epist. 4. 6 & 106. Hugo Victorius, *Miscellan.* lib. 1. tit. 200. Ioannes Sacrisberiens. Epist. 172 & quod dictu mirum est etiã sancta Hildegardis, Quæstionum 38. solutiones ad Guibertum Monachum emisit, quæ tom. 15. Mag. Biblioth. habentur: atque hunc quæstionum Epistolarum morem à sanctis Patribus vltatum, observavit Salmeron Proleg. 2. §. 7.

Alios quoque refert, & laudat Cassiodorus *Divin. lect.* cap. 1. & 2. qui excitatis atque solutis quæstionibus, difficiliore sacri Codicis textus enodant: Disputatores, seu quæstionarios in Scripturam multo recenset Senensis, lib. 4. *Biblioth.* Eusebius Cæsariensis, ut scribit Honorius Augustodun. de *Script. Eccles.* edidit: *Evangelicarum quæstionum* libros 15. rursus Quæstionibus sacri textum vtriusque Testamenti persecuti sunt, & commentati per varia Ecclesiæ sæcula, Græci Latineque Patres: ex illis, sanctus Ephraem S. Iustinus, S. Athanasius, Moyses Barcephæ, Theodoretus, Anastasius, Nicænus (ut vult Gentianus Hervetus) sive Anastas. Sinaitæ (ut Iacob. Gretserus) non fuisse autem eundem Auctorem; iure censent, qui vtriusque Quæstiones conferat, & Scriptores, ex quibus vterque testimonia producit, nam & Gentianus, Nicæni quæstiones 94. enumerat, Gretserus autem Sinaitæ 154. ex Latinis quoque Hieronymus, Augustinus, Beda, Salomus Vienen. Bucherius, Alcuinus, Hugo Victorius, Abulensis: Quorum ductus exemplo, noster Serarius, ut ipse fateatur *Proleg.* cap. 1. quin & apud eundem cap. 22. quæst. 9. Iosephus Scaliger, plura esse in divinis literis afferit, ac dubijs, ac difficultatibus implexa, quæ multam interpretationis inquisitionem exposcant: *Quod (inquit ille) testantur Quæstiones & veteribus propositæ simul, & solutæ:* Indicem quoque quæstionum à singulis commentando suscitatarum modo ante, modo post sua volumina de Recentioribus edidere non pauci; Ribera, Pererius, Pineda, Castro, Brondus, Bænfrenius, Ioannes Baptist. Iuguenus, & alij, quos passim invenies: vnde probatam denique cenfeo, habebis, hanc inquirendi sive (ut ita tua pace dixerim) Quæstionandi methodum, quæ ut probat lib. 3. *Biblioth.* Senensi, *super aliqua sacrorum Voluminum parte, adhibita vtriusque contrarijs, tam Hæreticorum, quam Catholicorum rationibus, & argumentationibus latissimè doctissimèque disputat, vel ad tuendam apologetico more divinæ Scripturæ veritatem, hæreticorum machinis labefactam, vel ad exercendas, ac magis-*

que exacmen das ingenij vires, &c. Sed tamen vt hanc finiam Prænotationem, sublequens seorsim exhibebit.

QVÆ SIT EX USV QVÆSTIONUM utilitas in sac. pagina prælectione.

PRÆNOTAT. VII.

AVdio Pauli Maximi Doctoris eloquium, sic Titum admoventi. cap. 3. v. 9. *Stultas autem quaestiones, & genealogias & contentiones. & pugnas Legis devita sunt enim inutilis, & vanæ. Sed quas nam, & quare compellat Quaestiones inutilis, & Vanas? an in his inutilitas seungi à vanitate potest? nã quæ ad vacuũ. & inane est, cui vnquã erit vtile? S. Anselmus explicat: Id est nec dicentibus nec audientibus profunt, & vanæ: id est inanes, quia tantummodo speciem scientiæ habent: Adde S. Thomam, & Theophylactũ; sed audi S. Ambrosiũ: Id est Stultas has Quaestiones appellat quæ salutis effectum non habent, neque aliquam tribuunt scientiæ peritiam ad utilitatem: De his aperte S. Cyrillus. Dialog. de Trinit. lib. 3. itaque nugæ sunt, nihil utilitatis habentes velle contendere: indignis quaestionibus; sapientis autem fuerit, considerare, & sapere ea, ad quæ semper, & omnibus modis sequitur utilitas: Prudenter ille. At quomodo non vanæ inanes, & inutilis, quæ nec dicentibus, nec audientibus profunt, neque peritiam tribuunt ad utilitatem? &c.*

Quo circa discernit argutè de Apostoli mente Caietanus: *Non loquitur Paulus, inquit, de rationibus (nempe quaestionum) legis, sed de inutilibus, & vanis: Ergo qui vanas & inutilis rejicit, consequens est solidas probet, vtilis que: sic plane Chrysostomus, in simili Quaestionum censura. 2. ad Timoth. cap. 2. v. 13. Homil. 6. Sunt autem alia per vtilis Quaestiones de Scripturis, de alijs necessarijs, a quibus ille (Paulus) nos minimè prohibet: Addit ultra S. Hieronymus, in cap. 3. ad Timoth. Paulus, ad sapientes quaestiones, & quæ Scripturarum, auctoritate sunt sulta, magis hortatur, & provocat: Eundem quoque finem, mo-*

ven:

vendis, versandisque Quaestionibus præfigit Clemens Alexand. lib. 8. Stromat. cap. 1. *Oportet enim (inquit) non solum eos, qui ad divinas se applicant Scripturas; sed eos etiam, qui communes insequuntur notiones; ita proponere Quaestiones, vt desinat inventio in finem aliquem vtilem: Sapienter ille, si enim vel ad doctrinam eruditio, vel ad morum quandoque institutionem utilitas deserat disputantem, quorsum ibit excitatarum vanæ Quaestionum inanis, & ventosa garrulitas? Appositè Salvianus, Præfat. in lib. ad Eccles. Cathol. dixit: Recte quaritur, si inquisitio valet ad fructum aliquem pervenire: Quam igitur varia sit, ac multiplex e Quaestionibus utilitas, malim quam à me, à sacris Scriproribus hauias.*

Primum ita proponit S. Cyrillus lib. 2. in Ioann. cap. 81. *Initium disciplinae, Quæstio est, & dubitatio, prudens radix cognoscendi, quæ ignoratur, soler fieri: Is est Quaestionum finis: bene Hugo Victorinus lib. 1. Miscellan. Tit. 72. Quotidianæ Quaestiones inducant, quod scire verum, omnes cupimus: tota vita, in quaestione est; quamdiu vivitur, quaritur: Ex Philosophiæ fonte Tullius, lib. 3. de Orat. cap. 7. Sed si tota vitâ nihil velis aliud agere; ipsa tractatio, & Quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desidiosa delectatione vestiges; ita fit, vt agitatione rerum, sit infinita cognitio: & Academ. quæst. lib. 4. Quæstio autem est appetitio cognitionis; quaestionisque finis inventio, &c. Iure ergo præmonuit Richardus Victorinus, lib. 2. de Emmanuel. cap. 3. Bene facis quærendo, quod nescis: Nempe vt excitatâ solutaque Quæstione ignotantiam expellas.*

Secundò, inquisitione per quaestiones propinquior, ac velut iure debita quaestitarum difficultatum inventio est; sic observatum, & scriptum à Clemente Alexandrino in limine lib. 8. Stromat. his verbis: *Pulsar quidem per inquisitionem, quæ per interrogationem, & responsum habetur, oratio veritatis fores, per id quod apparet: aperte autem per scrutationem eo, quod est impedimento, ingeneratur contemptio, quæ est ex scientia: ijs, qui sic pulsant, aperitur vt opinor id quod quaritur: & ijs, qui sic petunt interrogationes per Scripturas, ad quod quidem a Deo contendunt, fit donatio divinitus data cognitionis, comprehendendo per rationalem, quæ vere elucet, inquisitionem, &c. Quotlucii Germanus Herbetus, ita commentatur: Inquirendi autem instrumentum est ratio, quæ elucet, id est, quæ non est otiosa; sed ratiocinando se ostendit: Bene ille, hoc enim discutiendarum quaestionum munus est, ratiocinando disquirere: subdit: Oportet enim proponere quaestiones, non solum Theologas, sed etiam Vulgares, vt pro-*

fit:

fit inventus carum finis: Ecce quem ab excitatis quæstionibus fructum, finemque præfixit Alexandrinus: *Ijs, qui sic cupiunt, aperitur id, quod queritur. &c.* Qui etiam spe; Monimum excitabat Fulgentius, lib. ad eum 1. cap. 1. de propositis ab ipso quæstionibus, ita rescribens: *Neque enim inquisitionem tuam, Deus inventionis effectum fraudari ullatenus sinet, qui te ad inquirendum spiritum iter inflammavit, &c.* Sic ille; videndus etiam lib. 1. ad Trasimund. cap. 3.

Tertio, eam quoque Quæstionum utilitatem, asseruit S. Augustinus enarrat. in Psalm. 44. v. 22. ut ab assidua veritatis in lagine, purior, & clarior in lucem emergat: *Multa enim (inquit) latebant in Scripturis, & cum præcisæ essent Heretici, quæstionibus agitaverunt Ecclesiam Dei: aperta sunt, quæ latebant, & intellecta est voluntas Dei: subdit statim: Ergo multi, qui optime poterant Scripturas dignoscere, & pertractare, latebant in populo Dei, nec asserbant solutionem quæstionum difficultum, cum calumniator (id est impugnator) nullus instaret: Mox in materia de Trinitate, Pænitentia, & Baptismo ponit exemplum, ac demum claudit: Ut iam illi, quo noverant hæc tractare, atque dissolvere, ne perirent infirmi sollicitio, quæstionibus impiorum, sermonibus, & disputationibus suis, obscura legis in publicum deducerent: Ita sapienter Augustinus, quem etiam vide lib. 1. de Genes. contr. Manich. cap. 1. S. Hilari. lib. 9. de Trinitate. Ioann. Dried. lib. 2. de translat. sacr. Script. cap. 2. de quibusdam dogmatis circa eiusdem auctoritatem: vel nondum (inquit) erant elucidata, vel nondum in quæstionem venerant, quæ accedentibus Hereticorum quæstionibus agitata sunt, & declarata apertius: Atque hunc sane finem, & scopum ex quæstionum disputatione, lib. 2. offic. Tullius agnovit: *Omnia (ait) disputantur à nostris, quod hoc ipsum probabile elucere non possit nisi ex utraque parte causarum esset facta contentio, &c.* Quo de argumento videndus Salmeron Proleg. 18.*

Quarto, ipsa etiam per quæstiones inquisitio insignis doctrinæ argumentum est, & magistræ testimonium: S. August. Epist. 59. de sibi propositis à Paulino novem quæstionibus, ita præfat. *Vbi multa quæstisti, & querenda admonuisti, & querendo docuisti: Rursum, in solutione 9. quæstionis: Ut potui (inquit) non desui interrogationibus tuis, & ipsis, quas misisti disputationibus tuis: cum enim interrogando disputas, & queris acriter, & doces humiliter: Haud dispari voce S. Hieronymus, Epist. 148. Marcellam allocutus: Magni (inquit) nos provocas quæstionibus, & torpens ostio ingenium, dum interrogas, decet, &c.* Petrus Cellens. Præfat. in lib. de conscient. similiter: amplexor

tor (ait) quæstionem, magis quidem ut discam, quam ut docem: A Leuius. Epist. 106. in qua variis à Carolo Imperat. propositis sibi quæstionibus, respondit, ita opportune rescribit: *Vade etiam nunc magis docere vestris inquisitionibus intelligo, quam vestra aliquid affluentissimæ sapientiæ, ex mea addi posse responsione: Mox addit: Vix fertur, Pythagoram ordinatis interrogatiombus puerum quemdam, de Geometrica magis docuisse, quam discere, quid ab eo vellet: Sic ille, &c.* Rursum brevius, Dialog. de Rhet. idem Auctor: *Nam interrogare sapienter, est docere.* Hinc Origenes Homil. 19. in Lucam de puero Iesu, Doctores in Templo interrogante tempeſtively scribit: *Interrogabat magistros, non ut aliquid disceret; sed ut interrogans erudiret: ex uno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter: & eiusdem scientiæ est, scire, quid interrogas; quid vè respondeas: Hæctenus ille; an vero disputare, sit etiam docere? versat eruditè Serarius, Apolog. pro Luther. Magistro, cap. 29. & sequent.*

Quinto, ingenij, & acuminis exercitium in disquirendis sacræ Script. obſcuritatibus pro magna quoque utilitate computat S. Gregorius in Ezechiel. Homil. 6. *Magna verò utilitatis est (inquit) ipsa obſcuritas eloquiorum Dei, quia exercet sensum, ut & fatigatone dilataetur, & exercitibus capiat, quod capere non potest otiosus.* Simili ex causa plures: Cassianus, collat. 8. capit. 3. *Ut in eorum decisione, & intellectu, immensum nobis exercitij campum, ac felicitudinis referret: Ad Iesum Pelusiac. lib. 4. Epist. 82. S. August. in Psalm. 146. v. 6. Epist. 3. & 59. ad 9. quæst. Præfat. in Psalm. 140. in Enchirid. cap. 59. lib. 4. de Doctrin. Christ. cap. 6. & serm. 11. de verb. Dom. illam versans quæstionem de peccato contra Spiritum S. ad Matth. 12. 32. Quæ (inquit) forte in omnibus Scripturis nulla maior quæstio, nulla difficilius invenitur: Ita pergit scribere: *Exercere quippe nos veluit Dominus, difficultate quæstionis, &c.* Lege S. Basilium, Procem. in Isa. i. m. S. Iuliorum sentent. lib. 1. ca. 18. Paschasium in Matth. lib. 8.*

Constantinus etiam Imperator, Epist. ad Alexandrum, quam tenuit Socrates, lib. 1. Hist. Eccles. ca. 4. & Eusebius Cæsariensis. de vita eiusdem lib. 2. ca. 67. de sacris eiusmodi quæstionibus: *Licet (inquit) ad ingenij acumen exercendum instituatur. S. Prosper, Prolog. in lib. 1. de vita contempl. Hierite: Siquidem necessariorum tractatio quæstionum, & si non instruit non inveniatis, quod querit animam, exercet saltem querentis ingenium. Eumque quoque finem agnoscere Procopius ad Isa. cap. 7. Ioannes Sacrisberienſis, lib. 7. Pelicrat. cap. 9. Petrus Bescens. Epist. 6. Philippus Abbas, Epist. 1. S. Hieronym. in cap. 3. ad Titum: S. Gregor. in Ezechiel. Homil. 6. S. Prosper ex S. August.*

gust. *sentent.* 68. Hugo *Vicior. lib. 3. erudit. D'ase. cap. 17.* Ioann. Trithem. *ad Maximilian. Imperat. quæst. 4.* quin & ipse Aristoteles *Problem. lect. 18. q. 2.* inscribit: *cur cōtētiosa disputatio ingenia exercere possit?* Tu ex iade rationes pete, dū vacabit, ego enim propero. Sexto, quod ad praxim potissime spectat, maximam in vſu quæſtionum vtilitatem probant post veter. Patrum exempla Recentiores, Cano, *lib. 1. 2. de Locis, cap. 5.* Est enim animarum ingeniorum que exercitatio quædam non modo acuminis plena, sed etiam ad Theologiam scholæ valde vtilis, &c. Salmeron *Proleg. 18. §. vit. de ſuſcitatis in diſputatione quæſtionibus: Certe (ait) hæc methodus per accommodata eſt ad res brevius explicandas, & dubitationes, qua contra ſunt, evacuanas ſine multis verborum ambagibus, &c.* Serarius, *Prolog. cap. 1.* Omnia (inquit) quæ ſtrunculis conaber perſequi, plus enim & lucis, & iucunditatis habere modus hic videtur, quem ſuis in diſputationibus vſitant maxime ſcholæſtici Theologi, & vſitarunt olim ad ſacrarum literarum explicationem, Doctiſſimi ſanctiſſimi quæ Patres, &c. Petrus Caniſius, *lib. 1. de Deipara cap. 5.* Non inviti fatemur vim in illis quæſtionibus eſſe maiorem, lucemque apparere certiorē, qua ipſiſcripturæ testimonijs poſſunt diſſolvi, &c. Ludovicus Tena, *Epist. ad Lector. Ilagog. in ſacram ſcript.* Hanc ſecutus methodum ita præloquitur: *Vt diſputationum, & rationum lance ſacra ſcript. principia, cauſas translationes, & ſingulorum librorum auctoritatē expēdamus, & ſcholæſtico more qua in contrarium obijci poſſunt diluamus, &c.* Sufficiunt de pluribus, pauci, vt quid enim, aut quis omnes referat? Hæc multorum ſententia eſt.

Hunc etiam morem fuiſſe apud veteres illos, ſeu Sophiſtas dixeris, Rhetores, Declamatores, aut Philoſophos, vt omnia quæſtionibus abſolverent parati ad quodlibet reſpondere, quod ab auditoribus fuiſſet obiectum vt retulit Tullius, *lib. 1. de orat. cap. 4.* Qui (inquit) cum in ſchola ſediſſent, ex magna dominiſſe frequentia dicere iuberent ſi quis, quid quæreret, &c. Quæ diſſerendi methodus, Gorgia Leontino ibidem tribuitur à Tuſio & rurſum *lib. 3. cap. 9.* de quo ita S. Hieronymus, *Epist. 61.* Gorgiam Leontinum cuncti Philoſophi, & Oratores lacerant, quod auſus ſit publicè ſellâ poſitâ polliceri reſponſurum ſe de qua quiſque re interrogare voluiſſet. Meminerit eius moris Quintilianus, *lib. 12. cap. 11.* de quo multa Creſolius, *lib. 3. Theatr. vet. Rhet. cap. 11.* Eſto igitur ob ſuperbiam & iactantiam, hominis factum lacerarent Philoſophi; at hanc eſſe faciliorem, ac magis expeditam diſſerendi rationem, qua propoſita, ventilata, diſſolutasque inge-

ingenioſe quæſtionibus difficillima quæ que tractantur, fateor, non negaſſent.

- A**ddo pro coronide, quæſdam alias quæſtionum vtilitates tantum, vt à ſacris Scriptoribus proferuntur, curſim indicatas.
1. S. Gregorius Nyſſenus, *lib. in Hexam. ita: Quæſtionum enim explanatio eſt animi quidam veluti nidus, in quo mens inſtabili ſollicitudine, ſciendique ſtudio tamquam multiplici volutus errore feſſa conquieſcit.*
 2. S. Baſilius *Epist. 1. ad Amphiloſchium*, ſic ipſum alloquitur: *Sapientis autem, vt videtur, interrogatio etiam ſtultum ſapientem efficit, quod mihi Dei gratiâ accidit, quoties laborioſa tua anima literas accepero: nobis enim ipſiſcientiores, & prudentiores, ab ipſa interrogatione reddimur, &c.*
 3. Clemens Alexand. *lib. 8. Stromat. cap. 1.* Non enim fieri quidem poteſt, vt ruruſus procedens per omnem examinationem non deinceps accipiat præmium, videlicet ſcientiam eius, quod queritur: Bene ille. Scientia quippe præmium diſquiſitionis, & examinis eſt, quod, per quæſtiones fit.
 4. S. Auguſtinus, *lib. 16. de Civit. cap. 2.* Et ad verſario mota qua ſtudio diſſendi extitit occaſio.
 5. Petrus Damian. *opusc. 11. ca. 2.* Sed huius quæſtionis nodum qualitercumque à me prius ſolvi fortæſſe præcipies; & ſic poſtmodum proprii intellectus ſententiam promes: ſcholæſticatorum ſcilicet more Doctorum, qui ſciſcitantur à pueris ex quacumque propoſiti thematis difficultate, quid ſentiant, vt docilitatis indolem ex eorum prius promotione deprehendant.
 6. S. Thomas. *2. ad Timoth. cap. 2. lect. 4.* Quæſtiones autem in tantum ſunt amandæ, in quantum ducunt ad veritatem.
 7. Petrus Cellenſ. *lib. 5. Epist. 4.* Sententia dubia quæſtionibus ventilata clareſcit: Eadem ventilationis paritate, S. Auguſt. *lib. 1. de Genef. ad lit. cap. 21.* Caſſianus, *lib. 1. de Incarnat. cap. 6.* Claudianus Mamert. *lib. 3. de ſtat. anim. ca. 9.* Ennod. *lib. 1. Epist. 1.* Gilbert. *ſerm. 47. in cant.* Petrus Bleſenſis, *Epist. 28. & 95.* interpres Oigenes, *Homil. 20. in Luc. Vn de ſic inferit S. Gregoro lib. 31. Moral. cap. 10.* Debet ergo intellectus ſacri eloqui multiplicitate in quæſtione ventilari, quia & terra, que ſæpius arando vertitur, ad frugem uberius aptatur.
- Deſino, & verſibus claudio, ad ſuſcitandas ex ſacra pagina quæſ-

quæstiones, Prælectorem hortatus cum prospero, Epigram.
67.

*Quamvis in sacris libris, quos nosse laboras,
Plurima sint, Lector, clausa, & opaca tibi;
Invigilare tamen studio ne desine sancto:
Exercent animum dona morata tuum.
Gratior est fructus, quem spes productior edit;
Vltro obiectorum vilis est pretium:
Obletant ad operta etiam mysteria mentem;
Qui dedit, ut quæras? addet, ut invenias.*

QUIVS GENERIS QVÆS-
tionibus excitanda sint ab expositi-
vo Prælectore.

PRÆNOTATIO VIII.

Varium, ac multiplex Biblicarum quæstionum genus, in tres veluti classes distribuendum monent præbatissimi Auctores, Melech. Canus, lib. 12. de Locis. cap. 5. Petrus Canisius lib. 1. de Disputa, cap. 5. §. 1. ex quorum equidè placito rem brevi delineatione, velut in limine ostendo.

Primum earum genus est, quæ sacræ paginæ testimonijs aperte definiuntur, adeoque manifeste ad fidem spectant, quòd aliquo di-
vine Script. textu palam expediuntur, quarum pro veritate, ac certitudine asserendâ sacro sit expositori (si res exiget) in capitis etiam discrimen veniendum. Earum exempla sint quæ subijcio: tu vero ipse

ipse ad earumdem similitudinem, alias ex sacri Codicis volutatione, si placet, facile poteris elicere.

- I. *An Auctores canonici, à Deo inspirati scripserint?* epist. 2. Petri cap. 1. v. 10. et 21.
- II. *An Scriptura divinitus inspirata. utilis ad docendum, & arguendum?* &c. 2. ad Timoth. cap. 3. v. 16.
- III. *An Christi evangelium, seu Testamentum novum. fuerit à Deo in veteri promissum?* ad Rom. cap. 1. v. 2. & cap. 16. v. 26.
- IV. *An in veteri testamento fuerit de Christo Dom. prævntiatum?* Ioan. cap. 5. v. 46.
- V. *An quæ prædicta sint à Prophetis de Christo Dom. impleri oportuerit?* Luc. cap. 24. v. 26. & 46.

Hæ quæstiones omnes, cū ex indicatis sacræ paginæ textibus, alijsq; frequenter satis aperte definiantur, adeoque cuiusque resolutio fide credenda ex ipsis testimonijs, vt iacent, inspectis certa, et firma sit, super earum certitudine, ac definitione fidelium Doctorem nulli hæsitare licebit: vnde S. Augustinus epist. 146. *Fides* (inquit) *adfit, & nulla quæstio remanebit*: cuius rationem elicias, ex sancto Chrysostomo, in. 1. ad Timoth. Homil. 17 *Quæ enim fides profiterur sola, succedens, quæstio neque ostendit, neque permittit intelligi*: Quæ vero sint Fidei capita, Bibliorum auctoritate constantia, leges apud Rodericum Dosna, lib. 2. de Auct. rit. sacr. Script. cap. 6. & 9.

Alterum Quæstionum genus, vt rite, ac tuto absolvatur, Ecclesiæ constat, ac nititur auctoritate, quæ certissima est Scripturarum Arbitrator, & interpretator, divinitus in hoc constituta, vt sicuti de Canonicis Libris approbandis, ita etiam super controversijs de Religionis definiendis iudicet, ac modum tandem, & finem his, qui de sacræ Scripturæ controversijs contendunt, imponat, & statuatur. Hæ vero quæstiones, circa divinæ paginæ interpretationem, tales sunt.

- I. *Vtr. Sacro. libror. Canonem conficere, ad Ecclesiam Dei pertinuerit.*
- II. *An libri omnes in editionis vulgata Canonem admissi, autentice sint, Aucteritatis.*
- III. *An omnes libri in Canone numerati cum omnibus suis partibus, profanis & Canonicis haberi debeant?*
- IV. *An ad solam Dei Ecclesiam spectet iudicium de vero sensu, & interpretatione sacræ Scripturæ.*
- V. *An veritates ad fidem, & sanam morum disciplinam spectantes, in sacris libris contineantur?*

VI. *Virum sacra Scriptura expositio in rebus ad fidem spectantibus, proprio cuiuslibet arbitrio, ac citra communem Ecclesie sensum, fieri possit?*

Et harum quoque Quæstionum resolutio, cum ex Ecclesie cõfret auctoritate in Pontificum sanctionibus, communis Patrum consensu, & Concilij Tridentini Decreto sess. 5. non est cur Prælectorem in sui discussione frustra remoretur: esset quippe alienum ab omni piè differentium disciplinã, controversias eiusmodi inter Catholicos agitari: has enim Paulus 2. ad Timoth. cap. 2. v. 13. *Stultas, sine disciplina quæstiones*, vitandas præcipit, vt commentatur ibi S. Thom. lect. 4. *Sine disciplina, ex parte eorum de quibus dubitatur, vt puta, si veritas in dubium id, quod tota Ecclesia tenet.* S. Leo, Epist. 42.

Tertium denique quæstionum genus est, quod fere arbitrarium dicere possumus; quoniam circa earum terminationem nihil manifestè, vel in sacra pagina revelatum, vel ab Ecclesie auctoritate certò definitum, ac statutum reperitur, quominus liberum, cuique doctorum sit in vtramvis controversiæ partem inclinare: super his enim quæstionibus nullo fidei Christianæ dispendio, variant quædamque sacri Expositores sententiam, & citra Catholicæ veritatis discrimen vtrinque differunt, aut concludunt, quando suum Ecclesia iudicium non interponat: quem ad scopum rectè Sebastianus Episcopus Oxoniensis de sensu sacra Scripturæ Regul. 10. differtè distinguit: *Duplicem esse sanctæ Scripturæ literalem intelligentiam, vnam authenticam, & necessariam, quæ ad ingenerandam vel tuendam fidem, &c. necessaria est; alteram verò verisimilem, & probabilem, quæ ingenio, industria & studio eruitur: illa Catholica dici potest; hæc, scholastica, &c.* Sic enim ille, hanc vocat, vt potè quæ in scholis ingeniosorum interpretationum acuminè, & varia sed probabili, ac tuta exponendi ratione ventilata, multam versandis eiusmodi quæstionibus messem offerat interpretibus. De his, S. August. lib. 2. contra Pelagium, & Celestium, cap. 23. *Longè aliter (inquit) se habent quæstiones istæ, quas esse præter fidem arbitratur (Celestius) quam sunt illæ, in quibus salva fide, quæ Christiani sumus, aut ignoratur, quid verum sit, & sententia definitiva suspenditur; aut aliter quam est, humana, & infirma suspitione coniicitur: veluti cum queritur.*

Qualis, vel vbi sit Paradisus? &c.

Vbi sit nunc Helias, vel Henoc? an ibi, &c.

Vel cum queritur:

Virum incorpore, an extra corpus, in tertium Cælum sit raptus
Apost.

Apostolus? Hæc tenus ex Augustino, qui similium inibi quæstionum, plura ex sacra pagina producit exempla; quæ retulit quoque Cano, lib. 2. de Locis, cap. 5. ac tandem addit idem Augustinus: *Quis enim non sentiat, in his atque huiusmodi varijs & innumerabilibus quæstionibus; siue ad obscurissima opera Dei, siue ad Scripturarum abditissimas latebras pertinentibus, quas certè aliquo genere complecti, ac definire difficile est, & multa ignorari salva Christiana fide, & alicubi errari sine aliquo hæretici dogmatis crimine, &c.* His apertè rem dilucidat S. Doctor, quem etiam vide lib. 1. de Genes. ad liter. cap. 18. Vt illum pro re nostra producit P. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 2. q. 3. Ioannes item Cassianus, collat. 8. cap. 4. Similium quæstionum proponit exempla, quarum terminatio, licet in vtramvis partem apud diversos Auctores absolvetur, nihil tamen exinde fidei, aut Catholicæ doctrinæ contrarium evadat, qualis est illa de Putiphare ab Augustino ventilata in Genesi quæst. 136. quam ita claudit: *Quolibet enim horum quisque existimet, non est fidei periculosum, nec contrarium veritati Scripturarum Dei: Quæ transtulit ad verbum Eucherius Lugdunensis, lib. 3. in Genes. cap. 24. Similemque in alijs quæstionibus eligendæ sententiæ facultatem liberam reliquit Augustinus lib. 2. ad Simplician. quæst. 3. & lib. 1. de Genes. ad liter. cap. 20. Philo, lib. de Victimis. Moyse Barcephæ, 1. part. de Parad. cap. 28. & alijs sæp.*

At, ne plures in amoremur, quæ passim apud antiquos occurrunt, sit exemplo præ cunctis, illa quondam celebris controversia, qua pugnarunt acriter, & ingeniose, duo illa magna Ecclesie lumina Hieronymus. Epist. 89. August. Epist. 8. & 9. super Petri Apostoli reprehensione, quæ Scripturam reliquit Paulus, ad Galat. c. 2. v. 14. vt est apud eius interpretes obviu, de quo tatorum Patrum dissidio sic opportunè loquitur Petrus Cellensis lib. 9. Epist. 10. *An scientiores, an sapientiores sumus Augustino, & Hieronymo? non ne in fide vnanimes, in Religionè concordēs, in charitate seruentes, in scientia Scripturarum sublimes, in auctoritate pares, in quibusdam sententijs, valde sunt dispares? &c.* Hieronymus defendit Petrum, dicens, invitum fecisse, & dispensatorie simulasse, ne scilicet Iudæos amitteret: nec in hoc peccabat, quia bona intentione id agebat; Augustinus è contra dicit: Petrum illa legalia servasse non dispensatorie, sed verè, & eum verè peccasse, non illa servando, sed alios suo exemplo Iudæizare cogendo: *Ecce Cedri Libani, ecce sublimes abietes, alio, & alio impulsu, aliter, & aliter sentiunt, vnusquisque autem, in suo sensu abundat: nequaquam enim, in articulis fidei, in ijs, qui sunt duo olive, & duo candelabra ante Deum lucentia, error innascitur, pro quo alter peri-*

dicatur. Manifesté ille quidem, hancce, quam versamus quæstionū ideam, delineat.

Huius igitur tertij generis quæstiones sunt, quas á sacro Prælectore, & excitandas dicimus, & monemus ex utiendas, quæ probabili vtrunque, tum ratione, tum Auctorum pondere fulciri valeant, & illustrari, quin vllum á quolibet aut afferentium, aut negantium Catholicæ veritatis discrimen subeat. Primi vero, & secundi ordinis controversias cum vel expresso sacæ paginæ testimonio comprehensæ, vel manifestâ Ecclesiæ sanctione terminatæ sint, ac definitæ, non est, cur in prælectionem agitandas adducat; nisi forte, dum modo de conclusione inter disputantes vtrunque conveniat, super methodo, ac ratione defendendæ assertionis ingeniosum aliquod disidium oriatur, quod probabili quoque argumentum acumine in alterutram partem possit agitari. Hunc ad scopum in simili rationum varietate Nicolaus Monachus sancti Albani, inter Epistolas Petri Cellensis lib. 9. Epist. 9. *Quandiu* (inquit) *tractabatur de articulis, qui sic, vel aliter poterant intelligi, sanâ vtrunque fide, dissimulabam.* &c. Merito ille quidem, ac verè: adi Ioann. Sacierberienf. Epist. 172. & Lupum Abbat. Ferrariens. Epist. 30.

Atque hanc sacri Codicis interpretandi diversitatem, ex ipsa arcani sermonis profunditate natam, asserit Vincentius Lirinens. quod in causa fuit, vt varias terminandarum quæstionum semitas ingressi sacri Scriptores, multiplices in vtramque partem differendi cogitationes adinvenerint: sic enim scribit lib. *Advers. hæres.* cap. 2. *Scripturam sacram pro ipsa sui altitudine non vno, eodemque sensu diversi accipiunt; sed eiusdem eloquia aliter alius, atque alius interpretatur, vt pene quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur.* Sic etiam lego apud S. Augustinum Epist. 19. vbi ad novem á S. Paulino propositas quæstiones respondet: *Vtile est autem* (inquit) *vt de obscuritatibus divinæ Scripturarum, quas exercitationis nostræ causa, Deus esse voluit multæ inveniuntur sententiæ, cum aliud alijs videtur, quæ tamen omnes sanæ fidei, doctrinæque concordent:* Sic ille; cui placito, paria frequenter inculcat, in *Enchir.* cap. 21. lib. 1. *de Genes. ad lit.* cap. 20. lib. 12. *Confess.* á cap. 28. lib. 1. *de Civit.* cap. 19. lib. 1. *de Trinit.* cap. 3. ex cuius sapore. S. Paschas. Proleg. lib. 1. in *Matth.* & S. Fulgentius. lib. 2. *ad Monimum.* cap. 14. & 15. Præterea S. Thomas de Villanueva Prolog. in *canti.* de sacra Scriptura locutus: *Vt dñi præpter obscuritatem varie à diversis exponitur modica litera in seuges sensuum amplissimas augetur:* Eiusdem sententiæ sunt, Richardus, & Hugo

Victo-

Victorin. istè, Proleg. in lib. 2. *de Sacramentis* ille Prolog. in lib. 2. *de Emmanuel.* Cuius argumenti plura disserit Ioannes Driedo. *de sac. Script.* lib. 1. cap. 1. & 4. & lib. 2. cap. 2 & 3. & lib. 4. cap. 6. Salmeron Proleg. 18. §. *Quinto.*

Sed verò, in eligendâ quæstionis absolvendæ sententiâ, eam legem ob oculo habeat doctus Prælector, quam statuit S. Augustinus lib. 1. *de Genes. ad lit.* in hæc verba conceptam: *Cum divinos Libros legimus, in tanta multitudine vererum intellectuum, qui de paucis verbis eruntur, & sanitate Catholice fidei muniuntur, id potissimum eligamus, quod certum apparuerit eum sensisse, quem legimus; si autem hoc latet, id certe quod circumstantia Scriptura non impedit, & cum sana fide concordat.* &c. Quod ipsum, ex Augustini fonte hausit ad verbum Hugo Victorin. *Erudit. Didascal.* lib. 6. cap. 11. proderit quoque prudentem illam Ioann. Cassiani monitionem observare, quam collat. 8. cap. 4. Hisce scriptam tradit: *Ea vero qua meditationi, & exercitio nostro reservans oblecta sanctis Scripturis Spiritus Divinus inseruit, quibusdam ea volens indicijs, & opinionibus colligi ita pedetentim debent cauteque conferri, vt sit eorum assertio, seu confirmatio in disputantis, vel suscipientis arbitrio collocata, nõ nunquam enim, cum super vñâ re diversa præmatur sententia, potest vtraque rationabilis iudicari, & sine detrimento fidei vel fidei, vel mediè suscipi, id est vt ei nec plena credulitas, nec absoluta refutatio deputetur, priorique sequens opinio derogare non debeat, cum neutra earum fidei inveniatur obistere.* Hactenus ille.

QUÆ SINT QUÆSTIONIS excitanda conditiones.

PRÆNOTAT. IX.

Cum plures esse videantur, ac variæ, necesse fuit, non promiscuè congerere; sed per sedes singulas sparsim dividere, & cum S. Augustino præfari, sic de varijs Quæstionum membris scribente in *Princip. Rhetor.* cap. 6. *Interim mihi videretur, esse dicendum, quibus omnibus Quæstio articulis, & qualibus modis subinde astricta, ad perfectam speciem sui veniat:* Hoc mihi ipsum in-

votis fuit, dum Quæstionis Biblicæ conditiones inquirō.

1. Ut aliquam dubitandi rationem præferat.

Hanc in primis suadet ipsa Quæstionis definitio, sic à Boetio tradita, de different. Topic. lib. 1. *Quæstio vero est, in dubitationem, ambiguitatemque adducta propositio*: quam in hæc coegit Vincentius Bellouacens. tom. 2. lib. 3. cap. 43. *Quæstio est dubitabilis propositio*: Sapienter vterque: proponit enim aliquid inscripta Quæstio ancipiti rationum trutinâ, hinc inde solerter expendendum: proponit, inquam tantum rogans, & inquirens, vt illam expressit Didacus Valdes Rhet. Christ. part. 6. cap. 16. *Est autem quæstio, sententia cum nota querendi, idest dubitandi*: Has ipse querenti notas apponit, *An, vtrum, Quid, Cur, Quomodo, Quale; quod genus, quæstiva nominant Grammatici*: recte ille; hoc enim Quæstionum munus esse, controversiam vnde quaque agitandam dubitabili propositione dissertatori palam offerre, docet diserte Tullius, lib. 1. Rhet. cap. 2. ex Hermagoræ sententia: *Quæstionem autem (inquit) eam appellat, quæ habeat in se controversiam, in dicendo positam*: quo ex fonte hausit Cassiodorus, lib. Rhet. Rursumque paulo aliter idem Cicero, lib. 1. de invent. cap. 3. *Quæstio est (ait) ea, quæ ex conflictione causarum gignitur controversia*. S. Augustinus Psalm. 77. in Præfat. *Propositiones autem, quæ Græcè appellantur Problemata, quæstiones sunt habentes aliquid, quod in disputatione solvendum sit*: apertius adhuc Quintilianus lib. 3. instit. cap. 13. *Quæstio (inquit) latius intelligitur omnis, de qua in vtramque partem, vel in plures dici credibiliter potest*: sapienter omnes: nec enim prædicta Quæstionis attributa stare poterunt, nisi aliquam dubitandi rationem, ac velut ansam offerat differenti: ita clarissime docet ex more Abulensis, ad Matth. cap. 21. quæst. 152. *Quæstio vt habeat colorem aliquem, debet fieri de re quæ prima facie dubitationem habet*: iure quidem ac vere: nam, (vt ait Cassiodorus lib. 9. var. Epist. 23) *quis de illa re æsti met deliberandum, vbi nihil reputatur ambiguū?* Ea propter opportune dicebat Tullius, lib. 2. de orat. cap. 9. *Cum rem penitus causamque cognovi statim occurrit animo quæ sit causa ambigua*: Scitè, si enim nihil ambigui sit, quorsum excitabitur quæstio? udit Clement. Alexandrinum lib. 5. Stromat. lect. 1. *Scimus autem, quid neque ea vtrique queruntur, quæ sunt manifesta, vt exempli causa, an sit dies? Cum dies sit*: quo super doctus eiusdem scholiastes Gentianus Hervet: *Ostendit (inquit) quæ nam sunt ea, de quibus nulla existat quæstio*:

quæstio; de rebus ergo manifestis nulla est quæstio, proponitur enim quæstio, de ijs, de quibus dubitatur, &c. Pari notatione Ioannes Serisberienf. Policrar. lib. 7. cap. 7. *Querere enim an sol splendeat, albeat, nix, hominis est sensu indigentis, &c.* Quæ propositis eiusmodi quæstionibus late persequitur. Hæ sunt autem, quas Apostolus, 2. ad Timoth. cap. 2. v. 23. diserte compellat, *stultas quæstiones*, ad rem sic explicante Caietano: *Stulta quæstio est, quæ non habet rationabilem causam dubitandi, vt si in quæstionem vertantur, ea quæ sunt per se nota*: & iterum ad Titum, cap. 3. v. 9. vbi S. Thomas lect. 2. stultam quoque quæstionem interpretatur: *quando manifestum proponitur vt dubium, &c.* Vnde sapienter Athenagoras, lib. de Mort. resurrect. inter alia quæstionum vitia sic: *alij, de manifestis dubitationem institunt*. Stat ergo ea, in quæstionem tantum vocanda, quæ rationem habeant aliquam dubitandi, non quæ cuivis obvia, & aperta cognitura sint: sic enim S. Augustin. Præfat. in lib. 1. Quæstion. ad simplicianum ipsum alloquebatur: *Non enim tu ea percontanda censes, si eorum intellectus facilis, arpie expeditus foret*: Sed iam de prima conditione satis: Qui vero de his plura velit, legat S. Thom. ad lib. 7. Metaph. lect. 17. & ad lib. 2. Poster. lect. 1. Aristotel. ibidem cap. 2. Tullium; Orat. Part. cap. 11. lib. 2. de Orat. cap. 4. & Topic. cap. 6. Quintilian. lib. 3. instit. cap. 5. & 13. & Proæm. lib. 8. quo ad sacras vero quæstiones, S. Antonini. Proæm. in 1. part. Hister. Ludovicum Granatens. lib. 2. de rat. concion. cap. 4. Cano. lib. 1. 2. de Locis, cap. 5. Ego enim propero, rursus de Quæstione moniturus.

II. Ne nimis eligatur arida, sive sterilis.

Non est, cur inopiam, aut forte sterilitatem in excitatis sacre Scripturæ quæstionibus causetur Prælector, modo fecunditatem, diuine sermonis, vbertatem quæ sensuum, ac difficultatum de quo Ioann. Dried. lib. 3. de Regul. & Dogmat. tract. 2. cap. 4. sanctorum Patrum ductu, pervigil & studiosus inspiciat, quam multis extollunt, & mirantur, Ambrosius, lib. 1. de spirit. sanct. cap. 17. S. Chrysof. tom. 5. in illud *sufficit tibi gratia mea*. Orat. 5. S. Gregorius, lib. 3. 1. Moral. cap. 10. S. Epræm. serm. Detrasfigurat. S. August. serm. 11. de Verbis Domin. cap. 7. Audiendus præcunctis, S. Ephræm. præfationis loco: *Ager, quando demessus fuerit, cessat, ac vacat, & vitis iam vindemiata, vilis redditur, atque abiecta*: Scriptura autem, quoti die, licet metatur, spica tamen interpretum in ea, nunquam deficiunt; quoti die etiam dum vindemiatur, botri eius, quæ est in ipsa spe,

haud quaquam consumuntur: accedamus igitur ad agrum hunc, & vificis sulcis eius perfraumur, ex eoque spicas vita metamus, &c.

Ex hoc igitur agro, non steriles culmos, percussasque à vredine spicas, aut marcidos, & sine succo racemos deligat Prælector, hoc est, non quæstiones aridas, & exlangues, sed fœcundas, & succiplenas, quarum feracissimus ager hic est, excitare satagat, & quibus fertilis differendi seges suggeratur: hunc enim delectum à Rufino Aquileiensi discet, Prolog. in explanationem Origenis, ad Psalm. 36. sic Apronianum alloquente: *Na. forte Religiosa filia mea, Soror in Christo tua, ingrata sit operi nostro, si id semper laboriosum intellectui tuo pro asperitate sentiat quæstionum, quia nec corpus humanum ex solis potuisset nervis, Ossibusque consistere, nisi eis divina providentia, vel molitiam carnis intexuisset, vel blandimenta pinguedinis:* Sic ille de sacris quæstionibus, quas pingues esse oportet, ac fœcundas.

Hac etiam similitudine, de sacrae Scripturae substantiâ Chryostomus in Marcum Homil. 8. *Debemus enim scire, venas ipsas, carnesque Scripturarum, ut cum intellexerimus ipsam Scripturam, postea sensum videre possimus.* Eadem venarum translatione ad Iob. cap. 28. v. 1. S. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 14. illas vero aridas, siccasque dissertationes opportunè carpit Senec. Epist. 64. *Quorundam scriptarum clarum habent tantum nomen: cætera exanguia sunt: instituunt, disputant, cavillantur, non faciunt animum, qui non habent. O vere dictum! Has ergo fugiat quæstiones Prælector, ne illam forte censuram incurrat, quam Eunapius, in vita Libanij, de eiusdem dictione, ac stylo tulit: Dicitio eius in declamatorio genere prorsus iners, mortua, & vitalis succi est expers:* Eam vero cum humani corporis fabricâ dissertationum, orationumque paritatem, egregiè post Fulvium, lib. 3. de Orat. Et Quintilianum, Dialog. de Oratorib. Illustrat Ludovicus Vives lib. 4. de *Caus. corrupt. art.* quæ leges ipsè dum vacabit.

Hinc ad declamatorij generis paritatem, meus quoque Prælector, quæstiones aridas, steriles, macras, & exsuccas omittet, fœcundas verò, & pinguioris succiplenas instituat, ac persequetur, ne & ipse merito fateri cogatur de se ipso, quod de suis olim sermionibus, modestè sentiebat Petrus Cellens. lib. 7. Epist. 19. sic familiarem allocutus: *si legisti (ait) nonne exanguis sensibus sententiarum, & enerves tenuitate verborum invenisti?* Quò non inepte vocabis languorem; illum quem super eiusmodi Quæstionibus sanare satagebat Apostolus, 1. ad Timoth. cap. 6. v. 4. ita scribens: *Superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones,*

&c.

&c. Vnde sic infert argutè Theophylactus: *Est ergo languere, & morbo affici, perquirere, & investigare, quæ minus sunt indaganda: Nec aliter S. Chryostomus ibidem Homil. 17. malus sane languor, enervem, & exanguem, atque adeo morbidam quæstionem excitare, ægrèque discutere.*

Demum addam in exitu, ne dum sterilem Quæstionem fœcundare, & velut pingue facere conatur Prælector, extranea quæque alienis sedibus ingerat, & obvijs quibuslibet macram controversiam oppleat, ac ne macies eius appareat, quicquid possit, hinc inde congestum obtrudat, non quod ad præsentem textum attineat: hoc enim vitium & in Declamatore accusabat olim Præfat. in lib. 7. *controvers. Rhetor. Seneca: Dum cepit (inquit) in omni controversia dicere, nec quicquid debet dici, sed quicquid potest: Quem scopulum, ut cautius Prælector effugiat, in excitanda Quæstione studiose curabit.*

III. Ut sit ex ipso contextu sponte nata.

Cavendum igitur sibi ducat, ne in familiam Oratorum numero censeatur, quos norat Quintilianus lib. 7. *Instit. cap. 7. ubi de quæstionibus ex scripto natis edisserunt: Proponunt quidam (inquit) tale genus controversiarum, in quo, nullum argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit: Ognaros, & opportunos quæstionum tractatores! qui tan longe ab inductæ legis argumento! apertius illi quidem, atque ex Oratorum mente apud Senecam Rhetorem, lib. 1. *controvers. 4. Novi declamatores illam quæstionem tentaverunt ex verbo legis natam, &c.* Nam nisi ex ipso legis, quæ versatur, contextum nata Quæstio sit, quorsum ibit Orator?*

Et vereor quoque (Deus avertat) ne Biblicus aliquis Prælector, dum extraneas, & reluctantes Textui Quæstiones intrudit, exijs sit dissertatoribus, quos argute carpit, & iure Ludovicus Vives de *caus. corrupt. art.* lib. 1. *Alij (inquit) qui sibi magis fidunt, nati suo iudicio campum, in quem excurrant, vnius vocabuli tenuissimâ arreptâ occasione, de re dicunt paucissima, præter rem, infinita alienissimis locis infarciunt quacunque est collibitum:* Tam eleganter ille, quàm verè: *Neque enim omnia in locis omnibus differenda sunt, ut docet apposite S. Hieronymus, lib. 1. advers. Rufin Suis ergo quorūque sedibus erunt omnia reservanda, & in loco, & tempore opportune constituenda: quod etiam monuit Athenagoras, lib. de*

E4

Mort.

Mort. Resurrect. ita præ alijs : Oportet eos , qui hisce rebus , quaestio- nem instituere volunt , subinde inspicere , quid res exigat , & eate- nus verba metiri , earumque rerum ordinem , necessitati adaptare , vt non , dum prima quæque pro serie priori loco constituas , decorum violes , & congruitatis respectum deseras : Ita Christianus iste Philoso- phus.

Id quoque sibi in mente fuisse testatur Lipsius doctus , & ipse literaturæ Magister , vt nunquam abiret à textu , quem commen- tatur : sic enim Præfat. in *Analect. ad Milit. Roman.* Polibium illuf- traturus præloquitur : Polibius quæ non tetigit , aut quibus ansam non dedit , vt apprehenderem , passus sum abire paululum : Tenenda ergo in- terpreti , aut Prælectoris ansa , textus est , ne vel abeat , quæ ad eius faciunt illustrationem , vel ipse abiens à textu , aliena , & reluctancia per vim , & fraudem intrudat , quod assequitur feliciter , si contextus explicandi veluti iuncturas acutè rimetur , ex quibus educenda cō- troversia sit , vt opportune cautum , à : hrysolomo in *Matth. Ho- mil. 1.* Iam ergo (inquit) *perspicite , quanta nobis opus sit vigilantia , non solum ad exponendum Evangelium , verum etiam ad discernendum , quaenam illa sint , quæ expositione indigeant ; nec parum est enim posse invenire ea , quæ indubio sunt , & de quibus controversia est : Ne igitur oscitanter textum percurrat Prælector , sed opportunam quæstionis ansam ,prehendens , ita mordicus teneat , vt non prius differendi scopum , quam institutam ab initio controversiam dimittat , ne forte in eorū censu computetur , quorum in eruendis è textu quæstionibus im- peritiam coarguit S. Augustinus , lib. 1. de *Ordine* , cap. 11. Isti enim (inquit) *in literis , non multum attendunt , aut vnde sit quæstio , aut quò pervenire differentes moliantur , quid vè ab ijs explicatum , atque confectū sit , &c.* Quibus , paria reprehendebat in *Oratoribus* Tullius , ad *Herenn.* libr. 2. Scribens. *Vitiosum est , cum id , de quo summa con- troversia est , parum expenditur , & quasi transactum sit , relinquatur : diserte.**

Timeat ab hac peste doctus Prælector , & audiat ita consulentem sibi Iunilius , lib. 2. de *Part. divin. leg.* cap. 28. *Quæ sunt , quæ in intellectu divinarum Scripturarum custodire debemus ? vt ea , quæ dicuntur , dicenti conveniant , vt à causis pro quibus sunt dicta , non dis- crepent , vt concordent , temperibus , locis , ordini , intentioni , &c.* His enim observatis , innatam textui Quæstionem eruet , omniaque ex arte succedent expeditiora , vt notavit Cantapetrensis , lib. 10. *Hypot. Regul. 49. Monstratis occasionibus , ex quibus Quæstiones oriuntur*

itur

tur. Quod quæso monitum menti penitus indat , & ad sequen- tem pergat conditionem , quæ talis est , & huius velut appendix.

IV. *Instituto , vt par est , exacte respondens , ne contextui vim inferat.*

Conditionis huius mens omnīs ab oratorum munere venit , vt dedit olim in consilij Dialog. de *Orator.* Quintilianus : *Sub inde moneo , quæstionis meminerimus , sciamusque nos de ea re loqui : parimonito Scriptores urgebat Plinius lib. 5. Epist. 6. primum ego (inquit) officium Scriptoris existimo , vt titulum suum legat , atque identidem interroget se , quid caperit scribere ; quod ad sacræ quæstionis Prælectorem transtulit Cano , lib. 12. de *Locis* cap. 5. & ad contionatorem Didacus Valdes , *Rhetor. Christ.* part. 6. cap. 3. Ergo si de scopo , se ipsum interroget , respondebit haud dubio ad institutam controver- siæ rogationem , nisi plane desipiat , aut excors sit , & eorum esse de grege vitabit , qui sulcitam quæstionem , ingenti verborum appa- ratu , & strepitu in limine prælectionis ostendunt , quasi è textu , & loco scaturientem , sed statim eiusdem inimicos , aut omnino pertranscunt , aut ne vix quidem leviter vellicat . & attingunt , quod versandæ quæstionis vitium , notabat olim S. Hieronym. Epist. 61. sic Joannem Ierolymitanum allocutus : *Octo tibi de spe fidei Chri- stianæ quæstionum capita obiecta sunt , tria tantum tangis , & præteris : in cæteris , grande silentium est.* O magnam hanc Prælectoris inopiam ! mox addit S. idem Doctor : *Ipsa quoque tria quasi negligens , atque securus quasi quæ aliud agens . & in quibus , aut nulla , aut parva sit quæstio , prætervolas , atque perstringis :* Hucusque Hieronymus , quasi non neminem versandæ de sacro textu quæstionis ignarum , Prælectorem graphicè delineans .*

Eandem detegit , & carpit ignaviam Claudianus Mamert. qui lib. 3. de *statu Anima* , cap. 11. Sic adversarium à propositæ Quæstio- nis scopo , longius exerrantem aggressus est : *Verum si bene Scrip- tuorum recolis , animadvertere simul potes , propositum esse te potius , de quibus disputandum feret , quam de propositis disputasse :* Rursumque cap. 12. materiam ipsam disputationis exprimens , ita pergit eundem suggillare : *De quantitate autem , cum te disputaturum sponderis , ni- hilque de eadem differueris , non possum oblivionis fuisse dicere , cum sa- tis constat , ne nomen eius nisi ex memoria potuisse proferri : illud ergo*

ma-

magis credendum est, te non noluisse, aut oblitum fuisse dicere seu nihil, quod diceres invenisse: quid idem congruit, vel in disputationem vocare dicenda, vel reticere proposita? Sic ille: quid vero potuit acutius, & elegantius, atque ad hoc illustrandum argumentum opportunius excogitari?

Hinc fiet, ut si germana quæstionis materia Prælectoris animo semper obversetur, nullam sortito textui viam inferat, quod quæstiones alias etiam reluctantes violenter intrudat: Hoc olim à Declamatione vitium conatus est avertere Rhetor Seneca *suasoria* 3. sic Thulco Arellio locutus: *Virgilij versus voluit imitari, valde autem longe petit, & penè repugnat materie: certe non desideranti inferat: Quod autem ad sacri Prælectoris, & interpretis munus attinet, totus pro hoc argumento est Ioannes Parva, lib. 2. Regal. sacr. Script. cap. 12. Nos interim ex alijs veterum Patrum testimonijs, hoc monitum illustrare possemus. Sed malim ut hos potissimum ipse perlegas. S. Augustin. lib. 12. Confess. cap. 18. lib. 1. de Genes. ad lit. capit. 18 Vincent. Lirinens. contra Hæres. cap. 37. & 41. Faust. Episcop. lib. de Fide contra Arrian. cap. 1. & 2. S. Cyrill. Præfat. in 12. Prophet. S. Hieronym. Epist. 50. & ad Matth. 10. v. 29. Clement. Alexand. lib. 3. Stromat. sect. 5. Arnob. lib. 5. contra Gent. Cassiodor. Divin. lect. cap. 15. Tertullian. de Præscript. cap. 38. Petrum Damian. lib. 4. Epist. 3. Petrum Blesens. serm. 12. Ioann. Sarisberien. Epist. 186. Sed quorsum reliquos.*

Demum audi præ multis Isidorum Pelusiotam lib. 2. Epist. 63. velut è cathedra præcipientem: *Ita se gerere interpretes debent, ut si commode, ac nullà vi adhibitâ, omnia peragere possint, id impigre, ac sedulo faciant; sin autem id fieri nequeat, ne ijs, quibus minime opus est, vim afferant, &c. Ac non in eum sensum, qui minime conveniat, oborto collo trahant. Quam ille præceptionem, ut maxime Prælectoribus, utilem, ac necessariam frequenter inculcat eiusdem libri Epistol. 254. rursum lib. 3. Epist. 125. & 292. & lib. 4. Epist. 117. & 118. quas dum percurris, omittenda non sunt, quæ scribit Epist. 203. Neque vim faciamus (inquit) Prophetijs, neque studio redigendorum ad æqualitatem quorundam locorum Prophetiæ in scurriles quasdam verborum ineptias incidamus, &c. Quæ iterum subdit, tibi profus non prætereunda. Ego enim pergo super excitandâ Quæstione moniturus.*

Ne

V. Ne ab argumento longius peregrinetur.

Futurum Oratorem informans, ita præscribit cautè Quintilianus, lib. 10. *Institu. cap. 1. Licet tamen nobis indigressionibus, vii vel historico nonnunquam nitore, dum in ijs, de quibus erit quæstio, meminerimus: An adeo memoriâ labiles quidam oratorum sunt, ut necesse quædoque sit de instituta quæstione subinde ipsos admoneri? ita prorsus accidit, ut quod in styli compositione quondam Seneca vitium accusabat, Epist. 114. tu de quorundam prolixis excursibus, ac diu ab scopo peregrinantibus non immeritò dixeris: Quid (inquit) de illa loquar, in qua verba differuntur, & diu expectata vix ad clausulas redduntur? Ita Prælectorem quædoque videas, qui ab instituta primum controversia discedēs, tan longos abeat in anfractus, ut post multam expectandi patientiam, vix speres rediturum; aut forte tam redibit sero, illum ut iam textus non agnoscat, vnde digressus est.*

Scio quosdam excursus in sacr. paginæ commentarijs ab Ambrosio probatos. Proæm. lib. 4. in *Lucam*, ita scribente: *Quanto magis nos in tanto non elementorum, sed gestorum cælestium scti profundo viciniore legere portus, & frequentes amare debemus excursus, ne quis longa navigationis radio fatigatus, fastidij vomitum tenere non possit, &c.* Scio & probatos à Magno Gregorio, præfat. in lib. 6. *Moral. cap. 2.* Sed nusquam isti optimi Patres distatos illos à proposita quæstione recessus patientur, sicut nec tolerare visus est S. Augustinus, cuius pro re nata salutare hoc monitum cape lib. 4. de *Doct. Christ.* cap. 20. *Fit autem, ut cum incidentes quæstioni, aliæ quæstiones, & aliæ quæstiones, & aliæ rursus incidentibus incidentes pertractantur, atque solvantur, in eam longitudinem ratiocinationis extendatur intentio, ut nisi memoria plurimum valeat, atque vigeat, ad caput vnde agebatur, disputator redire non possit: Sic dilerte Augustinus: vnde quod à sacro concionatore observandum monet Didacus Valdes. *Rhetor. Christ.* part. 2. cap. 21. erit eodem quoque iure cavendum Biblico Prælector: *Evitando (inquit) prolixiores à re digressiones, nam deflectendo sæpius non facile potest redire oratio, vnde diverterat: Iterumque part. 6. cap. 3. quæd etiam vitium in Oratore, carpebat olim Quintilianus, lib. 9. *Institu. cap. 4. Quædam verò transgressiones (inquit) & longæ sunt nimis, & interim etiam compositione vitiose, qua in hoc ipsum pesuntur ut exultent, atque lasciviant: In his autem eo temperamento uti oportebit, quod lib. 3. de Orat. præscribit Tullius: Ab re non longa di-***

gressio. In qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus, & convincendus esse debebit.

Caveas igitur tibi, sapiens Prælector, ne si ab instituto in diversa rapiaris, illud tibi occinat, nasa us auditor, quod Ioanni Hierosolymitano quondam, argute S. Hieronymus Epist. 61. *Bene scripsisti, sed nihil ad causam pertinens:* Idque lepidæ cuiusdam historię narratione cõfirmas: *Quidã* (inquit) *in deserto, diceret ferreturque impetu, ac volubilitate verborum, causamque omnino non tangeret, prudens auditor, & index: bene, inquit, bene, sed quò istud tam bene?* Ita S. Doctor, ac si quosdam nostri temporis, audisset Prælectores, quorum non nulli, dum auditor adesset, mecum ipse tacite miffitans cum eodem Hieronymo, sic objiciebam: *Cum ergo ista quarantur, cur tu omisis, super quibus pugna est, de scammate, & loco certaminis egrediens, in peregrinis, & longe alienis disputationibus immoraris.*

Et tandem, ut verum fatear, in peregrinas quasdam, & alienas à textu quæstiones tam longum divertere, non tam ex arte oratoria digressio est, quàm culpanda Rhetoricorum canonum transgressio: quod olim de seipso fatebatur Nicolaus Monachus, Epist. 55. *Evagatus sum* (inquit) *à negotio; nec digressio, sed transgressio est, quod feci:* Non ab simili se ratione excusat Petrus Damian, Opusc. 32. cap. 2. quod ex Rhetorum præscrito monebat Cicero, ad *Herenn.* lib. 1. *Si transitionibus nullis utimur, & si non deerrabimus ab eo, quod capimus exponere:* Tu ergo, mi Prælector, præfixum in quæstionis argumento, scopum, ut exacte collimes, audi monentem Hugonem Victorin. *Erudit. Didascal.* lib. 3. cap. 6. *noli multiplicare diverticula: quo ad usque semitas didiceris, securus discurre, cum errare non timearis:* Non igitur prodeunt è textu quæstionis semitam deserere, nisi tan longum velis ab errare, ut nusquam inveniendæ controversiæ viam ingrediaris, si extra textum inquiras, nam ut apte Cassiodorus *Divin. lect.* cap. 28. *Numquam potest plenissime investigari, quod non per viam suam quaritur:* Fuge ab hac errandi licentia, & ad subiectam perge conditionem, quæ huiusmodi est pro erudiendâ Bibli ca Quæstione.

VI. *Nimium subtilis non sit, aut scrupulose Scholastica.*

Affectatam Dialecticorum, seu potius sophisticarum, in excitandi Quæstionibus subtilitatem, iam olim accusabat uterque Seneca Philosophus, & Rhetor: ille non semel Epist. 49. *Qui à torque* (inquit) *& maceratur in ea quæstione, quam subtilius est contempnissse, quam*

solu

solvere? Iterum Epist. 82. & Epist. 88. alter vero, Præfat. in lib. 1. *controversiarum* pari censura: *nihil est, (ait) iniquius his, qui nusquam putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est, præter subtilitatem, &c.* Mox subdit: *& nescio an maximum vitium subtilitatis sit, nimis se ostendere; magis nocent insidiæ, quæ latent: vtilissima est dissimulata subtilitas, quæ effectu apparet, habitu latet:* Sic sapiens, uterque nimiam quæstionum subtilitatem fugillat.

Hoc vero vitium in sacris disputationibus, multo periculosius, quam longius debeat abesse ab expositivo Prælectore, in tractandis de divini Codicis expositione quæstionibus, veterum Patrum, & interpretum testimonijs indicabo. Primo, Constantinus Imperator, hæc super controversijs, de sacri textus intelligentia fuscitatis, in Concilio Nicæno, Epist. ad *Alexandrum Episcop.* *Alexandrin.* ita Imperatoriæ maiestatis sententiam tulit: *aut quis tantarum Quæstionum subtilitates extra lapsus sui periculum sustinebit?* Quæ illius Epistolam scio paulo aliter è Græco redditam haberi apud Socratem, lib. 1. *Hist. Eccles.* cap. 4. Eusebium Cæsariens. lib. 2. *de vita constant.* cap. 67. mentem autem Fijssimi Principis, in succidenda talium quæstionum subtilitate, palam exponit Sozomenus, *Hist. Eccles.* lib. 1. cap. 14. ex interpretatione Ioannis Chrystophoroni: *Quod a utã* (inquit) *ad eiusmodi subtiles, & argutas quæstiones attinet, etiam si non in vna consentiant opinione, tamen consentaneum est, eam in interiora cogitatione retinere: Insit igitur ut inani de his rebus disceptatione deposita, concordiam inter ipsos servarent: hæcenus ille: hinc aperte noveris, quæ fuerit summi illius Imperatoris, ac de sacris Ecclesiæ dogmatis, optimè meriti, super inani quæstionum subtilitate, prudens, cordataque sententia.*

Transeo ad Patres, & interpretes, qui quæstiones eiusmodi suis in cõmentarijs caute fugientes, manifeste respuerunt. Sanctus Paschasius, lib. 8. in *Matth.* dū in illâ Christi Dom. promissionē: *fidē habētibus, factã, commentando incidisset Matth. c. 17. v. 19. & nihil impossibile erit vobis:* indicatã quorũda interpretum subtilitate, subiungit: *quam sententiam nonnulli, dum subtilius legere conãtur, suis extenuant syllogismis, simplicem sensum quasi id, quod nihil est, solummodo, de impossibile eis esse debeat, reliqua verò omnia, quæ sunt, possibilia, &c.* Annon pleno ridebis cachinno inanes huius interpretationis argutias, & nimis infestas simplicitati sacri contextus? Ego enim mihi nõ possum obtēperare; quin irrideam, & iterũ cū Seneca despiciã: *Audi quãũ mali faciat nimia subtilitas, & quã infesta veritati sit:* Audi inquã, ab ipso Paschasio ridiculæ huius disertationis celsuram.

Quæ

Qua nimirum disputatio vana est a verò, sed ideo dixerim, ut tales qui hoc silent movere, à tali se exhibeant eloquio, quoniam & si exercitium in eo esse pete st. fructus intelligentia, nescio si vilis esse possit. His ille & inane illam differendi subtilitatem taxat & cordatum Prælectorem à simili futiitate Quæstionum avertit.

Id ipsum in mente tuit Euthymio, qui super *Matth. cap. 15. vers. 37.* post excitatam, ac solutam quæstionem, de numero cophinorum, & sportarum, ita subiungit: *Hæc sane diximus nos simplicius, ac manifestius: alij vero se ipsos in subtiles disputationes demittentes, multam & anxiam contraxerunt de minimis rebus disceptationem, ac molestiam, nec id in præsentis tantum loco, verum etiam in alijs multis considerationibus, quas pro molestis habentes prætercurimus: Nota mihi, precor, vel obiter illud; se ipsos in subtiles disputationes demittentes.* Tam enim longe abest, ut his quæstionum subtilitatibus se se altius efferant, quin potius, vt semet ipsos, ipsamque divinæ Scripturæ maiestatem, in has argutiarum minutias deprimant, atque demittant, quod ipsum in Philosophia, de similibus quæstioncularum præstigiatoribus afferbat olim Seneca *Epist. 102.* sic opportune fatus: *Non debuit hoc nobis esse propositum arguta differere, & Philosophiam in has angustias ex sua maiestate detrabere: Philosophiam, ille dixit, quanto minus, & tu, sacram Theologiam, in has subtilitatum ineptias detrahendam iudicabis? Quas vero sacro interpreti transcurrendas, monuit Euthymius, eadem, & prætermittendas suadet Nemesius *Episc. Emissen. lib. de natura Hominis. ca. 1.* ita de controversijs agendum hortatus: *Vt subtiles, & spinosas admodum, & vulgo ad intelligendum difficiles quæstiones prætermittamus.* Prudenter ille.*

Cardinalis Hugo, dum commentatur illum malorum cumulum quem ex eiusmodi quæstionibus oriri Paulus afferuit, *1. Thimor. cap. 9. v. 4.* in hunc modum subdit: *Ecce quot, & quanta mala oriuntur ex curiosis disputationibus, quæ sunt in Theologia maxime; Si ergo has averfatur Doctus hic Pater, quæ sunt in Theologia, vbi plus licet ingenio, plus acumini, & argutæ subtilitati, quid de illis afferat quæ circa divini Codicis expositionem agitantur, vbi tantum germano eiusdem sensui fideliter est à Prælectore insistendum.*

Frequens est in ablegandis eiusmodi miræ scholasticis quæstionibus, à Biblico tractatore, Doctus interpretes Ioannes a M. I. Monado, tibi omnino legendus, *ad Math. cap. 20. v. 17. ad cap. 25. v. 13. & signatim, ad cap. 26. v. 24.* vbi super immissa proditori Iudæ à Christo Dom. comminatione: *De quo verbo (inquit) nimis fortasse sub-*

subtiliter quidam disputent, quomodo melius Iudæ fuisset natum non esse? &c. Sed non sunt (addit) huiusmodi Scripturæ locutiones, ad scholarum excutienda subtilitatem. An non satis opportune consulit eruditus hic Auctor?

Consulit quoque haud minus tempestive Benedictus Iustinianus, doctus & ipse Pauli commentator, qui super *ad Hæbr. cap. 11. v. 30.* cum de murorū vrbis Iericho ruinâ Iosue c. 6. v. 20. quædam ad Apostoli interpretationem, ex SS. Patrum sententia retulisset, ita subiungit: *Qui vero querunt, vtrum potuerit sonus nonnullam efficietiam divinitus fortiri sive physicam, sive moralem, alieno loco subtilitatem ostentant.* Argute ille. Locus enim satis alienus, & extraneus est sacrae paginae textus ab hęc quæstionum argutijs, quæ iactandi solum ingenij studio in eius interpretationem importunè obtruduntur, à quibus sibi abstinendum merito censuit Escalante, *lib. 4. de causis sacr. Script. cap. 37.* Ne (inquit) hoc opus scholasticis disputationibus intermixtum crescat in immensum: Et à sacrae paginae expositione, arcendas monent Bonfrerius, in *Pentat. can. 3.* Alvarez, in *cap. 40. Isaia. num. 153.* Hæc in probatis hęc Scriptorum pro exemplo latis sunt, & pro monito, quem vero ex hac quæstionum futiitate fructum percipiat subtilis nimirum Prælector, discas à Quintiliano, in simili declamationum genere, *lib. 12. Instit. cap. 2.* *Obstabit melioribus, & sectas ad tenuitatem suam vires, ipsa subtilitate consumet.* O bonum ex affectata subtilitate fructum!

Nec vero, quod scholasticas scrupulosè quæstiones, ex hucusque dictis à sacro Scripturæ Prælectore procul amandamus; ideo ab Scholasticâ Theologiâ, eiusque differendiratione, ac methodo alienum esse volumus, novi enim ad sacras literas, & facilius percipiendas, & alijs commodius interpretandas, quam necèssaria divina hæc scientia sit, quantumquæ hoc ad institutum ipsi deferant lectionum Auctores, Cano, *lib. 8. de Locis per 5. priora capita. Salmeron, Prolegom. 9. can. 15. & toto Prolegom. 18.* Rodericus Dosma, *de auctorit. sacr. Script. lib. 3. cap. 5.* Montoya, *de concor. sacrar. edition. lib. 1. contrav. 9. & 15.* Fabian. Iustinian. *de sacra Scrip. lib. 1. cap. 15.* Carolus Regius *Orator. Christian. lib. 3. cap. 10.* & alij; tantum id intendimus, mere Dialecticas, Methodicas, aut si fas est dicere, Sophisticas quæstiones, & quæ sola subtilitate, ingeniorū aciem perstringunt, ineptas, & indignas esse oue, ad sacrae Scripturæ prælectionem admittantur: Quod (ne ad aliena transire opus sit) ex nostræ societatis præscripto sacrae sententiæ Prælectoribus indicitur: Sic.

Sic enim sanctissimus nostri Ordinis Institutor Ignatius, 4. part. Constit. cap. 8. §. 3. in sacris lectionibus comodo propenendis, qui adificationi populi conveniant, qui à scholastico diversus est, se etiam exercent: rursum, Professoris sacra Script. Regul. 13. Sic statuitur: *Quæstiones sacrarum Scripturarum proprias scholastico more non tractet: Longum autem foret, ac molestum hac singulorum Patrum testimonia conferre, qui Quæstiones à divini Codicis interpretatione rejiciendas enumerant: plenam omnium sententiam accipe, S. Anselmi calamio subscriptam, lib. de Incarnat. cap. 2. Cumque omnes, ut cautissime ad sacra pagina Quæstiones accedant, sint admonendi, illi utique nostri temporis Dialectici, prorsus ab spiritualium Quæstionum disputatione sunt exsufflandi. Sic ille: qui potuit clarius? Demum, ut singulas velut ex facie dignoscas, quas fugiendas monent sacri Scriptores, eas tibi coram presentabit, quam statim subijcio.*

ARCENDARUM A BIBLI- câ Praelectione Quæstionum Censura.

PRÆNOTAT. X.

Præfatur opportune Hugo Victorinus, Erudit. Didasc. lib. 5. cap. 5. quia verò facilius, quid agendum sit intelligimus: si prius quid non sit faciendum, agnoverimus, instruendus est primùm (Prælector) quid cavere debeat, & deinde informandus, qualiter ea quæ sunt agenda, perficiat. Tam ergo multiplex, & implexa earum sylva quæstionum est, quas ab ipso fugiendas modo in censum adducimus, ut vel singularum nomine tantum indicato, vix queant in compendium, aut numerum redigi: *Multa sunt enim (inquit S. Augustinus, lib. 2. de Serm. Domini. cap. 20.) quæ inquiri ab otiosis possunt, super vacua, & inania, & plerunque noxia: de quibus tamen non nihil dicendum est; sed hoc ipsum apericendum, & explicandū, cur inquiri talia non oporteat, &c. Cuius & ipse causam exhibet lib. 2. de Genes. ad liter. cap. 9. Multi enim multum disputant, de ijs rebus, quas*

ma-

maiori prudentia nostri Auctores omiserunt, ad beatam vitam non profuturas Discuntibus: His paria leges, apud Isidorum Pelus. lib. 2. Epist. 93. sed similibus Differentiarum cuique iam diu prudenter obiecerat Seneca, Epist. 49. Quid te torques & maccras in ea quæstione, quam subtilius est contempisse, quam solvere?

Cum ergo tot sint eiusmodi Quæstionum species, erit laboris prope modum infiniti harum omnium singulas, ad vnam recensere: *quia nemo est: (ut ait Ioannes Sarisberienf. lib. 7. Policrat. cap. 12.) qui omnia, quæ etiam ab imperitis quaruntur, sufficiat explanare: ea propter, ut me monent Præfat. in lib. de exhort. Martyr. S. Cyprian. ne audientem, vel legentem styli: latioris copia fatigarem, compendium feci propositis Titulis, quos quis, & nosse debeat, & tenere: & habentur multas, veter. Patrum stylo quasi punctas, & stigmatibus velut inustas: atque ut loquar cum Publicola, Epist. 153. ad Augustinum: Singulas autem Quæstiones, & diversas per capitula significari: En vero illas ex Alphabeticò elementorum ordine tamquam indice præmonstratas.*

I. ABSURDÆ.

Quasdam ita compellat S. Gregor. Nazianz. Orat. 31. *Eos (inquit) qui curiosa disputatione nos lacesunt, comprimere. Quæstionumque absurditatem ab surdioribus interrogationibus solvere licet.* Claudian. Mamert. lib. 3. de stat. Anim. cap. 11. *Hanc vitamque absurditatem sententia sana respuit: dicebat de Quæst. eiusmodi. S. Chrysof. Homil. 4. in Acta, & Tom. 5. orat. 8. de pet. Filior. Zebedæi: Plutarchus quoque comment. de Stoic. pugnis (nam & Propheanis etiam vtemur) vocat multam pugnam, & absurdam.*

II. ADULTERINÆ.

Prima sapientia est, (ait S. Nazianz. Orat. 15.) Sapientiam in sermone, ac dictionum strophis, atque adulterinis, & supervacaneis disputationibus sitam aspernari: de similibus. S. Ambrosius in Plal. 118. (serm. 11. patrimonium quoddam celestium scripturarum in sua farta de torquent, adulterina sibi compendia colligentes dolo magis, quam veritate quæsitæ. Clemens Alexand. lib. 2. Stromat. cap. 1. vocat adulterinas rationes, quas in sophistis accusat Philo, lib. de Nomin. mutat. Videntur præterea S. Chrysof. tom. 5. de sigillis librorum, orat. 10. & Ho-

E

mil.

mil. 71. de S. Phoca Martyr. Origen. & S. Ambros. ad Rom cap. 2. v. 22. & ad cap. 5. vers. 14. Tertullian. de prescript. cap. 6. & alij. sæpe: Olympiodorus, ad Eccles. cap. 7. v. 25. Idorus Pelusiot. lib. 2. Epist. 235.

III. ÆNIGMATICÆ.

Sic etiam quasdam, non iniuriâ nominabis, ex Sidonij sententia lib. 8. Epist. 16. vbi de iure Differtator dicitur, *veternus legallium Quæstionum anigmatista*. S. Gregor. Nazianz. orat. 35. postquam multa, in rixosos Disputatores emisisset, sub exitum; ita subdit: *atque hæc ad anigmatum studiosos à nobis dicta sint, &c.*

IV. ALTÆ.

Celebris olim Quæstio fuit, qua Christianos Ethnici frequenter impetebant, vt refert Origenes lib. 3. Periarcb. cap. 5. S. Irenæus, lib. 2. contra Hares. cap. 47. nempe; *quid faciebat Deus ante quam faceret cælum, & terram?* ad quam, vt scribit S. August. lib. 11. confess. cap. 12. *Quidam respondisse perhibetur ioculariter eludens Quæstionis violentiam: altæ, inquit, scrutantibus gehennas parabat.* Dignum tam altâ quæstione responsum: Petrus Damian. Opusc. 36. cap. 5. *Ista autem, ait, qui antiquam Quæstionem noviter afferunt, dum altiora gestiunt nosse, quam capiunt: potius aciem suæ mentis obtundunt:* Contra has acriter Idorus Pelusiot. lib. 2. Epist. 93. 100. & 273. adde S. Ambros. lib. 1. de interpelat. Iob. cap. 9. S. Hieronym. lib. Advers. Pelagian. Abulens. ad Matth. 7. quæst. 12.

V. AMBIGVÆ.

Adversus hoc Quæstionum vitium. S. Irenæus, libr. 2. capit. 107. *Omnis autem Quæstio (inquit) non per aliud quod queritur habebit resolutionem: nec ambiguitas per aliam ambiguitatem solvetur:* S. Iustinus Exposit. Fidei ita de adversarij Quæstionibus: *Tibi autem talia iam inquirenti, cum in explicabilis ambiguitas itidem inceperit:* His similia vide apud Plurarchum, in Alexandro. vbi quintus Gymnio sophista respondet: *Necessario quæstionibus ambiguis propositis, obscuras etiam fieri responsiones:* ad Philonem, lib. de Agricult. S. Hieronym. Epist. 61. Ioannem Sarisberienf. lib. 7. Policrat. cap. 9. His germanæ sunt

anci

incipites, de quibus Tullius, lib. 3. de Orat. cap. 8. *Alij vero (inquit) habent incipites disputationes, &c.* Ita Carneades Philolophus, de quo S. Hieronymus Epist. 51. Tertull. prescript. cap. 14.

VI. ARGVTÆ.

Hac censurâ, notat eiusmodi Quæstiones Nazianz. in Orat. 33. ita præ alijs: *Et luctus omnis maiore calamitate, hoc est Quæstionum argutis mitigetur.* Constantinus Imperat. apud Sozomenum. lib. 1. Hist. Ecclesiast. cap. 15. Damnat. *subtiles, & argutas Quæstiones.* S. Hieronymus, Apolog. 1. in Ruffin. vocat: *argutas, & Sophismatum fraudes.* Et in eundem Apolog. altera *Argutiarum strophas.* S. Gregor. Nysseni. contra Eunomium, lib. 12. *versutas argutias:* Simili nota S. Vigilus, lib. 5. contra Eutych. Origenes, lib. 2. contr. celsum. Petrus Blesens. Epist. 140. Elias Cretenf. ad Nazianz. orat. 23. num. 37. Billius, ad Orat. 33. num. 6. S. August. lib. 1. de Const. Evang. capit. 7. Seneca, Epist. 102. Gellius, lib. 18. cap. 1. Lipsius, ad Lector. in lib. de constant. Cresfolius, lib. 2. Theatri vet. Rhet. ca. 4. Gal. ar Barthius. lib. 53. Adversar. cap. 1.

VII. CAPTIOSÆ.

Diserte in has S. Hilarius, de Trinit. lib. 1. *Respuit Captiosas, & inutiles Philosophia Quæstiones, fides constans:* S. Basilii, in cap. 6. Isaïæ compellat, *captiosas, & Dialecticas argumentationes:* S. August. lib. 1. contr. crescon. cap. 18. *Captiosas interrogationes;* videndus etiam Epist. 56. & lib. 2. de Doctrin. Christian. cap. 31. Præterea S. Hieronym. advers. Luciferian. ita: *Captiosa interrogatio fuit prima Quæstio:* Haud aliter Idorus Pelusiot. lib. 2. Epist. 3. Ioannes Sarisber. lib. 5. Policrat. cap. 12. rursum S. Hilarius, lib. 12. de Trinit. & Janfenius, ad Ecclesiast. cap. 37. v. 23. ex Prophanis, Tullius, 4. *Academica quæst.* lib. de Divinat. & 2. de Finib. Senec. Epist. 82. Lucianus in Hermitimo, & in Demonacte: Gellius, lib. 18. cap. 2. adde S. Gregor. Nazianz. Orat. 35. n. 58.

VIII. CAVILLOSÆ.

Eas quoque à sacræ paginæ tractatione, rejicit S. Clement. Rom. lib. 2. *Recognit.* sic fatus: *Omnia, quæ sunt secreta, & occulta sine vlla Quæstionum cavillatione noscemus:* Est autem cavillatio, vt docet Vlpianus, l. C. l. natura. ff. de verb. signific. & de divers. Reg. iuris, lib. 65. *Vt ab evidentibus veris, per brevissimas mutationes disputationis*

ad ea quæ evidenter falsa sunt: perducatur. Consule Boetium, in Topic. Cicer. Senec. Epist. 111. Cicero (inquit) cavillationes vocat, quibus Quisquis se tradidit, quasiunculas quidem vafros nectit: quos loci Lipsius, Murcetus, Pincianus: videndus signat S. Gregorius Nazianz. Orat. 33. S. Vigilus Disput. de Fide SS. Trinit. 114.

IX. CONFUSÆ.

Tali quoque nota quaedam inuit S. Ambros. lib. 2. Offic. cap. 3. de quo (inquit) iam multiplices & implicitas, atque confusas videmus esse Quæstiones: rutilium, in 1. ad Corinth. cap. 13. ita de Philosophis: Inanisimis disputationibus, in vicem se confunderunt. In has, S. Hieronymus advers. Iovinian. lib. 1. Hermias, in Genitil. Philosoph. irrisione: Quin & Iustinianus Imperat. 1. 2. Cod. de vet. iur. enucl. nimiam eius interpretum loquacitatem, hac ex causa prohibuit, ne aliquod legibus nostris offerat ex confusione, deducus. Lege Gaspar. Barthium, lib. 53. Advers. cap. 11. inquit.

X. CONTENTIOSÆ.

Has ita compellat Latinus Alexandr. Clementis interpres, lib. 1. Stromat. sect. 3. Aliqui (ait) contentiosos comparantes quæstiones: Theophrastus, in cap. 12. ad Rom. nominat, contentiosos & Quæstiosos: Indorus Pelusiotæ, lib. 1. Epist. 447. Multas contentiones, ac furiosas controversias: Videndus etiam, lib. 4. Epist. 91. & 130. Hermias nuper indicatus exhibet: Contendentium magis, quam veritatem inveniunt argumentationes Tertullianus, Præscript. 1. cap. 7. dixit: Diabolicam in argumentis operantem contentionem. Contra hoc in differendo vitium, alij quoque plura S. August. lib. 4. de Doct. Christ. cap. 28. S. Basilus, in cap. 15. Isaiæ & Epist. 68. S. Hieronymus, in cap. 3. ad Titum: S. Chrysoft. in 2. ad Timoth. Homil. 6. Sanctus Ambros. 1. Offic. cap. 22. Origenes, Philocal. cap. 23. Lactant. lib. 7. Divin. Instit. cap. 7. Rupertus, lib. 1. de Vict. Verb. Dei, cap. 4. Petrus Blefens. Epist. 14. Constantinus Imperat. ut in eius vita Eusebius, Cæsar. lib. 2. cap. 67. Socrates, Hist. Eccles. lib. 1. cap. 4. Nizephorus, lib. 8. capit. 5. iterum S. August. Epist. 112. capit. 21. & Clemens Alexand. 1. Stromat. cap. 4.

XI. CONTRARIÆ.

Novit has, & in earum tractatoribus accusavit S. Hieronymus,

ad

ad Eccles. cap. 10. v. 13. se (inquit) ad disputationes contrarias preparatas & initium, & finem loquendi varitate, cum multo errare convolvant, & c. S. Prosper. 1. de vocat. Gent. cap. 1. ex Ambrosij sententia, & stylo, ita: Contrariarum Disputationum nullus terminus reperitur, & c. Tales Philosophorum quæstiones sunt, de quibus Paulo, lib. de Temulent. Simulantes (inquit) se venari manifestam in rebus certitudinem, catervatim divisi decernunt dissona; interdum etiam contraria. & c. Idem iterat lib. Quod, Deter. potior. in fid. Sedulius lib. 1. oper. Paschal. canit:

*Qualiter assueti varias producere sectas.
Impugnant sua dicta viris & c.*

Multa de his dabunt, S. Irenæus, lib. 2. advers. Hæres. capit. 46. Augustinus lib. 18. de Civit. cap. 41. Chrysoft. Homil. 20. in Matth. & Homil. 3. ad Rom. Ambros. in 1. ad Corinth. cap. 5. Lactant. libr. 3. cap. 3. Tertullian. lib. de car. Christ. capit. 23. Hermias in Phil. Gent. irrif. Eneas Gazeus, in Theophrast. Ioannes Sarisberienf. lib. 5. Politic. cap. 12. quin & ex Ethnicis, Plutarchus, comment. de Stricor. pugn.

XII. CVRIOSÆ.

De his sapienter admonet Cantapetrensis, lib. 9. Hypet. Reg. 40. In tractandis Scripturis, non in Quæstionibus curiosis & inutilibus immorari oportet: Quarum plures ibidem enumerat à SS. Patribus, ex industria prætermittas, de quibus etiam abul. ad Matth. 7. q. 12. S. Nazianz. Orat. 31. damnat. Curiosam disputationem, S. August. lib. de Fide, & symb. c. 6. de huiuscemodi, curiosissimum (ait) est querere; simili curiositatis nota signat Petrus Damianus Opusc. 36. cap. 5. quam iterum carpit S. August. Epist. 56. ad Dioscorum, Gregor. Nyssen. Epist. advers. Apollinar. Ambrosius lib. 1. de interpellat. Iob. cap. 9. S. Zeno Veron. serm. 2. de Æter. Filij generat. Innocent. P. lib. 4. de Myster. Missæ, capit. 12. & 16. Chrysoft. in 1. ad Timoth. Homil. 1. Tertull. de præscript. cap. 8. & cap. 14. Isaias Abbas, orat. 6. Cantapetrenf. lib. 9. Regul. 40. Plutarchus, comment. de curiositate: Lege Scaligeri versus huius argumenti apud Scriverium Proleg. cap. 22. quæst. 9.

XIII. DVBIÆ.

Accipe quoque de his, Iudori Pelusiotæ calculum, lib. 2. Epist.

F 3

97.

97. *Id quod dubitationem habet, alia dubitione minime unquam dissolvi.* Rationem adde, ex Clemente Alexandr. libr. 6. *Stromat.* cap. 2. *Dubiarum enim questionum necesse est, etiam esse dubias dubitationes.* Hæ sunt ex Academicorum schola, quibus omnia dubia, & in certa, ut notum est omnibus apud S. August. libris *contr. Academicos*, frequenter, & lib. 19. *de Civit.* á 1. per plura deinceps capita. Lactantium lib. 3. *Divinar. Instit.* cap. 5. & 6. Mit o Prophanos cuique obvios; Ioannes Sarter. lib. 7. *Policrat.* præ alijs maxime, cap. 2. *Ita nam qui de omnibus dubitant, eo quod nihil habent certum, tam a Eide, quam á scientia alieni sunt.* Fugiat hunc de omnibus dubitandi pruritum Prælector, ne nihil certi differendo statuat, & Tertullianum legat, *de carn. Christ.* cap. 23.

XIV. EUANGELIUM EUACUANTES.

Has equidem, nisi Nazianzeno duce, haud novissem, Orat. 35. sic adversus quosdam disertatores agente: *Vt intelligant se, non vsque sapientes & acutos esse; nec in supervacanis disputationibus, atque Evangelium evacuantibus, invicto quodam robore prestare:* Harum quæstionum inanem sapientiam eam esse, nec debita, quam respuit Apostolus 1. *ad Corinths.* cap. 1. vers. 17. Se missum asserens, *Evangelizare, non in sapientia Verbi, ut non evacuetur Crux Christi:* Quo loci sic ad rem S. Anselmus: *Non in sapientia hominum Evangelizat, que sapientia est verbi, id est locutionis ornata secundum Dialecticam, &c.* Sed quare hanc rejicit Paulus? audis illum: *Vt non evacuetur Crux Christi:* Nam si ex Dialecticæ tantum argutijs differeret, excogitatisque subtiliter argumentis, disputaret, Quæstionibus Evangelium, & Christi Crucem, evacuantes vteretur: ita commentantur post Ambros. S. Bruno, Remigius, & Carthusianus, quos vide: Ego enim de simili Quæstionum genere præmonuisse arbitror Ilderum Pelusiot. libr. 1. *Epist.* 214. & S. Ambros. in *Psalm.* 118. *serm.* 11.

XV. FABULOSÆ.

Et prævidisse visus est, & á similibus abhorruisse David, *Psalm.* 118. vers. 85. *ut illum ad rem exponunt in interpretum plures: Narraverunt mihi (ait) iniqui fabulationes, &c.* Vbi, S. Hilarius, Ambros. August. & alij legunt *exercitationes.* Genebrardus explicat, *nugas, multasque ineptias,* non multo aliter Iansenius, Titelman. Euthymius

miu. Lodu'phus, Folengius: aptissime S. Prosper interpretatur *fabulosas vanarum opinionum delectabilis eloquij arte compositas.* Dionysius, Carthof. illas respuit, quas Paulus 2. *ad Timoth.* cap. 2. vers. 23. appellat, *stultas questiones:* addiderim ego, & quas 1. *ad Timoth.* v. 4. vocat *fabulas, &c.* (vt ad rem in loco S. Chrysost. *Homil.* 1. & cap. 4. vers. 7. *ineptias, & aniles fabulas:* de quo S. August. lib. 3. *confess.* cap. 6. & *serm.* 16. *de Divers.* vbi quidam Manichæorum Quæstiones irridens cap. 12. *Cum suas (ait) fabulas riuosas qualibuscumque responsonum disputationibus fulcire non possent:* S. Paulinus, *Epist.* 38. dixit: *Anilis fabula cantilenam:* S. Athanas. *Orat.* *Vnum esse Christum* de his; *fabulas garriant.* & *serm.* 3. *contr. Arrian.* vocavit latine, *fabulamenta:* Nec dissentiunt Origenes, lib. 2. *contr. Celsum:* S. Hilar. in *Psalm.* 67. vers. 20. Tertullian. *Præscript.* cap. 7. S. Fulgent. lib. 1. *de remiss. peccat.* cap. 1. Cæsius Arelat. *Homil.* 29. *Arist.* libr. 1. *Metaph.* cap. 2. & 1. *Antiq. ff. si pars Hæred. pet. ex quo Zevillos, Præfat. comm. cont. comm. num.* 121.

XVI. FALLACES.

Detexit earum fraudem Clemens Alexand. lib. 5. *Stromat.* cap. 7. dum ait: *Disputationis procul tortuosas iacit fallacias:* S. Hilar. *de Trinit.* lib. 1. *Neque humanarum ineptiarum fallacijs subcumbas: spoli am se prabet veritas falsitati:* Tertullianus, *Præscript.* cap. 14. *qui per fallaciam veniunt, qualem fidem disputant?* S. Cyprian. lib. *de venit. Eccles.* Cavenda esse monuit in differendo, *qua sunt astuta fraudis subtilitate fallentia.* De his Iansenius, *ad Eccles.* cap. 37. vers. 23. & ad *Dialecticæ canones*, multas congerit eiusmodi fallacias Paulus Vallius, *introduc.* *Logic.* 3. part. cap. 23. Iavellius tom. 1. seu S. Thomas *Tract. Fallaciarum.*

XVII. FRIVOLÆ.

Legis istas á Petro Damian. *Opusc.* 36. cap. 5. notatas: *Simpli-citer (inquit) gradientibus scandala frivola inquisitionis obijciunt.* Rursum post alia: *iuxta frivola questionis obloquium.* De similibus, Claudianus Mamert. lib. 3. *de stat. anim.* cap. 9. *Non ergo hisce frivolis sollicitis:* S. Althelmus, lib. *de Laud. Virginit.* cap. 10. *de Iophistis.*

*Cum forte nihil solido sermone referrent,
Plurima de falsis fixissent frivola verbis.*

Iterum cap. 20. *Fingentes frivola falsa,*
Alcuinus, lib. 4. cont. *Elipant. iure irridet: Præponentes humana conie-
ctura frivolas ratiunculas catholica fidei soliditati:* Iacobus de Valent.
Prolog. in Tract. cont. *Iudaos, se responsurum, ait, Indæcerum ineptis,
& frivolis argumentis.* &c. Leges ipse S. August. lib. 2. Cont. *Academ.*
cap. 8. S. Hieronym. lib. 1. *advers. Ruffin.* Saivian. lib. 1. *de Provident.*
Philon. lib. *de Temulent.*

XVIII. FUTILES.

Vetat & has etiam S. Basiliius. *Regul. fustior. interrogat. 49. sic ad-
monens: Ne futilibus, & inanibus Quæstiunculis detur locus: de pari-
bus S. Athanasius, interpret. Parabol. Evang. quæst. 44. quæ verba futi-
lium nugonum sunt fabula.* Origenes *Philocal. cap. 22. ex lib. 2. contra
Celsum.* Harum notam in eius disputationibus agnovit: *Sophisma
illud (inquit) quod futilem, & ignavam rationem Dialectici vocant, &c.
Isidorus Pelusiot. lib. 4. Epist. 92. quædam ab hisce revocans: De
rebus (ait) futilibus contentiones excitat: apud Tullium quoque lib. 1.
de nat. Deor. Velleius. Audite (inquit) non faciles commentitiasque sen-
tentias: Plutarch. comment. de Stoic. pugn. Chrysippum alloquens:
Infatilibus, & noxijs non obscure fers. disputationis vi ventem.*

XIX. GARRULÆ.

Quasdam etiam germana loquacitati censurâ, de qua post n. 37.
punctas video: has accusabat Petrus Damian. Opusc. 3. in exor-
dio: *Scrupulosissime queritis, & garrulis ambagibus Quæstionum lucem
moveris:* Earum vero Auctores, sic indicantur à Clemente Alexand.
lib. 1. *Stromat. capit. 3. Sophista infelices caneris quibusdam suis nugis
garrientes: & cap. 4. Quibus cordi est hæc ars garrula, & improba: de
eijste m, Isidorus Pelusiot. lib. 3. Epist. 37. De quibus (inquit) inter se
dissentiant sursum deorsumque iactare ac de ijs perpetuo garrere:* Con-
sonant S. Athanas. orat. *unum esse Christ.* S. August. in Psalm. 118.
Conc. 6. lib. 18. *de Civit. cap. 41. & 1. de Trinit. capit. 2. Rupertus,
lib. 6. de Glorif. Trinit. cap. 20. Plutarchus, in quæst. Platon. Cicero,
lib. 2. ad Herenn.*

XX.

XX. GRAVES, SEU MOLESTE.

Pro versandis Quæstionibus, ita quasi lata lege, cavet S. Grego-
rius Nazianz. Orat. 33. *Ne. vt sarcinæ viribus graviores baiulorum hu-
meros opprimunt, ita etiam auditores Quæstionibus gravioribus, ac duric-
ribus oppressi, atque confecti, pristinas quoque vires amittant: Ideo S.
Hilarius, de Trinit. lib. 9. Scio (inquit) morosas difficilium Quæstionum
absolutiones legentium desiderijs graves esse: Philippus etiam Abbas,
Epist. 2. Sic Heroardum allocutus: Meam (ait) parvitatem, non me-
diocriter aggravasti, dum in eis Quæstionem satis difficilem posuisti: Rur-
sum paulo post: Videris quodam modo eiusdem Quæstionis gravedi-
nem exaggerare, & me ipsum, ex obliquo amplius aggravare: Adde S.
Ambros. lib. 7. in Luc. ad cap. 10. & vide his consona infra num. 42.*

XXI. IMPIÆ.

Ex putri Hæreticorum penu, tales prodeunt: lege S. Irenæum,
lib. 2. *advers. Hæres. cap. 10. Hi autem quærentes exsolvere Scripturas,
& Parabolas, alteram maiorem, & impiam quæstionem introducunt. S.
Hieronym. advers. Pelagian. lib. 1. Audi ergo breviter testimonia Scrip-
turarum, vt stulta, imo impia sciscitatio tua in perpetuum conticeat:
S. Athanas. Orat. *Unum esse Christ.* ita de Hisce: *Quæ dissertationes
plane sunt impiæ: eademque notâ suggillat. Orat. 3. contr. Arrian.
Sicut & S. Leo, Epist. 42. S. Ambros. lib. 1. de Fide cap. 3. & 5. ea-
rum vero impietatem, in eo sitam agnovit Petrus Dam. Opusc.
36. cap. 12. Quod contumeliosæ sint Numini: S. Ambrosius, lib.
citat. cap. 5. Valentinus Monach. inter Augustinianas Epist. 256.
Pelusiot, lib. 1. Epist. 214. S. Iustinus, in exposit. fidei.**

XXII. INANES.

Avertit etiam has à. Biblicis Prælectoribus Cassiodorus, *Divin.
lect. cap. 24. Sic ipsos admonens: Vias intelligentia Patrum labere,
reperias, pio studio subsequamur; non ad Quæstiones inanissimas, avida
superfluitate tendamus: Eodemque superlacionis gradu locat S. Am-
bros. in 1. ad Corinth. cap. 15. vers. 39. & lib. 1. Offic. cap. 22. aperte
vocat Quæstiones inanes Theophyl. ad Rom. 1. Quæstiunculas, &
inanes molitiones. S. August. Epist. 56. ei usmodi controversiarum
scopum appellat præ alijs, inanem: adde huic S. Ambrosium 2. Offic.
cap.*

capit. 3. Concilium Mediolanens. Tit. de *Prædicat. Verb. D.* Ipsas etiam interdicit *inanes Quæstiones*: Sicut, & S. Basil. *Regul. fustor.* interrogat. 49 & Constantinus Imperat. ut scribit Sozomenus, lib. 1. *Hist. Eccles.* cap. 15. Ex Prophanis quoque Libanius, declinat. 29. ex Iococratis sententia: Seneca, de *brevit. vita*, cap. 13. & Epist. 49. 80. & 117. Demum Philostratus, de *vita Apollonij*, cap. 8.

XXIII. INDISCIPLINATÆ.

Hæ sunt illæ, de quibus Paulus. 2. ad *Timoth.* capit. 2. vers. 23. præcipit: *Sine disciplina Quæstiones* de vita: quæ sint verò eiusmodi *indisciplinata*; docet S. Thom. ibi lect. 4. & in cap. 3. ad Titum lect. 2. ita scribens, ex libri Iob testimonio cap. 34. vers. 9. *Adversantur autem illa, quæ sunt indisciplinabilia: Iob autem stulte locutus est, & verba illius non sonant disciplinam*: S. Anselm. in loco: *sine disciplina verò, Quæstiones, quæ non humiliter, ac modeste fiunt, & quas qui facit, non discere vult, sed litigare*: Ecce qui sint sine disciplina, nam excitantur ab eo, qui non discere vult, Tertullian. *Præscript.* cap. 9. dixit: *sine disciplina rationes*: Celestinus P. alicubi in *Decret. indisciplinatas Quæstiones*: Has denique fugiendas, iubet sanct. Leo. Epist. 42. Cum (inquit) nunc demum *indisciplinatae moveantur, & impia Quæstiones*, &c.

XXIV. INEFFABILES.

Acute subodoratus est Quæstiones istas Philo, lib. de *Temulent.* in veterum Philosophorum diffidio: De alijs (inquit) *innumeris, quæ tractantur, in rationali, morali, naturalique Philosophia, disceptationes nascuntur ineffabiles, &c.* De quibus etiam S. Augustina. serm. 20. de *verb. Apostol.* capit. 7. Tale est (ait) *Velle scrutari inscrutabilia, & investigabilia investigare: quale est, velle invisibilia videre, & ineffabilia fari &c.*

XXV. INEPTÆ.

Legis, & quædam nota ineptiarum inultas à S. Grego. Nazianz. Orat. 31. ita loquente de Christo Dom. *Cum ex eo queritur in qua potestate hoc facis? propter ingentem eorum, qui interrogaverant, ineptiam vicissim ipse quoque interrogat*: S. Hilar. lib. 1. de *Trinit.* prudenter illud dicit, *humanarum ineptiarum fallacis*: Isidor. Pelusiot. lib. 2. Epist.

Tuo. de similitum dissertatoribus; *in nugis autem* (inquit) & *sermonibus ineptijs vitam consumpserunt*: Has in Stoicis irridet S. Prosper. libr. 3. de *Vit. contempl.* cap. 31. & Suetonius in Tiberio, cap. 70. Grammaticorum Quæstiones, vocat *ineptias*, sicut & similes sophistarum Seneca, Epist. 49.

XXVI. INFINITÆ.

Huiusmodi sunt, quas Hermias, in *Centil. Philosoph.* irrisione notat, ac describit: *Hæc* (inquit) *narravit, ut contrarietatem, quæ in eorum opinionibus est patefacere, & inquisitionem rerum, quam suscipiant, & in infinitum vagari, & nullo termino contineri, &c.* Iustinianus etiam Imperat. l. 2. cod. de *vet. iur. enucl.* ita de iuris antiqui dissertatoribus: *Qui opus moderatè confectum, huc atque illuc, in diversas sententias producentes, in infinitum distraxerunt*: Tertullian. *Præscript.* cap. 9. verè: *Certi instituti infinita inquisitio non potest esse*

XXVII. INFRACTUOSÆ.

Rectè queritur, ait Balvianus Præfat. lib. ad *Eccles. Cathol.* *Si inquisitio valet, ad fructum aliquem pervenire; ceterum, si in fructuosa est, quid, necesse est, ut laboret curiositas? en harum quoque censuram, nam quas Paulus, ad Tit. cap. 3. vers. 9. vocat inutiles* S. Bruno commentatur, *sine fructu*: Carthusianus. *superfluas, & infructuosas*: Hugo Victorin. in 2. ad *Timoth.* q. 7. *in quibus nullus est fructus*: Earum finem, *infructuosum* vocat S. August. Epist. 56. ad *Dioscorum*: Videndus etiam, in *Psalm.* 118. *conc.* 6. Ideo verè S. Chrysologus serm. 5. *Philosophia, querenda divinitatis indixit laborem, veritatis inveniendæ fructum contulit nullum*: adde Boetium 1. de *consolat.* prof. 1. Tertullian. *advers. Hæret.* cap. 7. Libanium, *declamat.* 37. Plutarch lib. de *Audiendo*; Lucian. in *Hermotimo*.

XXVIII. INNUMERABILES.

Vnius, quem hucusque viderim, S. Augustini de his sententia esse hic enim in exitu Epist. 49. *Sunt* (inquit) *innumerabiles, quæ non sunt finiendæ ante fidem, ne finiatur vita sine fide*: Rursum, Epist. 56. ita *Dioscorum* allocutus: *Tu me innumerabilium Quæstionum turbâ repente circumvallandum, vel potius obruendum putas? Demum*, lib. de *Vilit. credend.* capit. 6. de *Virgilio* factus:

Nunquam nobis ait) satis feret de illis etus Quæstionibus innumerabilibus, quibus Grammatici agitari, & perturbari solent.

XXIX. INSOLVIBILES.

Quas Paulus 2. ad Timoth. cap. 2. vers. 23. stultas Quæstiones vocat sic interpretatur S. Anselmus: Stultæ Quæstiones sunt, insolubiles, & secreta humano generi prohibita quærentes, &c. Item quas 1. ad Timoth. 6. vers. 4. Notat Apostolus: sic explicat inibi S. Bruno: Quæstiones quas objicit, & absolvere nescit, &c. S. Hieronym. Epist. 125. quæst. 2. Existimabam (inquit) indissolubilia esse, sicut, & multa sunt alià: S. Vigilus Episc. Trid. Cont. Euhyc. lib. 3. insolubili quæstionis laqueo: dixit. Lege S. August. Epist. 56. Quarum de solutione apud Logicos Scotus, & Dialectici, tract. de insolubilib. Paulus Vallius, intract. logic. 3. part. cap. 24.

XXX. INUTILES.

Ab optimo differendi Magistro Christo Dom. discite harum censuram: Dominus (inquit Isidorus Pelusiot. lib. 1. Epist. 117.) inutiles quæstiones explicare recusabat: causam addit S. Bernardinus Senens. tom. 2. serm. 30. 1. part. cap. 4. Nam inutilem Quæstionem, per silentium solvere, prudentia est: quas nuper ex Apostolo 2. ad Timoth. 2. sine disciplina vocari retines, explicat S. Remigius, sine aliqua utilitate: Strab. Fuldens. & Lyranus, inutiles; sic etiam istas appellat S. Clemens Rom. Epist. 1. ad Iacobum. Lupus Abbas, Epistol. 30. S. Ambrosius, lib. 1. de Fide, cap. 22. de similibus Dissertatorum studio: Quæstiones (inquit) magis excitare inanes, quam utilitatis aliquid afferre solet: Confule S. Augustin. Prolog. in lib. 6. Re-tract.

XXXI. IURGIOSÆ.

Qui similes Quæstiones excitant, eos aptè compellat Clemens Alexand. lib. 2. Stromat. cap. 3. Litigatores, & iurgiorum consarcinatores: De quibus Ioannes Sarisberienf. lib. 7. Policrat. cap. 9. Ut multum paucas Quæstiones aptas iurgij elegerunt, in quibus ingenium suum exercent: O malum inserendis iurgij ingenium! quo circa monet S. Chrysof. in 2. ad Timoth. Homil. 6. Sunt autem aliæ perviles Quæstiones de Scripturis, &c. A quibus ille (nempe Paulus)

lus) nos minime prohibet, sed ita, ut in conquirendo cessent lites, iurgia, rixe, &c.

XXXII. LABYRINTHÆÆ.

Ex veter. Patrum ductu, has Quæstionum ambages: & irremediabiles circuitus agnovit Ioann. Sarisberienf. lib. 7. Policrat. cap. 9. de ipsarum Dissertatore sic fatus: A diverticula proposita Quæstionis relabitur, &c. Statim. Sic circuit, tot facit anfractus, ut ad usitata recurat, ac si labyrinthum oporteat circum-iri. In his Quæstionum erroribus dignoscendis, suggilandisque frequentior est præ ceteris S. Hieronymus Epist. 61. vocat Disputationis Labyrinthos, lib. advers. Ruffin. 2. Sensuum labyrinthos. Procem. lib. 14. in Ezech. ex Virgilio Æneid. 5. v. 588. & lib. 6. v. 27. vbi de labyrintho Maximus Poeta: Ita & ego (ait) istarum Scripturarum ingressus oceanum, & misteriorum Dei, ut sic dicam, labyrinthum: Quod ex tanto Doctore notarunt S. Senensis, lib. 1. Biblioth. Escalante, lib. 5. clypei. cap. 16. Prudentius, de Platonis Aristotelisque argumentationibus agens Apotheos, v. 271. Ita canit.

Hos omnes quævis anceps labyrinthus, & error Circumflexus agat, &c.

Non dispari sensu Didacus Uallades. Rhet. Christ. part. 6. Argum. in 3. sent. Dist. 7. ex labyrinthi paritate.

Quæstio multiplici versans ambage Magistros.

Adde pro his Duos Gregorios Thaumaturg. Orat. Panegyri ad Origenem. Nazianzenum. orat. 34. de quibus Cressolius, lib. 2. Theatri. cap. 4.

XXXIII. LACINIOSÆ.

Præcedentes istæ subserviuntur, sic utraq; neccente Hieronymo. Epist. 61. Post laciniis disputationis labyrinthos. Iterum lib. 2. In Ruffin. Ita: Laciniosa disputationis fastidia fugiens: Quod explicat Marianus Victorius: Hec est flexuosa sinuosa implicata, & superfluentis Petrus Damian. Opusc. 5. cap. 7. Prolixioris styli laciniam devitamus: & Opusc. 51. cap. 14. Ne laciniis styli satietatem lectioris animo gignere videretur: Sic ille de suo in disputationibus stylo, & Opusc. 45. cap. 6.

De veræ sapientiæ studiosis Differtatoribus, ita Clemens Alexandrin. lib. 2. *Stromat.* cap. 1. *Non enim proferunt laqueos, quibus multi sophista adolecentes implicant: Quod olim dolebat Nazianzenus Orat. 33. Cum araneorum telis infirmiores illaqueas: S. August. serm. 43. de Verb. Dom. cap. 1. de Phariseis: angustari (inquit) Quæstionibus suis, & illa queati laqueis suis: & serm. 16. de divers. contra similes Manicheorum Quæstiones cap. 2. & Epist. 244. Philippus Abbas, Epist. 20. vocat, Sophistarum laqueos: S. Vigilus Episcop. contra Eutych. lib. 1. Antipites laqueos. Olympiod. ad Eccles. cap. 7. vers. 25. Lipsius, ad le & in lib. de Constant. elegâter de quibusdam, qui laqueis Quæstionum male dediti, & c. alia Crellollius, lib. 2. Theatri. cap. 4.*

XXXV. LATISSIMÆ.

Super latissimis, breviter, ne sumus vel in ipsa Quæstionum notatione diffusi; has ita prodit Claudianus Mamert. lib. 2. *de stat. Anim.* cap. 12. *Amplissimos campos latissima Quæstionis brevi admodum calle transmisiimus. S. Gregorius Nazianz Orat. 33. adversarium provocans ad differendum; Latissimum (inquit) tibi campum aperiam.*

XXXVI. LITIGIOSÆ.

Ex Augustini censu veniunt dignoscendæ, Epist. 118. capit. 2. quosdam iure arguentis; qui in rebus huiusmodi, quæ nec Scripturæ sanctæ auctoritate, neque universalis Ecclesiæ traditione, ad certum possumus terminum pervenire: tam litigiosas excitant Quæstiones, ut nisi quod ipsi faciunt nihil rectum existiment: Rursus earum idem meminit, serm. 6. *de Divers.* cap. 3. & serm. 14. ca. 2. Sozomenus, lib. 1. *Hist. Eccles.* cap. 14. Ioannes Sarisberien. lib. 5. *Policrat.* cap. 12. & Carthusian. in 1. *ad Timoth.* cap. 6. v. 4. pariter vocant *Disputationes litigiosas.* De quibus videndi Origenes, Homil. 10. in *Exod.* Abulens. *ad Matth.* cap. 7. q. 12. S. August. lib. 18. *de Civit.* cap. 41. Demum Prudentius, in *Apotheos.* De ipsis canit.

*Turbidulos sensus, & litigiosa fragosis
Argumenta modis concludunt, & c.*

XXXVII.

Divinam in has censuram à Davide Psalm 118. v. 85. Uoluit imminere S. Ambros. ibid. serm. 11. dum explicat, *Superfluas loquacitates: additque statim: Narratores superflui sicut hirundines, disputationis suavitatem loquacitatis continuatione corrumpunt.* Carpitur eodē loci ab August. cond. 20. *vana, atque errabunda loquacita.* Etiam antea, Conc. 6 à S. Nazianz. Orat. 35. *inepta loquacitas.* S. Hieronymus *advers. Luciferian.* damnat, *Odiosam loquacitatem, & caninam facundiam: De qua S. Isidor. lib. 3. sent. cap. 56 adeundi S. Irenæus, lib. 2. cap. 47. Clem. Alexand. lib. 1. Stromat. cap. 3. Socrates, Hist. Eccles. lib. 1. cap. 4. Euseb. Cæsar. vita Constantini lib. 2. cap. 67. Petrus Damian. Opusc. 36. cap. 5. Hæc igitur Quæstio (inquit præ alijs post latam de omni potentia controversiam) non ad fidei regulam, vel morum pertinere honestatem; sed ad loquendæ compiam, verborumque nitorem.*

XXXVIII. LUBRICÆ.

Harum apud Sidonium Apollinarem mentio est, lib. 9. Epist. 9. ita de quodam differtatore scribentem: *Dum spiris catholicis lubricas Quæstiones tu potius innodas: Haud aliter S. Hieronymus Epist. 50. ad Pammach. de similibus: Considerate (inquit) quibus argumentis, & quam lubricis problematibus Diaboli spiritu contexta subvertant, & c. Uenit à lubricis Athletarū flexibus paritas ista: de qua quibus idem Sidonius li. 2. Epist. 2. S. Isidorus, lib. 18. *Elymol.* ca. 16. S. Althelm. lib. de laud. virginis. quos producit eo loci Savaro.*

XXXIX. LUSORIÆ.

Licebit haud iniuriâ, quasdam ita compelles ex Nazianzenī sententiâ Orat. 33. rectam differendi Methodum in Hæreticis desiderante: *Quid (inquit) si facerent minus utique cavillatores essent, nec tam absurde, atque insolenter in verbis perinde, atque in aleæ ludo versarentur: Quam ludi pariter ad rem illustrat in scholis Billius, num. 6. exclamat in has Georgius Pifides, in Mund. opific. latinus à Morello.*



Ost

*O syllogismorum vagos fluctus nimis,
Structura inanis ludicrorum infantium,
Dum colligunt paleas, ut ædificent casas.*

Sapiunt hæc cantatissimum illud Horatij.

Ridet has lepide Seneca Epist. 102. *Nec enim quidquam aliud istæ Disputationes sunt, quam inter se peritè captantium lus: Ante, Epist. 48. Quid mihi lusoria ista proponis? non est iocandi locus: iterum, lib. 5. de Benef. cap. 12. Tullius Academicar. qq. lib. 4. vocavit, Ludicros sermones: Haud aliter Plutarchus, de stoic. pugnis: Cresollus, lib. 2. Theat. capit. 5.*

XXXX. MINUTILOQUE.

Has olim à quibusdam in fidei dogmata, intrusas notabat S. Irenæus, lib. 2. *advers. Hæres. cap. 19. Et minutilegium (inquit) & sublimitatem circa Quæstiones, cum sit Aristotelicum, in ferre fidei conantur: Ita legitur ex opéra, & studio Févardentij, qui annot. 14. ex vet. cod. profert: Multi loquuntur & subtilitatem in hac tamè lectionum varietate, nulli nõ probabitur Ipsi iudicium, qui, lib. 1. *Manuduct. differt. 4. retinet: Minutiloquium: ex quo Adam contr. lib. 4. Polit. c. 24. Cresollus, lib. 2. Theat. cap. 5. & lectionis huius filium tenuit in Irenæo, noster Cerda, ad Tertull. lib. de Anim. cap. 6. num. 106. vbi (inquit) pro sublimitatem scribendum, subtilitatem: Nam sublimitas, minutiloquio opponitur: Adest inibi Tertullianus: Nemo (inquiens præ alijs) micas, de minutiloquio Aristotelis inserit: Adest & Nazianzenus orat. 33. interprete Billio: Abice mihi (ait) Aristotelis minutiloquium, sagacitatem, & artificium: Et orat. 44. n. 10. S. Ambrosii, in c. 2. ad coloffenses.**

XXXXI. MINVTIARVM APPENDIX.

Adde quasi pro corollario, diminutissimas illas voculas quibus eiusmodi Quæstiones à multis per contemptum appellamur. S. Vigillius, lib. 5. *contra Euthych. vocat, inanes contradicuntulas. Salvianus, ad Eccles. Cathol. li. 4. Tenuem opiniunculam: Olympiodorus, ad Eccles. cap. 8. captiunculas sophisticas: Alcuinus, contr. Elipant. lib. 4. frivolæ ratiunculas: Ludovicus Vives, de caus. corrupt. art. lib. 1. contradictiunculas: Earum vero Auctores compellat Clemens Alexandrin.*

doia. lib. 1. *Strom. cap. 3. Ditiuncularum Venatores: ex Ethnicis quoque Seneca epist. 82. interrogatiunculas; iterum aliquanto post: Disputatiunculas, & Epist. 117. Tullius Academic. lib. 4. Conclufiunculas, Lucianus in Hermotim. Captiunculas: Plutarchus de stoic. pugnis: Rogatiunculas, Libanius, declamat. 29. Interrogatiunculas. Martianus Capella, lib. de nupt. 1. mugulas: Gellius, lib. 18. cap. 1. argutiolas.*

XLII. MOLESTÆ.

Superst. adhuc præter ea, quæ num. 20. dicta sunt de his etiam Quæstionibus, haud dissimilis censura ex Augustini sententia: is enim serm. 12. *de verb. Dom. dum arduam illam controversiam versaret, de verbo contra Spiritum Sanct. ita præloquitur cap. 5. Semper in sermonibus, quos ad populum habui, huius Quæstionis difficultatem, molestiamque vitavi, &c. Idem lib. de Genes. ad liter. cap. 28. de alijs eiusmodi: secundum eas (inquit) Quæstiones, quas superius versavimus, manente illâ quoque molestiâ, &c. quam se in alijs etiam tractandis, passum fuisse fatetur Epist. 56. sicut & Nazianzenus, orat. 37. In hac de Spirit. Sancto: disputatione, non nihil inest, difficultatis, & molestiæ: Euthymius ad Matth. cap. 15. v. 37. ita de quibusdam: multam, & anxiam contraxerunt de minimis rebus disceptationem, ac molestiam. Seneca etiam Epist. 117. in magnam me litem, ac molestiam impinges, qui mihi tales Quæstionulas ponis: & rursum de eiusdem lib. de Brevit. vitæ. cap. 13. si vè proferas (ait) non dectior videberis, sed molestior.*

XLIII. MULTÆ.

Quasdam etiam, vel sola multitudine, ac numero fugiendas è SS. Patribus discis: Nazianz. orat. 37. *nos quoque (inquit) Quæstionum multitudine fatigati, & enecti simile sumus ijs, qui ciborum fastidio laborant: ideo sapienter Isidorus Pelusiota, lib. 4. Epist. 132. se se ab his expediens multarum (ait) Quæstionum turbam compendiosè solvere conabor. Et vero quis non multas fore credat, si iuxta Scholam Academicorum suscitentur? de qua August. lib. 19. de Civit. cap. 1. M. Varro (inquit) tam multam Dogmatum*

varietatem diligenter, & subtiliter scrutatus advertit, ut ad bis centum octoginta octo sectas perveniret, &c.

XLIIII. N. Æ. N. I. Æ.

Vide quò inceptiarum ventum sit, ut quidam in excitandis Quæstionibus, etiam nœnias garriant: quorum è grege sunt, quos arguit Petrus Damian. opusc. 36. cap. 12. *Ventilent Quæstiones suas, qui volunt, iuxta modum, & ordinem differendâ, dum verò per ambages suas, & Scholaris infantia. nœnias contumeliam non inferant creatori: eadem voce Claudianus Mæuret. lib. 2. de stat. Anim. cap. 8. de Disputationibus eiusmodi scribit: perpellente copia repentium Nœniarum: sicut, & ante illum S. Hieronymus advers. Ruffin. apolog. 1. ipsum allocutus: si aliquo sci sem vaticinio, te istius modi nœnias sectaturus. Legendus, filibet, Caspar Barthius, lib. 19. Ad verar. cap. 12.*

XLV. N. O. D. O. S. Æ.

In his quoque respuendis, tam sunt frequentes sacri scriptores, qui aut Quæstiones nodosas, aut nodos Quæstionum, alterutra compellatione suggilant, ut satis superque sit, eos tantum indicare: en, lege illos: S. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 3. S. Irenæus, lib. 2. advers. Hæres. cap. 20. S. August. Epist. 56. lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 27. & lib. 4. cap. 20. Enchirid. cap. 20. & de Catechizand. rudib. cap. 6. S. Vigilus, disp. de fide SS. Trinit. Petrus Damian. lib. 2. epist. 20. lib. 6. epist. 28. lib. 7. epist. 5. & opusc. 11. cap. 2. Cassiodorus lib. 9. Var. epist. 23. Philippus Abbas, Epist. 2. Petrus Cluniacens. lib. 3. epist. Ioannes Sarisberiens. lib. 7. Policrat. cap. 9. Stephanus Tornacens. epist. 47. Petrus Blesens. epist. 6. Odo-cameracens. Præfat. in lib. de Peccat. Origen. Ennodius, in Apologet. Abulens. Præfat. in Genes. Venantius Fortunatus, lib. 6. carm. 4. ex Prophanis, Seneca epist. 45. & 82. & lib. 5. de Benef. cap. 12. Aulus Gellius, lib. 18. cap. 2. de quibus Prudentius, Hymn. in infideles, ut versu claudam, ita canebat,

(0)

Nodos

Nodos tenaces recta rumpit regula
Infesta Dissertantibus.

XLVI. N. O. M. I. N. A. L. E. S.

Atque hoc solum nomine quædam merito rejiciuntur, quò de solo nominis sono inaniter excitentur: Hunaldus, ad Præpositum inter Epist. Philippi Abbat. Disputare ad nomen viris non convenit eruditus. Carthusianus in lib. 5. Dionysi. de Celest. Hierar. cap. 3. art. 8. de nominum usu immoderate contendere, dum constat de re videtur inane. Consonat Ioannes Sarisberiens. carmine prævio ad opus Policrat. ex Horatij sapere:

Cum de re constat, non sit de nomine pugna,
Ne foveat litem lana caprina dia.

Eodem sale lib. 7. cap. 9. & Epist. 172. Quintilianus, Dialog. de Orat. harum exordium Apro declamatori tribuit: Qui primam (ait) ut opinor, nominis controversiam movit. Statimque addit: mihi autem, de vocabulo pugna non est. Hæc tantum protuli, quia non adeo trita: tu plura forsitan obvia habueris, quæ nos ex industria præterimus.

XLVII. N. O. X. I. Æ.

Notum ex S. Augustino est, lib. 2. de serm. Dom. cap. 20. multa in Quæstionem adduci ab otiosis: & inania, & plerumque noxia: in quibus autem noxiæ sint eiusmodi quæstiones: produnt aperte veteres Ecclesiæ Patres; Celestinus P. Epist. ad Cyrill. Alexandr. ita velut indicta Pontificia sanctione præcipiens: quod inanes Quæstiones, & non ad fidei sanitatem proficientes, sed ad animarum perditionem desinentes, fugienda magis sunt, quam inquirenda. S. Athanas. orat. vnum esse Christ. ab eiusmodi cavendum monet, fictis stultis, & inscitis Quæstionibus ad vulgi errorem, & defectionem: Origines, in exod. Homil. 10. eos damnat, qui in Quæstionibus ligant ad subversionem auditorum, &c. Hæc, & similia, multo que plura nocumenta, & agnoscunt, & fugienda monent alij: S. Ambros. lib. 1. de Fide. cap. 3. August. lib. 1. de conf. Evangel. cap. 7. & serm. 14. de verb. Apost. cap. 1. Isidorus Pelusiot. lib. 1. epist. 214. & lib. 3. epist. 87. S. Chrysost. Homil. 17. in 1. ad Timoth.

G2

cap.

cap. 6. S. Remig. ibidem. Euseb. Cæsariens. lib. 2. *vita constant.* cap. 67. Socrates, *Hist. Eccles.* lib. 1. cap. 4. in eius imperat. epistola: Abulens. *ad Matth.* cap. 7. q. 12. quin & ex prophanis Plutharch, *de stoic pugn.*

XLVIII. NUGATORIÆ.

Ex meris, quibus constat. nugis quædam ita merito vocandæ S. Nazianz. orat. 33. ita de Eunomianis: *vt horum disputationibus, & forum omne circumstrepant, & convivia omnia huiusmodi nugarum tedio obrundantur, &c.* S. Hieronym. *advers. Rufin.* Apoll. 1. *atque inter scurrarum epulas nuga istiusmodi frequententur:* rursum eadem voce epist. 60. ex Epiphani j sententiâ, & epist. 61. S. August. epist. 56. carum finem appellat. *nugatorium*, S. Cyrillus, *de Trinit. Dialog.* 3. *nuga sunt, nihil utilitatis habentes, velle contendere indignis quæstionibus, &c.* idem epist. 1. Haud aliter S. Basilius Homil. 1. *Hexahem.* & *Regul. fusio.* inter 49. S. Chrysostr. tom. 5. Homil. 76. *de Anathemate*, & alibi: Hermias, *Tris Philos. Gent.* Ildorus Pelus. lib. 2. epist. 100. & lib. 4. epist. 91. Claudian. Mamert. lib. 3. *de stat. Anim.* cap. 10. Petrus Blefens. epist. 6. S. Ambros. epist. 38. Clemens. Alexand. 1. *Stromat.* cap. 3. & lib. 8. cap. 1. Nicephorus, *Hist. Eccles.* lib. 8. cap. 5. Seneca epist. 117. Plutharchus, nuper indicatus.

XLIX. OBSCURÆ.

Quæstionum eiusmodi tenebras Sacri Scriptores aperta lucæ arguunt: de his Petrus Dam. opusc. 36. cap. 5. *Per obscuras argumentorum suorum caligines amittunt. clara Fidei fundamentum, &c.* Claudian. Mamert. lib. 3. *de stat. anim.* cap. 9. *Quæstionis huius ventilempus obscurum, &c.* addunt, & gradum superlationis, Cassiodorus. *Divinar. lectio.* cap. 10. *solvunt obscurissimas quæstiones.* Cassianus lib. 5. cap. 33. de Theodoro Abbate: *cum explanationem cuiusdam obscurissimæ quæstionis inquireret. talium verò Auctores Philo.* lib. quis sit. rer. divin. hæres. vocavit *affectatores obscuritatis, &c.* Plura de his dabunt. S. Ambros. lib. 7. *in Luc.* ad cap. 10. S. Anselm. tract. *de Sacram. Altar.* cap. 13. Arnob. lib. 5. *cont. Gent.* Abulens. Præfat. *in Genes.* Eusebius Cæsariens. & Socrates indicati num. 47.

L

L. ONEROSÆ.

Ab oneris quoque vocabulo, quo non semel iure sacri Scriptores vtuntur, venit istarum appellatio: S. August. Epist. 56. ita Dioscorum allocutus: *Illis quæstionibus aperiendis tibi & explicandis, nec nobis oneri esse dabitasti: postmodum eâdem phrasi, iterumque serm. 26. de Divers. cap. 13. Restant (inquit) duæ quæstiones sed vereor ne onerisim, iam fastidientibus: & cap. 14. de altera: timeo (ait) ne plus gravem vos onere sermonis: Simili voce Hugo Victorin. lib. 1. *Miscellan.* Tit. 200. *Pondus Quæstionum nobis invexit:* Tullius etiam, *in orat.* Brutum alloquens: *vt si sustinere tantam quæstionem non potuero, iniusti oneris impositi culpa tua sit, &c.**

LI. OTIOSÆ.

Imperatoria quoque censura tales perstringit Constantinus, vt in eius vita scribit Eusebius Cæsariens. lib. 2. cap. 67. *Tales enim quæstiones quales nulla lex, canonvè Ecclesiasticus necessario præscribit, sed inanis dissoluti otij certatio proponit, &c.* Cuius etiam statuti meminere Socrates. *Hist. Eccles.* lib. 1. cap. 4. Sozomenus libr. 1. capit. 15. præterea S. August. lib. 2. *de Serm. Dom.* cap. 20. *Multa sunt (inquit) quæ inquiri ab otiosis possunt, &c.* S. Palchalius, lib. 8. *in Matth.* super excitata quæstione, ad cap. 17. v. 15. ita sententiam tulit: *Sed ista interpretatio otiosorum est.* Seneca etiam Epist. 49. se ab his prudenter excusans: *Sederem (inquit) otiosus, & eiusmodi Quæstionculas ponens, &c.*

LII. PELAGVS QUÆSTIONVM.

Præfixam ob oculos veritatis cynosuram intuebatur S. Hieronymus, lib. 3. *advers. Iovinian.* Has ita præmonstrans: *inmedium me Quæstionum pelagus subitus loquendi astus abripuit:* Placuit hæc metaphora Cassiano, & sæpius inculcat collat. 7. cap. 34. *in profundissimum nos educet Quæstionū pelagus:* collat. 8. cap. 25. *de profundissimo Quæstionum pelago.* Demum collat. 22. cap. 16. nec minus Claudiano Mamert. lib. 1. *de stat. Anim.* cap. 1. & lib. 3. cap. 3. non ab simili translatione S. Chrysostr. Homil. 7. *ad Popul.* & in 1. *ad Timoth.* Homil. 17.

G 3

LIII.

LIII. PERPLEXÆ.

Has quoque à quibusdam sic nominatas agnosco: S. Anselmus tract. de Sacram. Altar. cap. 13. vocat. *graves, & perplexas Quæstiones*: Philipp. Abbas, Epist. 2. ad enodandam perplexitatem propositæ Quæstionis: & Proæm. in tract. de silent. Clericor. de proposita sibi Quæstione; quam attendo tantis perplexitatibus impediri: S. Vigilius, Disput. de Fide SS. Trinit. de simili Hæreticorum: *perplexæ verborum ambage, seriem propositionis extendit*: Vide quàm illas eleganter describat Ioann. Saris beriens. lib. 5. Policrat. cap. 12. & Sidonius, lib. 9. Epist. 9. Luvianus. in Hermotim. vocat. *perplexas, & captiosas*: in convivio. similiter: *perplexas rogat tones*. de talibus Iuriconsultorum Cardinal. Tuschus, tom. 6. lit. Q. conclus. 45.

LIII. PHANTASTICÆ.

Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. cap. 4. has acute dignovit. ita describens: *Sophistica, quam sectati sunt Græci, tamquam rem præclaram esse magni faciendam, est potestas phantastica, seu quæ visionem percipit verbis falsas opiniones tamquam veras ingenerans, &c.* cuius definitionem hanc esse voluit doctus commentator Herveus, sic interpretatus: *dicit enim esse postetatem phantasticam, &c. phantasia, seu visio, & imaginatio, non certo vititur iudicio, sed ea tantum quæ videntur, & apparent, absque ratione persequitur*. Consequenter ad harum agnitionem, S. August. Epist. 72. post divisa tria Phantasiarum genera, subdit: *alteri generi subjiciantur illa, quæ putamus ita se habuisse, vel ita se habere, velut cum differendi grati à quædam ipsi fingimus*: addit mox. *vel qualia figuramus, cum legitur Historia, & cum fabulosa vel audimus, vel componimus, &c.* Quarum statim exempla proponit phantasiarum de Gentilium fabulis: vide etiam illum lib. de ver. Relig. cap. 49. & lib. 3. Confes. cap. 6. atque eiusmodi esse iudicabis Progymnasmatum exempla, quæ commenti sunt. declamatores antiqui, vt legis apud Libanium, Philostratum, Senecam Rhetorem.

LV. PRÆSTIGIOSÆ.

Et cur aliquas ita non compellabis ab ijs, quas ostendunt præstigijs? de his diserte S. Hieronym. Epist. 61. *Hæ sunt strophæ vestra,*
atque

atque præstigia. apud eundem S. Epiphani. Epist. 60. *illas vero præstigias quis non statim abiciat*. Iterum lib. 2. advers. Ruffin. Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. cap. 3. *fraudentia artis veluti quibusdam decepti præstigijs*: consonant alij Nazianz. orat. 26. S. Vigil. lib. 5. contr. Eutyb. Petrus Blesens. lib. contr. Perfid. Iudaor. cap. 1. Ludovicus Uives. de caus. corrupt. art. lib. 1. earum Auctores sic indicat Philo. lib. *quis sit Rer. Divin. hæres*. velut intento digito, *hi sunt adulatores, Præstigiatores, inventores sophismatum, &c.* iterumque, lib. de somnijs. Lege Chrysostomum, tom. 5. Dissimilit. cent. 2. num. 64. Gellium, lib. 8. cap. 10. Lipsium, ad Senecæ epistol. 45. & audi Tullium Academic. lib. 4. *ne ab his, quæ clara sunt ipsa per se se quasi præstigijs quibusdam, & captationibus depellamur*.

LVI. PROFUNDÆ.

Eas velut immisâ bolide sacri quoque Scriptores agnoscent. S. Augustin. de verb. Apost. serm. 14. super antiquâ controversiâ de Baptismo Parvulorum, sic auspicator. cap. 7. *Ego istam Quæstionem profundam sentio, & ad eius fundum rimandum, vires meas idoneas non agnosco*. mox addit. *ubi ergo non invenio in profundo fundum attendere debeo humanam infirmitatem, non damnare divinam auctoritatem*. rursus, cap. 10. Ioannes Cassian. collat. 22. cap. 16. *immensum profundissima Quæstionis pelagus*. adi S. Pasch. lib. 1. in Matth. ad cap. 1. Christianus Druthmarus in eundem, cap. 35. *profunda Quæstiones non sunt movenda in turbis*.

LVII. PVERILES.

Sapienter S. Hieronymus Epist. 2. ad Nepotia. *ne à me quæras pueriles declamationes*. quam etiam notam alij Quæstionibus infingunt. Petrus Damian. Opuscul. 36. cap. 5. ita præmultis, quæ vident. *Hæc igitur Quæstio, quæ à parvis Scholaribus ventilatur in scholis, Claudianus Mamert. lib. 2. de stat. Anim. cap. 7. excitatas super eius conditione à Philosophi Quæstiones irrident. In imperitas* (inquit) *aures verborum puerilium spumas expuunt, &c.* S. August. lib. 2. de Doctri. Christ. cap. 31. de ratione verandæ Biblicæ Quæstionis præcipiens. *tantum (ait) ibi cavenda est libido rixandi, & puerilis quædam ostentatio decipiendi adversarium*, paria habent huic censuræ, S. Basilii, epist. 77. Petrus Blesens, epist. 6. & Seneca epist. 48. qui diserte compellat. *pueriles ineptias*, Tullius, lib. 2. ad Herenn. de Dialecticis. *Horum (ait) pueriles opiniones rursus lib. Academic.*

quæst. 4. faciunt pæriliter : & in Orat appellatur, puerilis Labor.

LVIII. PUGNÆ VERBORVN.

Divinâ virgulâ, & notat, & ferit Paulus. 1. ad Timoth. 6. v. 4. *Quæstiones, & pugnas verborum*; S. Anselm. ibi : *Disputationes in quibus disputatores pugnant verbis, invicem*. S. Hilarius lib. 3. de Trinit. has à se avertans: *Quæ hic (inquit) difficultatum Quæstiones sunt, quæ pugna verborum*. S. Athanas. Orat. *Vnum esse Christum, ita: quorsum disputationes, & verborum pugna?* Causam audis à Chrysoft. ad indicatam Pauli, Epist. Homil. 17. *Nam ex quæstione, & contentione verborum, inveniri nihil potest*. Item à Nazianz. Orat. 35. *Nec enim pijs hominibus iucunda est inepta loquacitas, verborumque contentio*: Videndus, & Orat. 33. & Gregor. Thaumaturgus. *Anathematismi*: cap. 12. Petrus Blefenf. Epist. 6. & 140. S. August. lib. 4. de Doct. Christ. c. 28.

LIX. QUÆSTIUNCVLÆ.

Diminutiva etiam appellatione, quædam ab scriptoribus quæstiones per despectum indicantur: S. Iustinus, Dialog. cū Tryphon. interprete Gelenio, sic Iupæos alloquitur: *Vt nos seducatis, admitimini, exagitando Quæstiunculis*. S. Hieronymus, Epist. 101. *Solvat hanc quæstiunculam, imperita præsumptio*: Eadem vocali lib. advers. Lucifer. Et S. August. Epist. 56. & lib. ad vtilit. credid. cap. 6. S. Damasus, Epist. 124. ad Hieronymus. Petrus Dam. Opusc. 37. in exordio: S. Basil. Regul. fustor. interrogat. 49. Theophylact. in cap. 1. ad Rom. Ludov. Uives, lib. 1. de caus. corrupt. art. Audiendus Rupertus, in Ioann. lib. 9. *His atque huiusmodi Quæstiunculis nimij scrutatores semetipsos implicant*: Et Isaias Abbas, Orat. 6. *quisquis (inquit) quæstiunculis vacat, quod sic, aut sic loquatur scriptura*: Mitto reliquos, tantum Prophanos indicaturus, Senecam, Epist. 49. 111. & 117. Lucianum quoque in *Demonacte*.

LX. RETICVLATÆ.

Implicitas quorundam dissertationes, ita iure compellabis, quæ retis in modum catenatæ imitantur. *Reticulatam structuram*, de qua Plinius lib. 36. cap. 22. novit has optime S. Hieronymus Epist. 51. de inepto quodam dissertatore : *Cum cepisset syllogismorum suorum retia tendere*: Iterum, in cap. 3. ad Titum, de Dialecticis : & S. Ambros.

brof. in ca. 2. ad Collofens. de eisdem: *Irrerire gestione simplicium animos*: S. Hilar. de Trinit. lib. 3. de sophistis : *Syllogismis suis veritatem irretiant*: Concinnè Sidonius carm. 2. canebat.

Quæ vel Aristoteles partitus membra loquendi Argumentosis dat retia syllogismis

Idem lib. 9. Ep. 9. *Vernaculis implicaturis in retia sua præcipites impligabuntur*: Olympiodorus, ad Eccles. cap. 7. v. 25. &c. De his alia Crellius, lib. 2. Theatri, cap. 4.

LXI. RIDICVLÆ.

Harum de numero est illa, quam legis à S. Hieronymo notatam Epist. 96. vbi sic Augustinum alloquitur; *Si legisti librum explanationum in Ionam, puto, quod ridiculam cucurbitæ non recipias*: *Quæstionem, &c.* S. Paulinus, similem vocavit Epist. 38. *Ridiculam anilis fabula cantilenam*: Tales irridens S. Nazianzenus Orat. 33. ita præloquitur: *Liceat enim mihi ridiculè de re ridicula loqui*: S. Chrysoft. Homil. 65. in Ioann. ita de Philosophis: *Si exteriori vtuntur sapientia, minime est mirandum, sed rideendum potius*: Ad S. Clement. Rom. lib. 1. *Recognit. dum succedunt Ethnici* Plutarch. lib. de audiendo; ita: *videas auditorem, qui ad tenues, & steriles quæstiones disertentem convertit*: Suetonius, in Tiber. capit. 70. compellat, *ineptias, atque derisum*; Tullius, lib. 3. de orat. Illos dissertatores, qui Rhetoricas artes exponunt, *perridiculos*; iure nominat; Ideo sapienter cavet Isidorus Pelsiot. lib. 4. Epist. 203. *Ne in scurriles quædam verborum ineptias invidamus*.

LXII. SCRVPVL OSÆ.

Ita diserte vocat Petrus Cellens. lib. 9. Epist. 12. ad quædam eiusmodi responsurus : *Vt breviter (inquit) tumultuosis, & scrupulosis cordis vestri quæstionibus respondeam, &c.* Claudianus Mamert. lib. 2. cap. 13. *Non vsque facilem de Cælorum numero quæstionem paulo scrupulosius ventilemus*: Petrus Damian. Opusc. 3. sic exorditur; *Super quibus sæpe scrupulosissimè quaritis, & garrulis ambagibus Quæstionum lacerem movetis*. Iterum exordio Opusc. 6. Tertullian. advers. Hæret. cap. 27. & lib. de Resurrect. carn. cap. 2. ad rem quoque : *Quintilianus etiam lib. 5. instrit. cap. 14. de eiusmodi scribit; Scrupulosius scrutantur omnia*.

LXIII.

LXIII. SOMNIATÆ.

Si Hieronymum consulas, lib. *advers. Luciferian.* in promptu est. cur ita quasdam liceat nominare; audis illum; *Qui dormientes (inquit) sitiunt, avide fauces fluminibus ingurgitant; & quanto plus hauserint, tanto plus sitiunt: ita mihi, & tu videris adversus quæstionculam, quam proponis, hinc atque inde argumenta quæsisse, & nihilominus in eadem quæstionum siti perseverasse.* ecce somniatas Quæstiones, videndus etiam epist. 61. & lib. 1. *advers. Iovinian.* Prudentius in *Apotheos.*

Consule barbati deliramentum Platonis;

Consule & hircosus Cynicus quod somniat, &c. de talium differtatore Ioann. Sarisber. lib. 7. *Policrat.* cap. 2. nonne (inquit) *femilior est lethargico, &c. quam Philosopho?* eodẽ quoque lepore suggillat Claudianus Mamert. lib. 2. cap. 8. adde Lactant. lib. 3. cap. 6. Tullium, *Academicar.* lib. 4. Plutarchum. *de Stoic. pugnis.*

LXIII. SOPHISTICÆ.

Noveris has etiam ex Ecclesiastici sententia cap. 37. v. 23. *qui sophisticè loquitur, odibilis est, Quæ sit autem Saphistica locutio, seu disputatio, tradit in loco Iansenius; sed lege Augustinum lib. 2. de Doctrin. Christiana cap. 31. sunt enim (inquit) multa, quæ appellantur sophismata, falsa conclusiones rationum, &c.* mox addit: *quod genus captiosarum conclusionum scriptura, quantum existimo, detestatur, &c.* Sic ille ad citatum Ecclesiast. textum: eadem notã compellationis incurrunt. S. Justin. quæst. 101. *ad Orthodox.* Anastas. Nicænus quæst. 79. S. Vigilius Episcop. disput. *de Fide SS. Trinit.* contra has multi frequenter invehuntur. S. Basil. Epist. 5. & 6. Chrysostomus Homil. 3. *ad Rom.* & tom. 5. orat. 10. *de Sigill. librorum.* Hilarius lib. 12. *de Trinit.* Origen. *Philocal.* cap. 22. Clemens Alexandr. 1. *Strom.* cap. 3. & 4. Petrus Blesens. epist. 101. Laurent. Justinian. *Ligno vita de Fide.* cap. 4. & *de Casto connub.* cap. 4. Hermias. *irris. Philos. Gent.* Philo lib. *quis Rer. divin. heres.* Olimpico dorus. *ad Eccles.* cap. 8. Vincent. Bellouacens. *Specul. Doctrin.* lib. 3. cap. 90. tandem ex prophanis. Aristot. lib. 1. *Elenchor.* à cap. 1. Libanius *Declamat.* 29. Tullius. lib. 4. *Academ.* Symmachus lib. 1. epist. 26. Seneca. epist. 111. Luvianus. *in Hermor.* Plutarchus, lib. *de audiendo.* & alibi sæpè.

LXV.

LXV. SPINOSÆ.

Opportune S. August. lib. 2. *de Doctr. Christi.* cap. 37. dum *Logicæ subtilitates appellat, Spinossimas disciplinas:* in qua censura creber est S. Hieronym. nam lib. *advers. Helvidium.* ita: *non Aristotelis Spineta conquirimus.* lib. 1. *contr. Ruffin.* semel de dialecticis (ait) *inter Spineta versantur.* iterum multo post vocat, *Spinas Cleanthis &c.* videnda utrobique Victorij scholia. & lib. 1. *advers. Luciferian.* dixit: *à disputationum Spineta,* & in cap. 3. *ad Titum: Syllogismorum Spineta.* S. August. lib. 1. *de Genes. ad lit.* cap. 20. Boetius, lib. 1. *de consolat.* propos. 1. & alij, *Spinas.* appellant: sidonius lib. 4. epist. 3. hoc differendi genus nuncupat à tribulis, *tribulosum:* ut ab his caveat Prælector, sibi dictum putet, quod Lure Consultis Justinianus, lib. 1. *cod. devet. iur. enucl.* præcepit: *ne orietur aliquid in tali prato spinosum.* Plutarch. *de Stoic. pugn.* non semel, Lipsius. *ad lect.* in lib. *de Constant.*

LXVI. STROPHÆ.

Uox est è Græco fonte cadens: *Strophas* Suidas explicat *Antilogias, idest contradictiones:* Scapula, reddit. *captiones, versutias, & argi-versantes fallacias:* & in sacro etiam textu Eccles. cap. 39. v. 2. & sapient. 8. v. 8. ex Græco quod inest *Strophes,* Latinus reddit, *Versutias,* Græca verò voce etiam Latini Patres vsi ad indicandas eiusmodi quæstiones, quas non inepte *Strophos* liceret appellare: nam & adiectivam voculam in simili, non semel apponit S. Althelmus, lib. *de laud. Virgin.* en hunc præmultis versum.

Nam mentita fuit Strophosis lingua loquellis:

adhibet in re pari substantivam vocem sæpe Hieronym. lib. 2. *cont. Ruffin.* Apolog. in eundem, & epist. 61. Tertullianus lib. *de Spectac.* cap. 29. S. Althelmus, lib. *de laud. Virginis,* soluta orat. cap. 6. Latinus Nazianzeni interpret, orat. 15. à quibus monet abstinendum, in sacri textus explicatione Anastasius Nicænus quæst. 79. Prudentius *Hymn. in infideles,* sic inclamat.

LX

Vae captiosis sycophantarum strophis!
Vae versipelli astutia!

Eodem significato apud Ethnicorum bene Latinos Mart. libr. 3. Epig. 7. & lib. 11. Epig. 8. Plin. lib. 1. Epist. 18. & lege, si lubet.

LXVII. STULTÆ.

Semel iterumque has damnat Apostolus, 2. ad Timoth. cap. 2. v. 23. & ad Titum, cap. 3. v. 9. diserte vocans *stultas quæstiones*; in quibus autem talium sita stultitia sit, eo locorum edisserunt interpretes, Hieronymus maxime, Ambros. Chrysost. Anselm. Remig. Aquinas, Bruno, Primaſius, omnes; eos adi, ego quippe nunc Pauli commentarum non instituo; tantum alios easdem alibi suggillantes curam demonstrari sunt. S. Iustinus quæst. 1. ad Græc. interrogations (inquit) *iste non sunt rationabiles quæstiones*: O magnam stultitiam! Clemens Alexandrin. lib. 5. Stromat. cap. 1. Athanas. orat. *Vnum esse Christ.* Hieronym. libr. 1. contra Pelagian. Claudian. Mamert. lib. 2. cap. 1. Ioann. Sarisberrenf. lib. 7. Policrat. cap. 12. Petrus Dam. Opusc. 36. cap. 5. plures quos transeo; Julianum Tolet. auditorus, contra Iudæos lib. 1. *Multum stulta est quæstio, quæ de legis non procedit arcano*: De his alia Melchior Canus, lib. 12. de Locis, cap. 5. qui omnes, pari cum stultitia notam inveniunt incertæ, imperiæ, fatuitatis, & similibus, &c.

LXVIII. SUBLIMES.

Et has quoque Pauli censuram notatas habes, 1. ad Corinth. 2. v. 1. *Veni (ait) non in sublimitate sermonis, &c. id est, (commentatur S. Anselm.) non in Rhetoricis, & Dialecticis disputationibus*: Quo loci S. Thom. lect. 1. Iterat ad Colossens. cap. 2. v. 4. *Vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum, &c.* Et novi equidem pro sublimitatem varia subrogari à Græcis, Latinisque; sed retinendam tamen esse vulgari lectionem; de qua S. Remig. *quidam Codices (inquit) habent sublimitatem quod id ipsum est; hoc est in altitudine*: explicatque S. Anselm. *per sublimem facundiam*: Qualis nimirum earum quæstionum est, quas à Patribus, reiectas legimus; S. Irenæus lib. 2. cap. 9. aperte damnat, *sublimitatem circa quæstiones*. Clemens Alex. lib. 5. Stromat. cap. 7. dum de Gentilium Philosophiâ, de sublimibus (inquit) rebus dis-

disputationis tortuosas iacit fallacias: Claud. Mamert. lib. 1. cap. 2. de quodam inepto Dissertatore, ita: *Sublimissima quæstionis vix foribus oberrans*; iterum, non multo aliter lib. 2. cap. 7. & 9. & lib. 3. cap. 13, S. August. lib. 2. de ordine, cap. 17.

LXIX. SUBTILISSIMÆ.

Quædam dicta de his Prænot. 9. §. 6. superest, tamen addendum, in loco non nihil: apud S. Anselm. tract. de Sacrament. Altar. cap. 13. male audiunt Arianorum contentiones, & *disputationes subtilissima*: Lanfrancus lib. de Euchar. Sacram. ita de adversario querebatur, & iure: *Aristotelica mecum subtilitate contendis*: Petrus Blefens. epist. 103. *non est in talibus, fundamentum scientia liberalis: multisque pernicioſa est ista subtilitas*: harum paritissimus videtur esse scopus, qui, lib. de unit. Eccles. notatur à S. Cypriano: *ut dum verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur*: ideo Hugo Victorin. de instit. Novit. cap. 8. in lectione divina fugiendum esse monet, *quod sensum acuat ad subtilitatem*: adde sanctum Bernard. serm. de Pueri duodenn. Seneca quoque docuit epist. 117. *non disputatiunculis inanibus subtilitatem vanissimam agitare*.

LXX. SUPERFLVÆ.

Fugiendas etiam eiusmodi, allegoricam licet expositione monuit Iſychius, lib. 2. in levit. ad cap. 6. v. 14. eos probans *dissertatores. non superflua in divino eloquio disputantes*, S. August. lib. 1. contr. Epist. Gaudentij, cap. 1. *non debemus (inquit) ista discutere, ne propemodum in superfluis immoremur*. Primaſius in cap. 3. ad Titum, v. 9. ita de Apostoli mente: *Occupari nos non vult in superfluis quæstionibus*: S. Ambros. lib. 2. offic. cap. 3. etiam vocat *disputationes superfluas*. Consonant alij, S. Gregor. Nazianz. orat. 35. ut illum explicat Elias Cretenf. num. 97. Casiodor. divin. lect. cap. 24. S. Augustin. lib. categor. cap. 3. S. Vigilius disput. de fide SS. Trinit.

LXXI. SUPERVACANÆ.

Superfluis succedunt ut vicinate, ita & censuram coniunctas, quas expresse vetat Siracides Eccles. cap. 3. v. 24. *in supervacaneis rebus noli scrutari multipliciter*, quod sic explicat Carthulianus. *id est vanis, atque superfluis, ut sunt, multorum sophismata, & figmenta*. Eorum vero

verò supervacuanam disputationem prohiberi voluit ibi Paulus de Palatio, quæ Deus in arcano sermone voluit esse coelata, & notant plures Recentiorum: S. Greg. Nazianz. orat. 15. & 35. iteratò vocat. *Supervacaneas disputationes*. De quibus S. August. lib. de Fide, & Symbol. cap. 6. *Supervacaneum est quarere: &* lib. 2. de Seru. Domin. cap. 20. Clemenf. Alexand. lib. 1. Stromat. cap. 3. monet. *quæ sunt supervacanea transilire*. iterumque cap. 4. Hermias. Irris. Phil. Gent. nec aliter ex Pauli sententia Nazianzenus. orat. 33. & Anastasius Nicæn. q. 79. Seneca quoque de Brevit. vite. cap. 13. tales nuncupat quæstiones, *inane studium supervacua discendi.*

LXXII. TEMERARIÆ.

Iure reprehenditur à Petro Damian opusc. 36. cap. 5. *impe- vite sapientium, & vana quærentium, caca temeritas*. in quam etiam sæpe invehitur Augustinus. lib. de Genes. imperf. cap. 1. ijs de quæstionibus, *in quibus temeritas afferenda incerta, dubia, quæ opinionis difficile sacrilegij crimen evitat*. iterum, lib. de Trinit. cap. 2. & lib. 1. de Genes. ad lit. cap. 20. & signate lib. 8. cap. 5. *cum quibus ego de tam magna quæstione nulla temeritate conflo*, &c. ab Imperatore Constantino vocatur, *interrogatio temeraria*, vt referunt Socrates, Hist. Eccles. lib. 1. cap. 4. & Euseb. Cæsariens. in eius vita, lib. 2. cap. 67. Videndus S. Chryfologus serm. 166. & ex ethnicis, Tullius lib. 1. offic. Plutarchus, de Stoicor. pugn. sic opportune monens. *haud quaquam temere, & sine discrimine disputationes in utramque partem pugnantes in medium afferenda.*

LXXIII. TENDICVLÆ.

Callidas argutiarum tendiculas, vt pote sacris quæstionibus noxias, & iniustas in hunc quoque censum adducimus ex Hieronymi calculo, qui lib. aduers. Helvid. à sacræ paginæ tractatione remouendas. suo docuit exemplo, sic fatuus: *Non Rhetorici campum desideramus eloquij, non Dialecticorum tendiculas, &c. ipsa scripturarum verba ponenda sunt*. eiusdem exemplo alij. Didymus lib. 2. de Script. sanct. S. Vigilus, disp. de Fide SS. Trinit. earum structores sic irridebat Petrus Damian. opusc. 36. cap. 5. *qui dum alijs Quæstionum suarum tendiculas struunt, quod in eas ipsi precipites corruant, non attendunt*. ipse quoque ex Ethnicis, Tullius, orat. pro Cecinn. respondebat *in cupia verborum, & litorum tendiculas*. vide. Gressollius, lib. 2. Theat. cap. 4.

LXXIII.

LXXIII. TERGIVERSANTES.

Exclamare visus est, in has iam olim Tertullianus, lib. de spectac. cap. 40. *O quam vana igitur, imò desperata argumentatio eorum, qui sine dubio tergiversationem, admittenda voluptatis obtinent*. Petrus Blefens. in quædam Sacræ scripturæ corruptorè, ira scribit serm. 12. *Tu simplices tergiversationibus tuis circumligasti, & potius exteriora, quam medullam in litera quaesisti*. De Abrahæ fide, differens Paulus, ad Rom. 4. v. 9. textum adducit. ex Genes. 15. v. 6. quod eo factum consilio notat ibi S. Ambros. *vt omnem tergiversationem cavillationis excludat*. Sidonius etiam Appellinar. lib. 9. epist. 9. *appellavit, volubilem tergiversantium linguam.*

LXXV. TORQVENTES.

Nosce has etiam, ex Tertulliano lib. de resurect. cap. 36. vbi de Paulo apud Athenienses disputante: *Digna (inquit) incredulitas rei tanta, quæstionibus fidem torquere capit*: S. Ambros. lib. 1. de fide, cap. 5. Hæreticum, quo cum agebat alloquens: *Quid te ista Quæstionum tormenta delectant?* Minutius, in octav. dixit, *tormenta verborum*, quod ab earum garrulitate, notat Ludov. Vives, de caus. corrupt. art. lib. 1. *vt possit tanta loquacitate tortus auditor queri*: Lepidè quoque Seneca, epist. 49. *quid te (inquit) torques, & maceras in ea quæstione, quam subtilius est contempisse, quam solvere?* Non ab simili phrasi Cassiodorus, lib. 6. var. 19. & Tertullianus lib. de Carne Christi. cap. 17. signatè.

LXXVI. TORTVOSÆ.

Aptissimam habes contra has, præceptionem à S. Hilario de Trinit. lib. 12. *Oportuerat homines religiosam divinarum rerum scientiam preferentes, &c. Callidæ philosophiæ tortuosas quæstiones abijcere merito*, nam vt vere Sixtus III. Pontif. lib. de divitijs scribit, *apud Deum non vlla tortuosa disputationis astutias, sed pura valet simplicitas veritatis*. Clemenf. Alexand. Stromat. lib. 5. cap. 7. de hoc sophistarum studio: *disputationis procul tortuosas iacit fallacias*: à S. Fulgentio lib. 3. ad Trasimundum, cap. 1. dicitur *tortuosus error*, Tullius lib. 4. Academic. vocat *tortuosum genus disputandi*, & lib. de finib. 3. *tortuosum sermonem*: his affines aliæ compellationes apud S. Hieronym. epist.

epist. 101. lib. 1. & 2. in *Ruffin.* (de quibus Cresollus lib. 2. cap. 4.) Seneca in epist. 48. Prudentius, *Apotheos.* his consonat canens.

Texit Aristoteles tortâ vertigine nervos.
à Tertulliano lib. *de carne Christi.* cap. 20. dicitur *tortuosus.*

LXXVII. TRICÆ.

Quas à tricis, quibus sunt impeditæ licebit *intricatas* non immerito nuncupare, nosces ex Hieronymo lib. 1. *advers. Iovinian.* ita describente: *sic involvit omnia, & quibusdam inextricabilibus nodis inversa perturbat, &c.* eodem sensu, & non ablimili stylo, lib. 5. *advers. Gent.* Arnobius, *iam dudum* (inquit) *me faceret hæsitare circumhiscere; tergiversari; tricas, quemadmodum dicitur, conduplicare tellenas, &c.* quo loci dabit lucem Heraldus. *Animadvers.* Iohann. Saberiens. lib. 7. *Policrat.* cap. 9. de harum Auctoribus, ita: *nodum, & ambiguitatem cum intricatione sua, per auditores suos transmittunt posteris dissolvendum.* ab Abulenti, *Præfat. in Genes.* etiam infide tur. *illa dialectorum nodosis intricacionibus implicata congeries;* huc expectat S. Hieronymus *Præm.* lib. 14. in *Ezechiel.* ex Marone *Æneid.* 6. ad rem mutuat; *præ postero* (inquit) *ordine in fine dicturus sum illius versiculi memor.*

Hic labor ille domus, & in extricabilis error.

Implicatas etiam locutiones *tricas*, in Ennodio accusavit iam olim Arnulphus lexobiens. epist. 31. adde S. Uigilium lib. 5. *contri Eutych.*

LXXVIII. TUMULTUOSÆ.

Audivit, & accusavit harum strepitus Petrus Blesens. epist. 6. quemdam Ludi magistrum, sic allocutus: *Vos autem tumultuoso strepitu, & clamore nautico, de nugis assidue disputantes inutiliter aera verberatis.* Petrus etiam Cellensis, lib. 9. epist. 12. *Tumultuosus, cordis vestri Quæstionibus respondeam.* Heremias, in *Gent.* *Philosoph.* irrisione, ita: *Nec vlla amplius sententia tumultum mihi concitabit;* à S. Hieronymo *ad Eccles.* cap. 10. v. 14. ex Symmachi translatione, vocatur hoc genus Quæstionum, *tumultus*, & quædam *verborum inconstantia, &c.* Hos etiam Quæstionum tumultus argute describit Ludovic. Vives, lib. 1. *de caus. corrupt. art.* quem, precor, legas.

LXXIX.

LXXIX. VANÆ.

Harum notionem, despectumque, satis aperte demonstrat Paulus *ad Tit.* cap. 3. v. 9. *sunt enim inutiles, & vanæ:* at quænam eiusmodi vanitas? Interpretum est, in loco differere; nos transimus: stant ab Apostolo Hieronymus, & Anselmus; imo quis non Patrum? En alios à Petro Damian. opusc. 36. cap. 5. *damnatur vana quærentium cæca temeritas:* S. August. lib. 1. *de caus. Evang.* cap. 7. de talibus, ait: *ad illorum vaniloquia repellenda:* Paschal. in *Matth.* li. 8. *quæ nimirum disputatio vana est à vero:* Seneca, *Epist.* 117. *carum studium vocat, subtilitatem vanissimam.*

LXXX. VENTOSÆ.

Nomen hoc sibi quædam adeptæ sunt ab Augustini censurâ, qui, *Epist.* 56. de curiosarum quæstionum scopo, ita rescribit ad Dioscorum: *Hunc enim finem, iam certè sentis esse nugatorium, inanem, ventosum; habet, & tumorem, &c.* vnde iure despicitur à Petro Blesens. in *Iob.* cap. 2. *Mundana Philosophia ventosa loquacitas:* Lege S. Gregor. lib. 3. *Moral.* cap. 2. Hieronymum, in cap. 3. *ad Titum* v. 9. & audi S. Althelm. *de laud. virginit.* cap. 10. ita canentem.

*Conglobat in cætum dissertos arte Sophistas,
Gymnica qui iactant ventoso dogmata fatu.*

Lepide Ludovic. Vives, lib. 1. citato de ipsis: *nihil est (ait) tam liquidum, tan clarum, quod quæstiunculâ aliquâ, velut vento excitato non perturbent:* ad hanc mentem, apta paritate Georgius Pifid. *Mundi opific.* adversus tales exclamat à Morellio latinè

*O bulla saliens, & tumore turgida,
Quæ spiritu ampullata verba inflat levi!*

Claudianus Mamert. lib. 2. cap. 7. haud aliter: *dum imperitas aut verborum puerilium spumas expuunt:* sunt ex sapore Horatiani Carminis;

Projicit ampullas, & sesqui pedalia verba.
de his similia, apud Cresollium, lib. 3. *Theatri.* cap. 28.

LXXXI. VERBALES.

Iure merito, S. Ambros. lib. 2. de Spirit. Sanct. cap. 20. quid mirum (exclamat) si de verbis amentes homines faciunt *Questionem cum faciunt, & de syllabis?* Sed audiant eiusmodi, antiquam scriptorem Hunaldum, inter epistolas Philippi Abbatis. S. Bernard. coetanei abbasce de terrentem: de verbis (ait) contendere, cum de rebus constet, viris non convenit eruditis: ideo prudenter cavebat Petrus Blesens. Epist. 8. ita scribens: *num noveris, quod nunquam super verbis faciam questionem:* S. August. lib. 2. contr. Academic. cap. 11. diserte asserit: *turpe esse disputantibus, in verborum questione immorari, &c.* eundem in scopum falsè observavit Ludovic. Vives lib. 1. de caus. corrupt. art. dum iniure consultis bonè latinitatis ignaviam carpit: *Quam plausibiliter dixit Bartolus: de verbibus non curat iuris consultus: de quibus ergo rebus movent iam multas Questiones, nisi de verbis legis?*

LXXXII. VERBOSA.

Loquacibus adhuc non nihil addendum ex ipsa verbositate voce: has non obscure prodit Ioann. Sarisberiens. lib. 8. Policrat. cap. 17. de divini verbi mysterijs ita locutus: *Qua fidelius humili obedientia mandatorum, quam disputatione verbosa Deum timentibus innotescunt:* Petrus Damian. opusc. 51. cap. 14. ita quemdam admonerat: *non igitur eorum animos verbositatis quaestionibus pulses:* Lyra, in cap. 3. ad Titum. v. 9. quasibi damnat Apostolus, vocavit, *contentiones verbosas:* Iustinianus quoque Imperat. lib. 2. Cod. de vet. iur. enucl. sic merito cavet, pro iuris interpretibus: *ne verbositas eorum, aliquod legibus nostris asserat, ex confusione dedecus:* iure omnes: *verbis enim philosophari facile est;* inquit S. Chrysostom. Homil. 79. in Ioann.

LXXXIII. VERSUTÆ.

Nota vox est interpreti latino vulgato, in re non omnino dispari, qui sapient. 8. v. 8. transtulit, *versutias sermonum:* & Eccl. cap. 32. v. 2. *versutias parabolarum:* quo locorum, nostrum non est congerere quæ scribunt multorum commentarij: vide in terim Ludovicum Tena, lib. 2. Isag. difficult. 7. sect. 6. tantum carum-

earumdem censuram indicamus: Petrus Damian. lib. 2. Epist. 17. sic adversarium allocutus: *dic mihi versuta quaestionis obiecto, &c.* rursum opusc. 11. cap. 1. damnat, *captiosa sua delata argumenta versuta:* & opusc. 45. cap. 8. disputandum docet, *spretis Oratorum, Dialecticorumque versutis.* S. Leo. Epist. 42. Martianum sic admonerat: *ne cuiusquam procaci, impudentique versuta, quasi de incerto, quid sequendum sit, sanitate inquiri:* S. Ambrosius lib. 1. de Fide, cap. 3. de Ariana hæresi, ita: *idque versutis disputationibus adstruere nititur:* eadem compellatione plures notant, damnant, abijciunt. Nazianz. orat. 36. August. lib. 4. de Trinit. cap. 21. Petrus Blesens. epist. 101. & lib. contr. perfid. Iudeor. cap. 1. Cassiodor. Divin. lect. cap. 23. & 27. Ioann. Sarisberiens. lib. 5. Policrat. cap. 12. Petrus Damian. tract. de Omnipot. cap. 10. Tullius, lib. 3. de erat. Claudat: & signet S. Ambros. lib. 7. in Lucam ad cap. 10. *Cave igitur versuta disputationis venena:* sic ille: sic ego quoque censorium indicem claudam cum Salviano, de Provident. lib. 1. *sufficiunt igitur de hoc genere divisionis, & de hac parte sermonis ista, quæ diximus: infinitum enim est, de omnibus disputare, quæ nimis longum est, etiam sine disputatione numerare.*

En tibi, Prælector, in quas obiter incidi quaestionum censuras expressâ veter. Patrum sententiâ pronunciatas: quarum pleraque omnino fugiendas, à Biblico dissertatore, serio, & prudenter statuunt; quædam vero, quæ & tibi forsân dignæ discussione videbuntur, ita cautè, ac temperatè tractabis, vt scitè monet disertus quondam scriptor Lupus Abbas Ferrariens. epist. 30. de quaestionibus eiusmodite his allocutus: *Exhortor (inquit) vt nequaquam ultra in talibus, tuum ingenium deteras; ne his ultra quam oportet occupatus ad vteriora vestiganda, sine decenda minus sufficiat: quid tantopere queramus, quod nobis nosse, necdum forsitan expedit?* Satis ille prudenter, & appositè: *Nunc verò quaestionibus eiusmodi à Biblico Dissertatore reiectis, iam de reliquis quæ discussione dignæ sint, superest adnotandum.*



AN DVAS, PLURES VE DE-

textu Quæstiones in eadem prælectione

fas sit agitare?

PRÆNOTAT. XI.

MOnebo equidem semper, quod potius est, ut si quam in primis quæstionem in designato textu Prælector excita- verit, quæ fore unda difficultatum, ac sensuum magnam sibi differendi segetem suggerat, huic studiosus, & per- vigil insistant, quin ad aliam divertat, donec expensis auctoritatum, rationum quæ momentis totam exhauriat. Quod serio consulit. S. Chrysof. concione 3. de Lazaro, hac opportuna similitudine: *age igitur, & hodie denud tractemus idem argumentum, quandoquidem, qui in metallis operantur, ubicumque viderint multas auriferas venas, illic fodiunt acris, nec prius abstant, quam totam, quod reperiri potuit, exhausterint.* Hanc mentem iterum persequitur paritate non dispari, Homil. 21. in Genes. & Homil. 35. 39. & 49. in Ioann. & alibi sæpe.

Etenim, non frequenter mutandas, ac sine delectu, & causa in declamatione Quæstiones, ex Rhetoricæ præscripto est, id enim vitium in orationibus accusat Tullius, lib. 2. de orat. cap. 9. *nonnulli (inquit) dum operam suam multam existimari volunt, ut toto foro volitare, & à causa, ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas.* Hoc est non discursas, nequè diu multamquè meditatas: *multa enim causa (ait opportunè S. Valerianus Homil. 8.) in diversam partem animum trahunt, quas, si voluerimus sub vniuersa materia propositione disponere, necesse est, ut causa causam impediatur, & alterius negotij intellectum alter excludat: quando autem potest fieri, ut non confusione multarum rerum aut dicentis, aut audiētis impediatur ingenium?* Sapienter ille pro de clariora lege: Huic etiam ob prurium movendarum confuse quæstionum, carpebat olim Hæreticos S. Iræneus lib. 2. advers. Hæres. cap. 10. *de arena (inquit) resticulas nectentes, & quæstioni minori maiorem adgenerantes.*

Ideo cohibendus est pro us ille, ac facilis à Quæstione, in Quæ- stionem transitus, ne dum plures sub inde properatas; atque ut ita dicam,

dicam, cru das, & male coctas excitaveris, stomachum Auditori- bus moveas, multam prælectioni noctem offundas, & in illud for- te quæstionum chaos detrudare; quod accusatum legis ab August. lib. 4. de Doct. Christ. cap. 20. *Fit autem, ut cum incidentes quæstioni, alia quæstiones, & alia rursus incidentibus incidentes pertractantur, at- que solvantur, in eam longitudinem ratiocinationis extendatur intentio, &c.* à quo etiam quæstionum aggere suam temperabat facundiam Chrysofomus Homil. 1. in Matth. ita cautè locutus: *Verum, ne multa pariter colligentes memoriam vestram subito Quæstionum incre- mus aggestu, hic sermone nostro terminum statuamus.* Apposite quoque Seneca, cum lib. 4. de Benefic. subortam quæstionem versaret, aliaquè sibi adhuc differenda superessent: demum cap. 9. sic exordi- tur: *Sed ne in aliam disputationem ex obliquo abeam &c.*

Vnde in potissima, & utiliori quæstione persistendum esse suo docet exemplo S. August. serm. 120. de Divers. vbi de mortuorum resurrectione ex sacra pagina plura dissertaturus hæc duas quæ- stiones proponit cap. 2. *Prima disputatio est: Vtrum futura sit resur- rectio mortuorum? Secunda disputatio est: Qualis futura est in re- surrectione vita Sanctorum?* Post utramquè autem controversiam, inter se mutuo collocatam; denique de alterutrius præcedentia, hoc suffragiū tulit Augustinus, ut eam, quæ de substantia resurre- ctionis Quæstio erat, ei, quæ tantum de qualitate, præponeret, ac potissimè versandam censeret. ita subdens cap. 4. *ad hanc ergo dis- putationem (nempe de qualitate resurrectionis) iam, iamquè transi- rem, nisi me in illam quæstionem, vbi quaritur, uti um omnino resur- gant mortui? Aliquantulum immorari cogeret sollicitudo:* Sic magnus iste differendi Præceptor.

Nec verò quid vnicæ quæstioni hætenus insistendum mo- nemus; illud in Prælectore fastidium ferendum putamus, quod in Albutio de clamatore circa quæstionū nexus, & tricas nimium me- roso notabat olim Rhetor Seneca præfat. in lib. controvers. 7. *Quid quæstionem, non tanquam partem controversiæ, sed tanquam controver- siam implebat: omnis quæstio, suam probationem habeat, suam excusa- tionem, suos excessus, suas indignationes, epilogum quoque suum ita vnam controversiam proponebat, plures dicebat.* De quibus, vide, si libet, Quintilian. lib. 5. in sit cap. 13. Simile huic erit, in Prælectore vitium, si proposito præcipuè quæstionis scopo, super præmissa qualibet observatione, aut prænotato, sive supposito, ut vocat scholastici, su- per cuiusque argumenti ratione, aut pondere Auctoritatis, aut in- ducto in probationem textu, integras alias, & numeris suis omni-

bus absolutas quæstiones excitet; ac sursum, versum agitas in vertat, atque commisceat; potius quam dirimat, ac dissolvat: Caveat hic merito, ne sibi quoque illud obijciatur, quod in re pari scriptam reliquit. S. Augustinus, lib. 1. de Genes. ad liter. cap. 21. *Quid tantâ triturâ Disputationis huius, quid granorum exuisti, quid eventilasti? Cur propemodum in quæstionibus adhuc latent omnia? affirma aliquid eorum, quæ multa posse intelligi disputasti.*

Huic ego in memoriam revocabo salutare monitum optimi Præceptoris, pro conficienda prælectione: audiat ergo Hieronymus ad Zachar. cap. 7. *Quæ plana sunt (inquit) velociter transcamus. & in obscuris, spatium differendi sit: non enim longos, florentesque tractatus, in quibus, plausibilis ludit oratio; sed commentarios scribimus, quorum officium præterire manifesta, obscura differere &c. item, ad cap. 31. Ierem. concisus adhuc monet, obscura, & difficilia, latius differenda sunt ut manifesta brevius percurramus: Quam præceptionem, ut sacro Prælectori necessariam iterat in cap. 5. Osee, ne igitur super obvijs quibuslibet, ac manifestis, velut integri quæstionum tractatus inducantur, cavet seridè Hieronymus.*

Si cui verò excitata ex oblato textu controversia non ita fecunda videbitur, quæ supparem integræ Prælectioni materiam suppeditet, ut differendo plenam horam, quod iam moris est, conficere valeat, liberum sibi, ac libitum esse ducat, duas tresvè de tota designati capitis serie quæstiones eligere, quæ non contextui nothæ, sed ex ipso natæ aptam disputationibus singulis mæstem sufficiant, quod eò facilius expositivo Prælectori concedendum est; cum & in scholastico certamine id non ineptum, aut præter Academicarum morem iudicet ipse Ripalda, in Lib. 6. sentent. annot. circa quæstiones §. ultimo, exemplo sit præmultis Melch. Cano doctor scholasticæ Theologiæ Magister, Relect. de Penit. Sacramento, habita in Salmanticensi Academia, ubi super lib. 4. Magistri. dist. 14. sic præfat: *Cumque de utroque partitionis membro, infinitas propemodum quæstiones Auderes scholastici persequantur: at ego sex mihi principales ex intimis huius loci visceribus, eruendas putavi, &c. Quas omnes ille, unica Relectioe complectitur.*

Nec insolens id, aut extraneum videbitur artis oratoriæ non penitus ignoro, quæ hanc quæstionum pluralitatem, in suos canones admittit: nam ex Tullij sententia lib. 1. de invent. Alcuinus, lib. de septem Artib. cap. 2. Cassiodor. in Rhet. tit. de Statibus: & S. Isidorus, lib. 2. Ethymolog. cap. 6. duplicè controversiarum speciem distinguunt; simplicè, & coniunctam: *Simplex est (inquiunt) quæ absolutam*

con-

continet unam quæstionem; coniuncta est, ex pluribus quæstionibus, in qua plura quaruntur: Atque huius quidem speciei similis erit tota Prælectio, quæ duabus, tribus, aut etiam pluribus excitatis Quæstionibus; sed aliquo inter se nexu mutuo coherentibus, veluti coniunctam controversiâ absolvat: huius generis illa est, de qua Quintilianus, lib. 3. instit. cap. 13. *Et una causa (inquit) plures habere quæstiones, & iudicationes, ut ego arbitror, potest: quod tamen non obtabit, quo minus ad unam veluti principem controversiâ cæteræ revocentur, ut subdit disertus idem Præceptor; Sicut cum sint plures quæstiones omnesque suos status habeant, causa tamen status unus sit, ad quem referuntur omnia, &c.*

Huius verò controversiæ coniunctæ, si ex sacro textu velles tibi exemplum apponi, forte non omnino ineptum existimabis; quod habet Richard. Victorinus, tract. de Gemino Paschate, ubi Christi Domin. in Ierusalem ingressum describens, sub unica veluti capitali quæstione, quatuor alias excitat; sic enim instituit: *attende ergo, quam eius tibi processionem Evangelista describat: ecce, inquam, potissimam quæstionem: mox, alias subijcit, ut coniunctam efficiat: Videamus ergo unde incipit? Videamus quò perrexit? Videamus qua transiit? Videamus quomodo processit?* Statimquè addit propriam cuiuscumque quæstionis absolutionem: en habes controversiæ coniunctæ non importunum prorsus exemplum: Hoc autem quam frequens, & visitatum sit probatissimis Ecclesiæ Doctoribus in excitandis de sacræ paginæ intelligentiâ, quæstionibus paucis monebo Prælectorem. Accidit enim sæpe ut sub eodem textu, multiplex, ac varia quæstionum difficultas emergat: id que sibi non semel evenisse fatetur, Magn. Gregorius, dum librum Iob. morali, ac fecunda expositione percurreret; nam cum in nodum incidisset solum difficilem, ex quo rursus alter arctius stringeretur, lib. 2. Moral. cap. 3. sic exorditur: *Sed ecce quæstioni, quæstionem iungimus, & quasi dum ansam solvere nitimur, nodum ligamus:* Eodem se captum laqueo novit Origenes, Homil. 5. in Iudic. ubi tractationem de Debora, & Barac aggressus sic inquit: *De quæstionibus, ad quæstiones & de sacramentis ad sacramenta transimus, & cum vix, ac difficulter prima quæque explanamus, difficilibus, difficiliora succedunt.*

Sanctus quoque Chrysostomus, non semel in eadem navi fuit: Homil. 33. in Acta: ita præ alijs dilertè: *Quæstionum nullus erit finis, ecce enim si hanc solvero mille acervas ostendam quæstionum, &c.* Iterum Homil. 1. in Matth. Homil. 21. in Ioann. tandem Homil. 7. ad Populum, de lib. Genesis, Edifferens multas unica ipsa oratione quæ-

stiones movet, ac post omnes excitatas addit, *quin, & alia plura quaerere necessarium est, &c.* Quam multas, ac varias quaestiones suscitavit, veritas, atque dissolvit S. Thomas, suis in sacr. script. commentarijs: praesertim maxime in 1. ad Corinth. cap. 9. lect. 5. & in cap. 10. lect. 4. & 7. ubi super vna capituli lectione, plures congerit, ac enodat. S. Gregorius Homil. 4. in Ezech. duas sub initium, S. August. serm. 26. de Diversis: quatuor, vna concione versat: varias S. Ambros. lib. 3. Hexahem. cap. 2 plurimas S. Chrysostom. Homil. 19. in Acta, S. Athanas. interpret. Parabol. Evang. singulis quaestionibus, plures excitat, ac breviter solvit controversias: Moyses Barcephala 3. part. comment. de Paradiso, cap. 27. sic exorditur: *Hic de eadem nobis expendenda, atque examinanda quaestiones occurrunt.* Quas omnes, vnico eo capite versat; & rursus, toto cap. 28. triginta, & amplius quaestiones super sacri textus intelligentia, vel ipse suscitavit, vel ab alijs excitatas discutit, ac dissolvit.

Cum igitur SS. Patres, & interpretes sub vno saepe tractatu, oratione, capite, aut Homilia plures sub inde nascentes & textu quaestiones attigerint, extricaverint quae; non est, cur ineptum, aut indignum Praelectore iudicetur, in vna quandoque Praelectione, si fieri aliter non possit, duas, tresve quaestiones agitare; imo, & non semel eum Praelecturo, necessarium; sit enim saepius, vt subortum ex aliquo textu sacri codicis controversia, tam multa difficultatum melle fecunda sit, vt plures, super eodem articulo quaestiones iure videantur excitandae; quod in oratoria facultate monuit Quintilianus lib. 3. Instit. cap. 6. quo fit, vt in controversia vna, plures quaestiones esse videantur: cuius praecipuae causam aperit cap. 13. *nam & quaestiones, ex quaestione nasci, & speciem in species dividi convenit.* Vide eundem, lib. 5. Instit. cap. 13. Hinc, vt observat Federicus Morellus, notatis ad praefationem 1. declamationis Libani: *Dicuntur a Rhetoribus minores quaestiones, quae ex praecipua controversia quaestione descendunt, &c.* Quae subdit: *Ecce quod in Rhetoricae praecipit positum est, in sacri voluminis interpretatione servandum quoque monet Augustinus lib. 4. de Doctrin. Christ. cap. 20. sic fatus. Pertinet ergo, ad docendi curam, non solum aperire clausa, & nodos solvere quaestionum; sed etiam dum hoc agitur, alijs quaestionibus, quae fortassis inciderint (ne id, quod dicimus, improbetur per illas, aut refellatur) occurrere: ergo qui venientibus, velut ex transverso controversijs occurrendum monet, alias item praeter praecipuam, Quaestiones, velut illius appendices admittendas, & ventilandas hortatur in facta praelectione.*

Quam

Quam vero ex interpretis munere sit, incidentem etiam aliquando quaestunculam, & tamquam ex latere prodeuntem, non omnino dimittere, aut relinquere indiscussam, constat, ex maximo scripturarum Magistro, sic enim scribit a se factum Hieronymus, in Proem. lib. 1. ad Galat. *verum alibi (inquit) pro parte, & vt se aliud agenti, haec quaestio obtulerit, ex latere disputatum est, & pene praestricum;* adeo fuit visitatum sacris scriptoribus in expositione divini codicis, a praecipua quaestione, ad incidentem aliam transire: sic ab Origene factum tom. 7. in Ioann. ad cap. 1. v. 21. post versatam illam quaestionem, cur Ioannes, Eliam se esse negavit, quem Christus ipsum esse Eliam asseruit; ita claudit: *Quamobrem, nunc dicentur ex his, quae de Ioanne, de quo, Elia, conquesta sunt, cum breviter persecutus fuisset, quaestiones ad caetera transeamus; &c.* apte ille; atque ex arctis oratoriae canone, hunc enim morem secutus est Portius Latro, de quo Seneca, lib. 2. controvers. 3. *Hac omnia quasi membra in aliquam quaestionem incurrentia tractabat, non vt quaestiones, quamquam hic ipsa in aliam aiebat quaestionem incurrere; hunc etiam Silo, de quo idem lib. 10. controv. 3. huic quaestioni praeponebat illam, ex qua, in hanc transitus sit.*

Eundem quoque transitum ab expositore praecipit observandum S. Augustinus, dum sacra versat volumina: audis illum, velut e cathedra docentem, lib. 4. de Doctrin. Christ. cap. 10. *max autem, vt intellectum esse confisteret, aut sermo fiatendus, aut in alia transferendum est, sicut enim gratus est, qui cognoscenda enubilat, sic onerosus est, qui cognita inculcat eis dumtaxat, quorum tota expectatio, in dissolvenda eorum, quae penduntur, difficultate pendebat.* Quid vero molestum magis, & onerosum, quam eum audire Praelectorem inculcatae saepe, ac rursus versum quaestioni diutius immorantem? Talis est, quem lepidè carpit scriptor eruditus Ioannes Sarisberienf. lib. 7. Policrat. cap. 9. *Ad diverticula proposita quaestiones relabuntur inquit, sicut circumit, rot facit anfractus, vt ad vltima recurat, ac si labyrinthum oporteat circumiri;* rursusque cap. 12. *Uides apprime descriptum miserum Praelectore, fuge; & pro catennanda suscitatarum in transitu quaestionum varietate, hoc quoque monitum accipe.*

Si enim ita sint inter se diversae, ac diffusae quaestiones, vt altera, alteri non cohaereat, ac secundum cuiusque materiae, in diversa se porrigant; id multo ingeniosius erit, si in editato, catennationis aliquo nexu, velut quodam illationis filo, a Praelectore coaptentur, atque vinciantur, vt a prima subsequens; item quae a praecedentibus, tertia quasi visa sit dependere: quod eo facilius iudicabit,

90
 si hanc Chrysostomi, de sacri textus connexionione sententiam, animo præferat, in Marc. Homil. 4. *Scriptura enim sancta hæret sibi tota & vno spiritu copulata est, & quasi vna catenula est, atque vt circulus, in circulum neclitur; & quidquid aliud sumpserit, aliud late pender: ideo ad eius similitudinem, eo vltus est olim ingenio S. Augustinus epist. 120. quinque ab Honorato propositas quæstiones ad enodationem argute connectens: Quarum (inquit) solutionem, si velim diserendo ordinare, non vt carpinum, sicut proposita sunt, de singulis disseram; sed vno quodam renore sermonis, eas inter se connectam, atque contextam: difficile opus videretur; & tamen puto facilius eas solvi, si hoc fecero: in vicem quippe adiuvabunt; si altera pendebit ex altera, donec omnes veniant in seriem disputationis: Sic & hæ facturum pollicetur, & exequitur ingeniose S. Doctor, dum quæstionibus illis, tota ea epistola respondet.*

Vt ergo exemplorem conficiam, qui concinnam quæstionum catenationem velit ante oculos habere, qualem exposcit. S. August. vt omnes veniant in seriem Disputationis, videat, rogo, illam apud Moysen Barcepham, 1. part. *Commetera de Paradiso, cap. 19. vnde trium quæstionum seriem pro huius connexionionis norma produco: Sic enim ad Genes. cap. 2. v. 17. de ligno scientiæ boni & mali, doctus hic Auctor singulas inscribit: Hæc tria se offerunt disquisitioni, quorum*

Primum est: Cur arbor illa appellata sit scientiæ boni, & mali?

Alterum: Quid sit bonum, & quid sit malum?

Tertium: Cuius generis fuerit illa arbor?

Eccerquam continenti catenationis ordine; tantum; de ligno scientiæ, tres illæ quæstiones excitat, ita sibi mutuo connexas, vt à prioribus; secunda; iterum ab hac, tertia alterutrum dependere videantur; & nullam, ab alia potuisse feiungi: quas ille omnes, eo capite affatum discutit. Si tamen plures cupias huius exempli, leges eundem cap. 27. vbi ad Genes. 3. v. 1. Decem integras quæstiones; ea serie movet, ac versat, vt qui singularum inscriptiones seriatim inspexerit, perspiciat sanè, quam mutuo illæ nexu in vicem alligentur; & omnes veniant in seriem disputationis.

Eodem se nodo strictum vidit Ioannes Duëdo, lib. 2. de Translat. Sac. Script. cap. 1. Qui, cum in quasdam sibi mutuo nexus quæstiones, de integritate Sac. Codicum exemplarum incidisset. Absolutio
 qua =

quæstionis huius (inquit de altera locutus) quodammodo ex altera dependet: quam vtramque post modum exactè pertractat: atque huius quidem generis, eas esse quæstiones puto, quas *appendices*, aliarum vocat Melchior Cæno, lib. 12. de locis, cap. 5. quarum habes exemplum apud Moysen Barcepham. 1. part. de Paradiso, cap. 28. vbi cum de Adami sopore, seu estasi, vt alij volunt, differeret, quod propositæ materiæ par esset, & similis; hanc quoque quæstionem adiecit: *Quomodo Propheta affecti in suis visionibus?* Hac nimirum arrepta occasione: Et vero (inquit) vt hic cum Adamo, ita alias cum Sanctis Prophetis agebat quoque Deus, &c. Qua super quæstione, quid sentiendum sit, diserte proponit.

Atque hunc observavit stylum in disputando, S. Hieronymus Epist. 125. de propositis à Damaso quæstionibus, sic ipsum allocutus: *Nunc illud, quod non interrogaveras, dum aliud agimus, irrepfit, &c.* Quam etiam controversiam, tanquam ex præcipua pendentem inibi versat, iterumque in 2. quæstione subdit: *Existimanti curiositatem esse finitam, maior querendi ardor exoritur: Quo suscitandarum quæstionum calore, ad alias, quoque, veluti à capitali manantes, necessum erit aliquando tantisper divertere: sic enim à Tertuliano factum lego, qui lib. 1. advers. Marc. cap. 17. primò potissimam quæstionem, de qua princeps erat disceptatio, discutit: mox ad alias velut appendices accedit; audis illum: Nunc in isto articulo ab ignoti Dei quæstione deducto, satis constitit: Hæc nempe fuerat capitalis, vt sic dicam, controversia; mox de reliquis velut è trunco germinantibus addit: Regrediar, necesse est ad originem quæstionis Dei ignoti, vt ceteros quoque ramulos eius excutiam; sic diserte monet, & complet exactè Septimius.*

Sed verò quod duas, tresvè quæstiones, in eadem prælectione hucusque agitari posse monuimus, non ideo fas sibi fore Prælector existimet, tam multis, ac densis relectionem inferere, vt illam Hieronymi censuram merito subeat, qua Procem. in Ionam. quosdam eius vatis interpretes accusabat. *Super hoc libro tam multa dixisse, & tantis quæstionibus non tam aperuisse, quam obscura sententias: Magnum id in Prælectore vitium! à quo longe nostrum abesse cupimus; quod aptè monebat lib. de audiendo Plutarchus; Ne multas, & frequentes quæstiones ipse moveas: cum verò in plures eiusmodi forsam incidit, quarum absolutionem continenter aggredi necesse sit; fas sibi esse ducat cum eodem Hieronymo, præfati Epist. 89. ita præunte: Respondeamus igitur ad omnia, ac multiplices quæstiones: si Chrysostomus iusserit, brevi sermone solvamus: vel fortè cum Chrysostom.*
 Homil.

Homil. 19. in Acta, ubi post multas, ac varias e textu suscitatas, sic alloquitur Auditores: *Ecce habetis quaestiones sufficientes: considerate, dicite causam; &c.* sed adhuc de rebus, quæ Biblicè discernendæ sunt: restat obiter inquirendum.

VTRUM SUPER MINUTIS

quibusquæ, vel etiam in Sacro Scrip-

tore tacitis, movenda sit

Quaestio?

PRÆNOTAT. XII.

NOvi equidem quanti fecerint in commentatorijs suis sapientissimi Patres, syllabas etiam, literas, & apices, quæque minuta, & velut exigua videri possent in stylo arcani Codicis; *Singuli sermones* (inquit pro omnibus Hieronymus, in ad Ephes. cap. 3.) *syllabæ, apices, & puncta, in divinis scripturis, plena sunt sensibus:* in quo sensu frequens est S. Chrysostr. Homil. 15. 18. & alij in *Genes.* Homil. 2. de verb. *Isaia.* & alibi S. Basiliius Proem. lib. de *Spir. Sancto,* & Homil. 10. *Hexahem.* S. Petrus Chrysol. ferm. 64. S. Bernard. ferm. 40. in *Cantic.* Cassiodor. *Divin. lect.* cap. 24. de quo plura Salmeron Proleg. 9. can. 29. Hæc sententiâ firmari potest illo Christi. Dom. testimonio, Matth. 5. v. 18. afferentis: *Tota vnam, aut vnus apex, non praterit a lege, donec omnia fiant:* ad quæ Homil. in *commun. Doctor.* Eusebius Emiffenus: *Tota autem* (inquit) *& apex, quæ in literis minima sunt, quamlibet legis, & Prophetarum parvisimam sententiam significant, &c.* Sic etiam interpretes alij: *Quibus verbis* (subdit S. August. lib. 1. de *serm. Dom. in Mont.* cap. 15) *testendit in lege ad effectum etiam minima quæque perducit:* haud aliter Abulentis comment. post quæst. 90.

Sed tamen, ut quàm sit in his gradiendum temperate manifestum facit, quod olim de quibusdam differtatoribus Ioannes Sarrisenf. lib. 7. *Pellicrat.* cap. 12. de Prælectoribus modo nonnullis iure asseram: *Nec illos* (inquam) *ad philosophandum crediderim aptiores, qui omni verbulo longam orationem subiiciunt, ac si ad omnia,*
qua

quæ quaruntur, sermo sit ad populum faciendus, &c. mox addit: *vide illos, qui in singulis legunt omnia, & dum vnam quaritur, nituntur omnia expedire, planum est rectè docentium formulam non tenere:* Eleganter, ac verè.

In quibusdam sacri Codicis interpretibus, hoc olim vitium notavit Euthymius, ad *Matth.* cap. 15. v. 37. *Multam* (inquit) *& anxiam contraxerunt de minimis rebus disceptationem:* quibus similes dixeris illos, in quos ita Petrus Blefens. ferm. 12. *Sunt alij, qui linguas suas magnificant, dicentes, Sacram Scripturam, non esse scientiam, nec esse literaturam: non enim scientiam, dicunt, esse, nisi quibusdam verborum minutijs, quasi capillos capitis perquirendo, sciamus disse-rere, &c.* Adeo eiusmodi interpretes, nisi sacrum textum, in has minutias ex sua maiestate velut arguando detruxerint, eius expositionem, scientiam non reputabant. Quanto melius Claudianus Marmert. qui lib. 2. de *stat anim.* cap. 7. has minutiarum controversias à Biblico differtatore fugiendas suo monet exemplo, ita sciens: *Non ego nun c nexuosissimas Quaestionum minutias revolve:* Idemquæ in pari, de sacris rebus disputatione docuit S. Cyrillus Alexand. epist. 1.

Quod ipsum in aliarum quaque facultatum Tractatoribus accusant Scriptores prudentissimi: in Philosophis, Philo, lib. de *Agricult.* his verbis: *Quid enim prodest, naturas rerum ab ipsis exordijs dividere, vel vsque minutissimas minutias?* Bene ille, nam ut aptè de Philosophia Ethnicorum, S. Ambros. in cap. 2. ad *Colossens.* Hæc (inquit) *argumentis, & subtilitatibus minutiarum componitur, &c.* & maius adhuc malum in his agnovit Prudentius Hymn. in *Infideles.* canens:

Fidem minutis dissecant ambagibus, &c.

In editionis Prophanæ Philologis, S. Pachasius, Præfar. lib. 3. In *Matth.* ita præ alij: *Non dico paginam, sed neque syllabam prætermittunt quam non enucleatius discutiant summa cum vigilantia, ac labore:* de ipsis, Petrus Blefens. epist. 6. *Vos* (inquit) *circa literam, & syllabam, & circa huiusmodi elementares doctrinæ primitias, vestrum adhuc ingenium exercetis.* In orationibus ipse eorundem Præceptor Quintilianus lib. 5. *instit.* cap. 14. *minutius* (inquit) *& scrupulosius scrutantur omnia,* quos propterea *Dictionum aucupes* iure compellavit Latinus interpres Isidori Felusiet. lib. 2. epist. 201. affectatum hoc in ijs minutiarum studium lepide carpebat Tullius, in *orat.* *Nam esset* (inquit) *cum infinitis, tum puerilis labor:* addit post adductos ad rem

rem Lucilij versus: *Nolo tamen minuta hæc constructio appareat.* pari cū Oratoribus nota inuitur iuriconsultus, ab eodem Tullio, lib. 1. *de orat.* cap. 11. dum appellatur *Auceps syllabarum.*

Ex eiusmodi minutiarum aucupio, haud leue quondam imminuit fidei periculum ab Hæreticis Ario, & Eunomio; de quibus ita Basilus Seleuc. *orat.* 32. *Sui in Christum edij specimen facti uisitentur, scripturas undique percurrentes, dictiones captantes, uoculas inuestigantes, nunc ubi quasdam inueniant syllabas, quæ Filij cum Patre aequalitatem celent occultius.* &c. Nempe ut ex his minutissimis, perperam intellectis, ducto argumento, suum in Filij consubstantialitatem, uenenum effunderent. unde S. Irenæus, lib. 2. *aduers. Hæres.* cap. 43. sapienter admonuit: *Neque de Deo inquisitionem exnumeris, & syllabis & literis accipere: infirmum est enim hoc propter multifarium, & parium eorum,* &c. etiam S. Hieronymus, in cap. 3. *ad Titum,* prudenter uertit, *de nominibus, & numeris, disputare:* Idque petissimam in sacræ paginæ interpretatione seruandam decuit S. Iustinus, *Dialog. cum Striphon.* dum in quadam uocem incidisset ex editione **LX X.** quæ non adeo multum ad sententiam, aut prodesse, aut ob esse uidebatur, sic breuiter se expediens: *Non est (inquit) cur disceptemus de unâ uoculâ &c.* Anastasius item Nicænus, quæst. 52. *in scriptur.* ex S. Dionysio Arec pag. & Anastas. Sinaita, quæst. 48. ad rem opportunè de eiusmodi commentatoribus: *Affiguntur (inquit) elementis, & literis intelligentia haud perijis, & Syllabis, ac uerbis ignotis; neque anima in intelligentiam penetrantibus:* Lege dum uacabit. Petrus Damian. opusc. 10. cap. 10. Hugon. Victorin. in 1. *ad Corinthios,* quæst. 126. & sequent: Ioann. Sarisberienf. lib. 7. *Policrat.* cap. 12. ac tandem audi, S. Hieronymum, epist. *de ept. gener. interpret.* ita præcipientem: *Alij syllabas aucupentur, & literas; Tu quæ se sententias.*

Quid ergo dicendum ad initio præmissam tot Patrum auctoritatem; qui minutissimos quosque sacri Codicis apices, & ueneratione, & commentarijs profecuti sunt? Dixeris appositè de ijs omnibus, quod Magis Gregor. lib. 26. *Moral.* cap. 5. *Sciens etiam Sancti Doctores, graviter, minuta discutere:* Ecce tibi, qui gravitatem, & pondus in sacris Doctores agnovit, & ad hæc, quæ minuta uidentur tractanda commendat, qua ratione uersari debeant à Bibliotheco Prælectore prudenter statuit. Si enim *graviter,* & cum ea, quæ sacram Scripturam decet, maiestate tractentur, nihil exiguum, nihil erit minutum, quod forte tale uidebatur. Atque in hunc sensum, ingeniosè dixit S. Chrysof. Homil. 18. *in Genes.* de diuina Scrip-

Scriptura satis apta paritate: *Et syllaba, & apiculus unicus, reconditum habet thesaurum;* Bene ille, nam qui thesaurum aggesta humo effodere nititur, non glebas æstimat, aut glaream, quibus in terræ uisceribus obrutus ille est; sed tota in latentem thesaurum mente contendit; non ergo in minutiarum, ueluti fabulæ sistendum est Prælectori; sed ad delitescentes subtus mysteriorum gazas, omnimentis industria penetrandum; hoc enim studio, atque conatu, dum sacri Codicis arcana rimantur: *Solent etiam Sancti Doctores, graviter minuta discutere.*

Ad Christi Dom. testimonium, satius est, ex aliorum sententia respondere, quàm meæ tantum inuiti, ut non uolenter ad nostram uideatur adduci: Iansenius, cap. 40. *concord.* sic exponit: *Quod enim dicit. Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, per hyperbolem, & tropum est accipiendum; non enim laboratur de literarum apiculis, &c.* Pari sententia Salmeron, tom. 5. tract. 32. *Nec est (inquit) de literarum apicibus laborandum.* S. August. lib. 1. *de serm. Dom.* cap. 15. in æqualitatem inter Iota dignorit, & apicem, dum ita scribit: *Inter quas literas, Iota minor est cæteris, quia uno ductu fit; apex autem est etiam ipsius aliqua in summo particula:* Ex quo transfuit ad uerbum Strabus Fuldens. *in Glos. fer. su* consonat inibi Carthus. cum ergo Iota quamuis literarum minima sit, tamen ipsius apice maior, haud inepte subinferas quædam quandoque reperiri in sacro textu, quæ maiorem exposcant expositionis industriam, præ alijs, quæ minora uidentur: atque aliquam sane sententiarum diuersitatem, Iota & apice significatam, asserit Simon de Cassia lib. 10. *in Evang.* cap. 16. *Iota (inquit) & apex puncti sunt, quibus sententia magna siue parua terminantur.*

Ad rem tamen clarius, Nicol. Serarius, proleg. cap. 28. quæst. 10. cuius argumentum: *An in scripturis quedam uelut parua, & inutilia prætereunda?* Ingeniosè discernit hac 2. assertionem: *Quaedam possunt aliorum respectu, dici parua, minusquæ uilia:* mox addit, ex indicato testimonio: *A Christo Dom. quedam uocantur Iota, ideoque ab occupatis, in aliqua maiora, & utiliora intentis possunt aliquando præteriri hæc:* Exemplum ille horum indicavit quasdam Historias, loca tempora, & similia: *Quæ (inquit) per se quidem magna; comparatione tamen ad res alias factâ, minora sunt, minusquæ uilia:* Sic doctus iste sacri Codicis interpret.

Sanctus Hieronymus, ad id loci: *Ex figura (inquit) litera ostenditur, quod etiam, quæ minima putantur in lege, Sacramentis Spirituallibus plena sint, &c.* Cuius sententiam nuper indicatus Salmeron, sic

exponit: *Nec significant autem hæc verba, scripturam somnijs cabalisticis applicandam, quæ in numeris, & figuris literarum, & significationibus consistunt vocum; unde multæ illusiones, & sensus pueriles potius quàm solidi efficiuntur, &c.* Quin maximam quoque hæresim ex minima literarum Iota subortam observat ibidem, Maldonado; cuius meminert S. Irenæus, lib. 1. *advrs. Hæres.* cap. 1. & ex alijs etiam syllabarum scrupulis, quas Hæretici quondam perperam, & subdolè interpretati sunt, præstructas ab ipsis adversus fidem thecnas: legis apud Ambros. lib. 2. *de Spiritu Sanct.* cap. 10. S. Fulgent. lib. 3. *ad Monim.* cap. 1. S. Vigil. Episc. lib. 1. *contr. Eutyth.* & alios Patres, qui adversus Hæreticos scribunt, vt Tertullian. *de carn. Christi.* cap. 20.

An verò, super his, quæ silentur à sacro Scriptore, movenda quoque quæstio sit? Vt verum equidem fatear, & auctoritatem monitioni conciliem, nihil prorsus nostrum hic leges: tantum difertas veter. Patrum sententias, pro negativa parte producimus: en illos; S. Anastasius Sinaita, lib. cui titulus *via dux*, cap. 1. divinæ Scripturæ studiosum instituens: *Neque ea (inquit) quæ caput nostrum superant, quæque divina litera suppresserunt scrutari, & contrectare velint:* Rursum quæst. 89. ex editione Gretseri: *Manifestum est, ea quæ in divinis literis tacentur, non esse curiosius perscrutanda &c.* quibus similia tradit initio lib. 8. *Anagog. in Genes.* Tgeophylactus *ad Luc.* cap. 2. v. 21. *Nam quæ scriptura tacuit, ea quærere non oportet, præsertim vbi nulla utilitas, &c.* S. Athanas. *de Trinit.* dial. 2. *quæ enim scriptura non dicit, tu numquam indagaveris;* idem *ad Antioch.* quæst. 49. hanc subdit rationem: *Quod enim divina scriptura abscondidit, nemo exquisitè dicere potest.* Theodoretus, *in exod.* quæst. 26. *Superfluum, atque stultum est, quærere quæ silentio tradita sunt,* Adde Græcis, Anastasium Nicænum quæst. 91. ex S. Basilio. & quæst. 66. Olimpidor. *ad Eccles.* cap. 7. v. 17. S. Damascen. lib. 1. *de Fide*, cap. 1. dum latini succedunt. S. August. *in Genes.* quæst. 86. *Magis notandum est, aliquid scripturam prætermittere, quod intelligere debemus, quàm ullam quæstionem esse movendam:* iterumque enarrat. *in Psalm. 66.* & lib. *de bono viduitat.* cap. 7. S. Petrus Chrysolog. *serm.* 166. *Non ausi anteriora contingere, superiora rimari, loqui tacita, tam diu certè repostita proferre, præsertim, cum mihi temerarium, & vobis non necessarium videam, causarum tales, tantasque origines perscrutari.* Sæctus Hilarius enarrat, *in Psalm. 132.* *Quæ enim libro legitur, non continentur, ea nec nosse debemus, &c.*

Qua

Qua verò ratione nos gerere debeamus, circa ea, quæ in sacra pagina scripta non inveniuntur, docet non semel Abulensis ad lib. 1. *Reg.* cap. 8. quæst. 196. *ad Matth.* 4. quæst. 21. §. *Item sic:* Et ad. cap. 14. quæst. 138. §. *ad Tert.* Simon de Cassia, lib. 5. *in Evang.* cap. 1. De recentioribus quoque, rem attigerunt Episcopus Oxomens. *de sens. script.* Regul. 16. Salmeron. Proleg. 9. can. 38. §. *casus:* Serarius, *ad Iudith.* cap. 16. quæst. 8. Mendoza, *ad 1. Reg.* cap. 2. v. 27. comment. num. 15. Piña, *ad Eccles.* cap. 3. *Etholog.* 41. num. 10. Sit demum exemplo, S. Doctor Augustinus extremum, lib. 7. *de Genes. ad liter.* hoc monito claudens: *Quæ in hoc libro dictando locutus sum, ad hæc valeant legenti, vt aut noverit, quem admodum sine affermandi temeritate quærenda sint, quæ non apertè scriptura loquitur, &c.* Nec verò quod omittenda monemus, quæ silenter in sacro textu, alia quoque prætereunda, quæ digna quæstione sint: eiusmodi quippe silentium, potius effect difficultatis fuga, quàm taciturnitatis reverentia: quem in Hæreticis morem subnotavit S. Vigilus Episc. Trident. *cont. Eutyth.* lib. 5. *Tantum modo (inquit) quæstiones intendentes, transferunt ad hæc, vt & veritati nebulas effunderent, & periculum disputationis silentio præterirent.* O dolosum tacendi artificium!

Si tandem aliquam interdum quæstionem excitari necesse sit, ad eorum causam, rationemquæ investigandam, quæ scripta non leguntur, eo erit vtendum temperamento, vt cautè prudenter, & probabilicum fundamento, ac ratione moveantur: quarum habes exemplum apud Moysen Barcepham. 1. part. *de Paradis.* cap. 27. in 4. quæst. *Si Satanas in anguem se insinuavit, atque ex eo ipse apud Evam verba fecit, cur id à Moysè scriptum non sit, sed solius anguis facta mentio?* Cuius speciei vnam, vel alteram excitat, & inscribit, suis in sacram Scripturam Quæstionibus Theodoretus: En itaque habes, & quæ censeantur penitus omittenda, & de quibus sit potissimè differendum Biblico Prælectori, circa expositionem sacri contextus, cuius cum multiplex sit sensus non erit abs rē, sed necessario vestigandum.

(o)



QUEM IUXTA SENSVM
elicienda, & agitanda Quæstio-
nes sint?

PRÆNOTAT. XIII.

Quæ sit in hac quoque parte mens nostra, atque consilium circa potissimos quatuor sacræ Scripturæ sensus; Historicum, seu literalem, Mysticum, sive Spiritualem, Moralem, & Anagogicum, quæque ratione, modo, ac temperamento, in Quæstione expositiva tractandi sint, & vsurpandi à sacro Prælectore, hoc tibi disticho palam exhibemus.

*Historicus solidè, promatur Mysticus aptè:
Moralis breviter, strictius Anagoge.*

De accomodatitio autem, quem dicunt, ex industria, fateor, non memini, quod eum nunquam, aut vix quandoque, ac leviter attingendum esse in expositiva Prælectione censeam: de quo tamen non nihil in calce prænotationis indico: iam de prioribus alijs sensibus quid sentiant Ecclesiæ Proceres, seorsim expono.

Est igitur firmum, statumque apud Patres, & Interpretes placitum, in sacræ paginæ tractatione literalem explicationem principis, ac potioris intelligentiæ fundamentum esse, basim, atque radicem: ac de primo quidem attributo, ex more observandum est à sancto Hieronymo, comment. in *Alidiam*, ita scribente: *In interpretatione Prophetica debemus morem nostrum sequi, ut primum historia fundamenta iaciamus, &c.* Itetum ad *Amos*, cap. 9. v. 6. hanc quasi commentariorum legem præfinit: *Et cum Historia habuerint fundamenta, tunc spiritualis intelligentiæ culmen accipiant.* Quem interpretandi canonem, & statuit, & exequitur Epist. 27. Prolog. lib. 5. in *Isai.* & in eiusdem, cap. 13. ad *Ezech.* cap. 40. & alibi frequenter: S. item Magn. Gregor. epist. ad *Leandrum*, in lib. *Iob.* cap. 3. *Primum quidem (inquit) fundamenta historia ponimus, deinde per significationem typicam in arcem fidei fabricam mentis erigimus, &c.* difertè quoque in hanc sententiam *Plures: Moyses Barcepha*. 1. part. de *Paradis.* cap.

cap. 4. S. Chrysof. Homil. in *Psalms*. 3. S. August. serm. 72. de *Temp.* cap. 6. Clemens Alexand. *Stromat.* lib. 2. sect. 2. Hugo Victor. *Eruditi.* *Didasc.* lib. 6. cap. 3. S. Thom. 1. part. quæst. 1. art. 10. ad 1. & quæst. 102 art. 1. & Quodlib. 7. quæst. 6. art. 14. S. Antonin. 1. part. cap. 1. tit. 1. & 4. part. tit. 11. cap. 2. §. 13. Rupert. Prolog. in *cant.* Abulens. *Matth.* 16. q. 29. Lyra: Prolog. 2. in *Bibl.* §. 1. Burgenf. ibidem: August. Valer. *Rhet. Eccles.* lib. 3. cap. 56. Roderic. *Dofna*, lib. 2. cap. 8.

Basim etiam fundamento, super imposuit S. Chrysof. Procem. 2. in *Psalms*. sic fatus opportunè: *Non enim adversatur historia (sensus scilicet Historicus, aut literalis) sublimiori contemplationi; sed contra ea est basis, & fundamentum altiorum intelligentiarum, &c.* Sixtus Senenf. lib. 3. *Biblioth.* Tit. De *usu, & utilitate historica expositionis*, sic expeditè: *Secunda eius utilitas ac necessitas nascitur ex ordine eius, ad ceteras mysticas expositiones, quibus ipsam tanquam basim, ac fundamentum stabile totius spiritualis edificij, necesse est subterni: Vtramque paritatem adhibent Hugo Victorin. citatus cap. 4. Adam Sasbout. Prok. in *Isaiam*. & alij: Videndi quoque sunt, August. Valer. lib. in *dicato*, cap. 53. Carol. Reg. *orat. Christ.* lib. 6. cap. 24. Vazq. in 1. part. disp. 15. cap. 1. Cornelius Procem. in *Proph. Maior.* quæst. 5. §. Porro: Fabianus Iustin. lib. 1. de *sacr. Script.* part. 1. cap. 12. Canilius, lib. de *Deipara*, cap. 5.*

Demum, Radix appellatur à S. Gregorio Magno, *Piæfat. in Iob.* cap. 10. *Debemus (inquit) prius historia radicem figere, ut valeamus mentem postmodum, de allegoriarum fructu satiare:* addit, Homil. in *Evangel.* 40. *tunc namque allegoria fructus suaviter carpitur, cum prius per historiam in veritatis radice solidatur:* Videndus etiam est Homil. 2. in *Ezech.* Unde plane conficias, sicut absque fundamento domus, absque basi columna, & arbor absque radice, ita quoque sine literali sensu præiactò, reliquos non posse consistere; quod ex triplici paritate, præmissa probant eruditè, quos indico Auctores infra, sect. 12. quæst. 7.

Huinc facile, atque obvium est, mi Prælector, sponte ut tibi persuadeas, quæstionem expositivam ex literali potissimum intelligentiâ sulcilandam, eodemque sensu discutiendam esse; sic enim te prudenter monet Hugo Victor. *Prænot. de Scriptur. & Scriptor. sacr.* cap. 5. *Noli itaque de intelligentia scripturarum gloriari, quamdiu literam ignoras: literam autem ignorare, est, ignorare, quid litera significet:* addit mox: *noli ergo saltum facere, ne in precipitium incidas: ille rectissime incedit, qui incedit ordinatè, &c.* Quo autem

ordine fit incedendum Prælectori in sacri voluminis interpretatione, docet Isidorus Pelusiota, lib. 4. epist. 203. *Prudenter* (inquit) *cordateque, & secundum historiam dicta intelligamus, & quæ secundum contemplationem, & spirituales sensum vaticinè prelata fuerunt, sic etiam accipiamus; non autem vice versa, quæ historicè sunt prolata, ad spirituales intellectum; aut spiritualiter intelligenda, ad historicum sensum, per vim trahamus, sed utriusque generi dictorum, aptum, convenientemque sensum accommodemus, &c.* Hactenus ille, satis pro integra monitione, quæ cautum olim fuit à S. Hieronymo, ad cap. 13. *Isaiæ: quod spiritualis interpretatio sequi debeat ordinem Historiæ, quod plerique ignorantes lymphatico in scripturis vagantur errore. Propter Mysticos enim sensus, ab historia rei gestæ non esse recedendum, monet Rupertus, lib. 3. in Zachar. quæ multorum etiam Patrum sententia est.*

Maneat ergo, solidum literalis sensus præiaciendum esse fundamentum; quam ut potissimam monitionem tradit Christianus Druthmarus, Prolog. in *Matth.* ita præscribens: *Irrationabile mihi videtur, spirituales intelligentiam in libro aliquo quarere, & Historiam (idest sensum literalem, sive historicum) penitus ignorare, cum historia fundamentum omnis intelligentia sit, & ipsa primitus quarenda, & amplexanda, & sine ipsa perfectè ad aliam non possit transire. Rectè, ac merito ille; neque enim futili, aut inani cuiusque cogitatiunculæ innitendum, quod iure optimo, in aliquibus carpebat olim, & nunc quoque posset, Ludovic. Vives, de *caus. corrup. artium*. lib. 1. *Subiecto* (inquit) *absurdissimo aliquo sensiculo, tamquam fundamento surgebat illico incredibilis motus adificij, quæ hoc erat inanius, quæ aliis erigebatur.* Caveat ab hac ruina Prælector; qui si velit optimos nosse canones, pro investigando, & eruendo sensu literario, legat Luilium Turrian. 1. part. *Select. disp.* 3. dub. 5. Petrum à Iesu Mar. *Sufficient. concion.* tract. 1. cap. 12. Gillium in 1. part. lib. 1. tract. 7. cap. 6. Antonium Perez, volum. 3. dub. 12. cap. 4. Bonfrerium, *Prælog.* in SS. cap. 20. sect. 3. Carolum Reg. *orat. Christ.* lib. 3. cap. 5. Fabianum Iustin. *de sac. script.* 1. part. lib. 1. cap. 14. Sandeum, *Grammat. Proph.* comment. 18. à §. 8. Driedo, lib. 2. cap. 3. Serarium, *Proleg.* cap. 21. quæst. 15. Acofta, lib. 3. *de Christ. revelat.* cap. 21. Episcopum Oxomenf. Regul. 9. & 10. Ribera, *ad Oseæ*, cap. 11. à num. 5. Guilelmo Lindan. lib. 3. *de opt. gen. interpr.* cap. 16. Valentiam, in 1. part. disp. 1. quæst. 1. punct. 5. §. 3. Zumel, *ibidem*, ad quæst. 1. art. 10. quæst. sua. 6. Vazquez, *disput.* 15. cap. 6.*

Prætes

Præter literarium verò sensum, quem totius intelligentiæ fundamentum, basim, atque radicem esse diximus, alius necessario investigandus est, sacro Prælectori, sive ille spiritualis, aut mysticus, vel allegoricus dicendus sit, aut quocumque alio nomine compellendus, quod ut certum firmumque statuunt, & probant omnes Ecclesiæ Patres, Interpretes, & Theologi, id quæ variâ rerum, aptaque similitudine ostendunt, vocant enim hunc, illius animam, spiritum, ædificij culmen, fructum arboris, sive nucleum sub coricè delitescens, ut ex multis eruditè conficit Serarius, *Proleg.* cap. 21. quæst. 5. 6. & 11. Salmeron, *Proleg.* 7. & 19. Bellarm. lib. 3. *de Verb. Dei*, cap. 3. Cantapretensis, lib. 7. *Hypotip.* cap. 1. §. *Quonia*.
Quis verò ex duobus hinc sensibus dignior, aut præstantior sit? An omnia Prophetarum effata sensum potissimè mysticum habeant? An etiam quædam tantum sint literaliter accipienda? Quæ ratione, ac methodo è sensu literali mysticus sit eruendus? An uterque in singulis Prophetarum sententijs inveniatur? Ac similes controversiæ, quæ ex utriusque sensus inter se collatione possunt excitari, sect. 5. cum suis quæque Auctoribus inscriptæ proponuntur; unde, cum opus sit, petenda erunt singularum quæstionum veluti semina, quas propterea nunc ex instituto discutere, nec tempus, nec locus est.

Oportebit autem, ut gnavi Prælectores, pro utroque fæderando pulchram illam, & opportunam monitionem, præ oculis habeant, quam Olympiodorus, *ad cap. 5. Ecclesiast.* sibi scriptam reliquit: *Ut neque Iudeorum more litera iacentis sensum consecventur, neque è cunctis etiam scripturæ verbis Allegorias, & mysteria perscrutentur, &c.* cui monito subdit appositè Isidorus Pelus. lib. 4. Epist. 203. *Quòd si talis reperiatur aliqua prophetia, quæ & Historiam aptè, convenienterque, & spirituales sensum absque coactione conservet, ea sane, quin ad utramque partem utamur, nihil prohibet.* De quo videndus est Petrus Dam. lib. 2. epist. 12. opusc. 32. cap. 2. Hugo Victorinus. *Erudit. Did. scil.* lib. 5. cap. 2.

Eumquæ fuisse morem cunctis Ecclesiæ Patribus, in sacra scriptura tractatione observat S. Antonius, 4. part. tit. 11. cap. 2 §. 13. *Nam quo ad sensum (inquit) omnis expositio scripturæ fundata in veritate fidei, & congruenter aptata, bona est, & omnes Dicores talibus utuntur.* Sic ille, de literalis, ac mystico sensu differens: quod autem aptius temperamentum, in utroque usurpando servandum sit opportunè tradit Sixtus Senenf. lib. 3. *Bibliothec.* cap. 4. *Hic tamen* (inquit) *admonendi sunt, qui negotium exponendi sanctas scripturas assumunt,*

vt medium in his expositionibus teneant, & extrema quæ semper vitiosa sunt, fugiant, &c. Quæ perlequitur: subscribunt monitioni, Cornelius, *Encom. sac. scrip.* sect. 1. à num. 23. & Procem. in *Proph. Maior.* quæst. 5. August. Valerius, lib. 3. cap. 53. Acoſta, de *Christ. revel.* lib. 3. cap. 13. & 16. Antonius Perez. dub. 12. cap. 5. Cantapretens. lib. 7. cap. 1. Salmer. *Proleg.* à §. *Dico primum,* & *Proleg.* 9. can. 33.

Quæ verò ratione dignoscendus, & investigandus præalijs; sicut mysticus sensus, sapienter edisserunt, Serarius. *Proleg.* cap. 21. quæst. 16. Cantapretens. lib. 10. Regul. 11. & 36. Salmeron, *Proleg.* 19. à can. 1. Petrus à Iesu Maria, tract. 1. cap. 14. Bonfrerius. *Pæloq.* cap. 20. sect. 3. Episc. Oxomens. Regul. 32. Acoſta citat. lib. 3. cap. 17. Sandæus *Grammat. Proph.* comment. 19. à §. 10. Galarza, lib. 3. *instit.* cap. 6. Sherlogus Anteloq. 1. sect. 7. & Anteloq. 11. sect. 6. & plures passim.

Præterea quibus notis, & signis discerni queat sensus mysticus ab Auctore sacri voluminis intentus, ab illo, qui primario non intenditur, quinque propositis Regulis edisserit Escalante lib. 1. *Clyp.* cap. 21. alias item assignat lib. 7. cap. 26. eiusdemque argumenti canones tres supra viginti, eosque per vtilis statuit Salmeron *Proleg.* 19. & *Proleg.* 20. can. 24. & 25. Denique de præcipuis locis, aut sedibus, vnde sint, eruendi mystici sensus, quasdam apte demonstrat Corolus Regius *Orat. Christian.* lib. 6. cap. 25. & Escalante citatus, lib. 7. cap. 27. quorum omnium monita, ac documenta sibi nota, & veluti familiaria habeat Prælector, vt qua ratione se gerere debeat circa mysticos sensus, optime calleat.

Quo ad *moralem* verò sensum attinet, novi equidem quanti fecerint Ethicam, seu quod idem est, Tropologicam scripturæ expositionem sapientissimi Ecclesiæ Patres, quos tantum demonstro, S. Hieronymum ad cap. 13. *Isaiæ*, S. Ambros. in *Psalms.* 118. serm. 13. S. Gregor. lib. 16. *Moral.* cap. 10. S. Chrysoſt. tom. Homil. 2. de *script. obscurit.*, Tertullian. lib. de *cultu Fæmin.* cap. 2. & *spectac.* cap. 3. Origen. tract. in *Matth.* 32. Hildebert. Cænomanen. epist. 16. Ioann. Sarisberien. lib. 7. *Polycrat.* cap. 10. & 12. Alcinus Avit. catm. ad *forerem.* Veda, Prol. ad lib. 1. in *Samuel.* Ricard. Victor. lib. 1. de *erudit. inter Hemin.* cap. 1. Philippus Abbas, tom. 5. in *cant.* & alij quos passim obvios habes, quorumque testimonia factis aptè suadent, quo loco, & numero habendus sit expositori sacro sensus moralis.

Sed tamen quam cautè, ac temperatè adhiberi cum oporteat in:

ca:

ea, quam delineamus, expositivâ prælectione, ipse sibi Prælector, nullo suadente, inducet in animum; modo cordate dignoscat, aliud esse, disertam, & excultam concionem Ethicis Theſibus, ad componendos mores instruere, & argutis, vt nunc vocant, conceptibus exornare; aliud verò longe remotius, Biblicam controversiam, discutere, sensus loci penitissimos perſcrutari, Doctorum platica, & interpretationes expendere, germanam cuiuslibet opinionem exactè trutinare; propriam inter tot ambigua sententiam elicere, auctoritate, ac rationibus stabilire: Demum adductis in oppositum argumentis integrè respondere: hoc autem quam longe sit à concionatoris munere, non sinit eiusdem optimus institutor Carolus Reg. *orat. Christ.* lib. 4. cap. 15. quæ omnia fecundiorum eruditionis Biblicæ segetem espōcunt, & per aliam penitioris doctrinæ viam incedunt: quod inter vtraque discrimen mihi visus est; haud obscure indicasse S. Chrysoſt. oper. imperf. in *Matth.* Homil. 8. *Aliud* (inquit) *est docere; aliud Evangelium prædicare.* Qui concionatur Ethicis argumentorum assumptis, vt modo compellant, mores informare satagit; hoc est, Evangelium prædicare: si forte omnes prædicant Evangelium: ad sacram Scripturam docere proprium expositivi Prælectoris est, quod nisi opportunè suscitata, de textu quæstione, studioseque eventilata, ac demum eruditè soluta fieri omnino non potest: Ergo *aliud est docere, aliud prædicare.* Nam si plusiusto expositivam controversiam Ethicis excursibus Prælector inferferit, pulchram ille ac disertam efficiet concionem, at exactam sacræ Scripturæ prælectionem, fateor, non efficiet.

Si vero quandoque videbitur opportunum, & ex re natum, quod monet S. Gregor. lib. 1. in *Reg.* cap. 3. *Vt in eiusdem sacræ Historiæ verbis moralis intelligentiæ aliquid perquiramus:* ea brevitate, & vt ira dicam, cautione vsurpandum est, quam magni Scriptores consulunt, ac suadent; Ennodius, de *Epigram.* *Dom. Fausti:*

*Moralis strictis narretur, Phisica certis
Historiam monstrans indicet Historia.*

Abulensis, qui rarus, aut scilicet nusquam est in sensu morali, cum semel illum indicare aggressus est, ita præfatur, ad 1. Reg. 11. quæst. 15. *Licet non intendam metaphoris insistere, brevis tamen potest ex capite isto colligi moralitas, &c.* Carthusianus, dum in moralem textus explicationem incidisset, ad *Isaiæ.* 33. art. 60. *Moralem* (inquit)

verò intelligentiam festinanter propter prolixitatem vitandam percurrere omitto.

Antonius Possevin. lib. 2. Biblioth. cap. 78. ita cavet: *Sensus morales, atque ea quæ ad conciones attinent, breviter adnotanda; nimirum potius Auctorum loca, ubi tractantur, ostendenda, quam in ijs esset prolixè immorandum.* Idque in ordinis nostri statutis habent eius Magistri; nam *Profess. sacra Script. Reg. 15.* sic aperte decernitur de observationibus Ethicis, quas ex ipso literali textu natas esse oportet: *Quæ eiusmodi non fuerint, significet tantum, quibus ex Patribus de promi possint.* Quem canonem, ut rite observaret Martinus del Rio, suis in sacra Script. commentarijs, post exhibitum literalem sensum, Tropologiæ solet Auctores in loco indicare.

Idemquæ Proleg. in Thren. cap. 1. sic ad rem appositè scriptum reliquit: *Nec amo in prælectoribus concionatorem agere: sui cuique functioni fines, & termini, quos si transferre, vel confundere nitaris, decorum nequeas servare, & rudioribus fortasè placeas; doctioribus, & sapientioribus te ridendum propines, &c.* Caveat ab hac irrisione Prælector, & quod prudenter de semet ipso scriptum reliquit eximius sacrae paginæ Doctor Franciscus de Ribera, Procem. in Habacuc. à se quoque, & asserendum, & observandum statuat. *Nemo itaque (inquit) populares conciones, à me in Prophetarum enarratione, nemo locos communes requirat, &c.* Atque hanc ab alijs inculcatam monitionem, ut ipse perlegat quæso, sic enim Leo Castro, ad Isaiam, cap. 7. v. 2. Franciscus Rodericus, epist. ad Lector. in comment. Cardinal. Toleti, super Ioannem, Gabriel Alvar. Præfat. in Isaiam, §. ult. Cornelius, Procem. in Proph. Maicr. quæst. 5. §. Locos.

At si quandoque necesse sit, Ethica quædam argumenta leviter attingere, ea postremo loco indicanda sunt, ut nunc ad rem capio. S. Gregorium Homil. 40. in Evang. ita præipientem: *Quod de moralitate Historia valde est necessarium, hoc in expositionis nostri ordine servetur extremum.* Ideoque aliquando sanctus Athanas. Interpret. sacra Script. quæst. 57. Isidorus Pelus. lib. 4. Epist. 43. & alibi non semel propositas, de sacro textu quæstiones indicata moralitate terminare solitisint.

Præterea prudenter monet Ludovicus Tarrianus, censur. Theolog. centur. 4. dub. 1. *Circa sensus morales cavendum est, ne aliquis dicat aliquid contra sensum literalem, in quo non raro errant concionatores, præsertim indocti; sed in hanc eorum imperitiam, qui velit inveni, legat Riberam Procem. in Joel. Sherlog. Anteloq. 11. in cant. sect.*

4. Cornelium, Procem. in Proph. Minor. quæst. 3. §. Perro, Escalante lib. 7. cap. 12.

Sensum denique *Anagogicum* (quem in sacro textu etiam de fide admittendum esse vult idem Escalante, lib. 1. cap. 18.) deducunt interpretes ex S. Dionysio, de Cælest. Hierar. cap. 1. ubi Carthusianus, art. 5. de Eccles. Hierar. cap. 4. idemque Carthus. ibidem, art. 30. item ex S. August. 1. de Genes. ad liter. cap. 1. ut illum capit. S. Thom. Quodl. 7. art. 15. corp. Escalante citatus, lib. 1. cap. 14. & alij; quem ex apta Hieronymi descriptione. Epist. 150. quæst. 12. notum habeat Prælector, oportet: *In spirituali theoria (inquit) ad sublimiora transimus: terrena dimittimus: de futurorum beatitudine & cælestibus disputamus, ut presentis vitæ meditatio, umbra futura beatitudinis sit.* Ex quibus sensus Anagogicè notionè eliciunt, differuntque Salmeron. Prolegom. 7. §. Litera. Galarza, lib. 3. Evang. instit. cap. 11. De hoc sic Abulensis ad Matth. cap. 13. quæst. 28. *Est Anagogicus sensus, scilicet quando per res signatas in scriptura volumus ulterius significare aliquid, quod pertinet ad statum vitæ futuræ: & dicitur Anagogicus, idest sursum duccens, scilicet ad cælestia:* Haud disparem sensus explicationem tradunt. S. Thomas, 1. part. quæst. 1. art. 10. corp. & 1. 2. quæst. 102. art. 2. & ad Galat. cap. 4. lect. 7. Cassianus collat. 14. cap. 8. Senens. lib. 3. Biblioth. Bellarminus lib. 3. de verb. Dei, cap. 3. Montoya, lib. 1. controv. 20. Vazq. in 1. part. disp. 16. cap. 2. Driedo, lib. 2. cap. 2. Bonfrer. Præloq. cap. 20. sect. Escalante, lib. 1. cap. 14. Sherlog. Anteloq. 11. sect. 6.

Quibus autem ex locis, ac veluti sedibus educi soleat sensus Anagogicus ab Ecclesiæ Doctoribus, indicat Galarza lib. 3. cap. 8. 11. & 17. Marinus Mercennus, ad cap. 1. Genes. v. 1. quæst. 4. art. 1. Vazquez indicatus cap. 3. Quod vero attinet, ad usum Anagogici sensus, in divini textus interpretatione, is mihi canon videretur aptissimus, quem statuit Episcopus Oxomens. de sens. sacra. Script. Regul. 32. *Allegoria omnis (inquit) vel typus, aut Anagoge exigenda est, & expendenda ad normam verbi Dei, & receptam catholica Ecclesiæ doctrinā: qui autem nulla imminente ne cessitate allegorij vtuntur (idem de Anagogijs) certe videntur sancta Scriptura auctoritatem elevare, &c.* Nec novum est, quæ de allegoriā traduntur præcepta, vel etiam de Typo, ad Anagogem quoque revocentur: *Quia (ut idem Doctus Auctor paulo ante præmiserat) eadem regula omnibus, ex quo accomodari potest, atque etiam sensui Anagogico:* Nam & S. Chrysofost. Homil. in Psalm. 108. station. 1. sensum Anagogicum eundem cum mystico facit, quod & alijs Patribus in usu est: Hugo Vi-

Corin. Prolog. lib. 1. de Sacram. cap. 4. vt illum exponit S. Thomas 1. part. quæst. 1. art. 10. ad 2. *Sub sensu allegorico, etiam Anagogicum comprehendit.* De quo videndi Montoy, lib. 1. *controv.* 20. Acofta, lib. 3. cap. 14. Cantapretenf. lib. 7. cap. 1. §. *Divina, Dofma*, lib. 2. cap. 8. quod frequens fuiſſe antiquis, obvium.

Quo autem modo, ac temperamento attingendus fit ſenſus Anagogicus, inferre licet ex Origenis enim Homil. 2. in *Diverſos*, ſacram Scripturam mundo huic viſibili opportunè componens, quatuor illius ſenſus totidem mundi elementis ſimiles meditat, ac de Anagogico quidem ita profundè ſcribit: *Extra autem omnia, & ultra aethereus ille igneus ardor Empyreæ cæli, hoc eſt ſuperna contemplationis divine nature quam Græci Theologiam nominant circumglobatur, ultra quam nullus ingreditur intellectus*: Sic Adamantius, cuius mentem obſervat Pineda Præfat, in *Iob.* cap. 8. & notatione apta complexus eſt Cornelius à lapide; *Encom. ſacr. ſcript. ſect.* 1. *Ex quo* (inquit) *ſicuti ſenſum Historicum terra, & tropologicum aqua, ita rectè allegoricum aeri, anagogicū igni, & atheri adaptes*: Sapienter ille, hunc ſenſum cum igne contulit, vt quàm caute ad ignem acceditur, tam diſcat moderatè Prælector Anagogias attingere: ne pro luce combuſtionem ſubeat; & pro ſplendore patiat,ur incendium: præterea ignis in elementis altiorem ſibi ſedem vendicabit; quod obvium eſt ex Ovidio 1. *Metam.*

*Ignea convexi vis, & ſine pondere Cæli
Emicuit, ſummaque locum ſibi legit in arce.*

Quod quàm opportunè conveniat in Anagogem, conſtat ex eius virtute, ac ſignificatu, quem tradit Hugo Victorin. *Prænotat. elucidat.* cap. 3. *Anagoge, ideſt ſurſum ductio.* Carthuſian. ad S. Dionyſ. *de Cæleſt. Hierar.* cap. 1. art. 5. *Revelatio* (inquit) *ſeu divino- rum cognitio, Anagogica nominatur, ideſt intellectiva, & ſurſum ductiva, &c.* Vnde timendum pariter Prælectori ſit, quàm non audeat, ſed prudenter, ac formiduloſè, veluti in ſummam ignis ſphæram, ad inaccessam Anagoges arcem vereatur aſcendere: *Ultra quam* (aiebat Origenes) *nullus ingreditur intellectus*; ne pro aſcenſu ſibi pariat ruinam.

Stet ergo, præter ſenſum literalem, tres reliquos parè, ac moderate, & cum omni delectu, à Prælectore fore uſurpandos, ne myſticis nimium indulgeat, vt iure quondam de Origene dicebat S. Hieronymus; ſi ſequatur intemperate tropologicum, contionator potius ſit, quam Prælector, ac demum, dum in Anagogias

gogias importune conſcendat, iſtis earum quaſi fulgetris reberata luce, noctem potius offundat prælectioni, aut ex ſumma Ætheris arce dilapſus, miſerum ferat præcipitium; nam, vt ſcitè S. Anſelmus, *carm. de contemp. Mund.*

Omnia præcipitem formidant ardua caſum.

Et verò quo loco habendi ſint tres potiſſimi, ſenſus literalis, Myſticus, Tropologicus, audiat Prælector ab Eligio Noviomènſi, Homil. 2. *Historia quædam* (inquit) *niſi altius repetantur, videntur eſſe ſub obſcura: quædam verò inſunt myſtica; & quædam inſtitutione moralis intelligentiæ ſæcunda*: Item à Ioanne Sarisberienſi. lib. 7. *Policrat.* cap. 10. his verbis: *Cum verò, primum ſit excutiendus ſenſus Historicus* (en literalem) *quicumque animum, vel ad finem* (en allegoriam) *vel ad opera fidei, quæ ſunt boni mores* (en Tropologiam) *magis informat, laudabilior, & plane utilior eſt*: Sic ille ſenſuum ordinem, ac ſeriem pro Prælectionis uſu concinne diggeſit; ſed quæ ſit in his ſervanda moderatio, docet S. Gregor. in *lib. Reg.* ita præſcribens: *In locis tamen ſingulis, & Historica aſſerere, & Typica proferre, & conferre moralia, & proponere exempla refugio, &c.* De quo ſignatè videndi Hugo Victor. *Erudit. Didact.* lib. 6. cap. 2. & ſequent. Petrus Damian. *Serm.* 71. Eligius Noviomènſi. Homil. 15. S. Maximus, *Oeconom.* cent. 4. cap. 76.

Demum, vt fidem ſolvam, quam initio Prænotationis obſtrinxī, pauca quædam de ſenſu accomodatitio ex probatorum interpretum ſententia tantùm indicabo: Primò enim Serarius *Proleg.* cap. 21. quæſt. 14. quatuor notat vitia, quæ in hoc ſenſu eliciendo committi ſolent, quæquæ à Prælectore fugienda, ſi quod meum conſilium eſt, ipſum in primis admonitum velim: ſimiliter Antonius Perez, volum. 3. dub. 12. cap. 6. quàm bene ab aliis quibus adhiberi hunc ſenſum, tam male ab alijs uſurpari, prudenter obſervat. Rurſus, ex quibus ſacræ Scripturæ locis elici ſoleat ſenſus accomodatitius, indicant, Iuſtinianus, lib. 1. *de Script.* part. 1. cap. 12. Bonfrerius *Præloq. in Script.* cap. 20. ſect. 7. Acoſta. lib. 3. *de Chriſt. revelat.* cap. 5. Quo autem modo, atque ratione, tradunt Vazquez in 1. part. diſp. 14. cap. 6. Carolus Regi. *Orat. Chriſt.* lib. 6. cap. 24. Antonius Perez. dubio citat. cap. 3. num. 22. Acoſta quoque euſdem lib. 3. cap. 13. cuius argumenti, quaſdam apponit regulas Eſcalante. lib. 7. *Clypei.* cap. 5. Quæ omnia in promptu, atquæ uſu habeat Prælector, ne cum ſit opus accomodationem obiter attingere, in eius opportunitate, ſaltem ex alijs

alijs Auctoribus indicanda, devius, & importunus exeret.

Atque equidem eiusmodi textuum accomodationem tantum ex alijs indicandam, ex industria dixi, á prælectore, quod haud immerito censeam, illam non esse proprium aliquem, atque germanum sacrae Scripturae sensum, sed sacrae alicuius, ac piaæ assertionis velut ornatum, cuius illustrandæ veritati appositum divini Codicis testimonium opportune coaptatur, ad quam significandam, apte accommodantur verba Scripturae, quod non raro ab Ecclesia, & á SS. Patribus fieri solitum est, vt expræssè tuetur, P. Valentia, in 1. part. disp. 1. quæst. 1. punct. 5. §. 3. Etenim (inquit) eiusmodi veritas, non est propriè sensus Scripturae ipsius, cum Scriptura Auctor, minime intenderit illam significare, aut per Scriptura verba, hoc est literaliter; aut per res ipsas verbis proxime significatas, hoc est spiritualiter, &c. Huic etiam sententiæ subscribit Vazq. ibidem, disp. 14. cap. 1. & 7. Aosta, lib. 3. cap. 4. Vnde cum accomodatio, verè, ac propriè sensus Scripturae non censeatur, haud erit, cur Prælector, Biblicam quæstionem ex sensu tantum accomodatio, aut excitet, aut tractet, aut solvat: id que sibi solum licere ducat, vt post verfatam ex literali sensu, discussamquæ quæstionem, reliquorum Auctores, velut extento digito demonstrat: Demum hoc salutare monitum pro appendice, sive illatione, percipiat á Hugone Victorin. lib. 5. erudit. Didasc. cap. 2. Oportet ergo tractare sic divinam Scripturam, vt neque vbiq; Historiam, neque vbiq; Allegoriam; neque vbiq; Tropologiam (idem de Anagogia, & accomodatione dictum esto) sed singula in suis locis, prout ratio pestulat, competenter assignare: Hoc fac, & sapiens, ac perge præterea cogniturus.



QUIBUS EX SEDIBVS, AVT
Capitibus, Biblica Quæstiones ab
antiquis Patribus excitari
solita?

PRÆNOT. XIV.

Verè ac iure quondam, & nunc quoque verius, S. Augustinus, lib. 11. confess. cap. 30. Nec patiar (inquit) Quæstiones hominum, qui pœnali morbo plus sitiunt, quàm capiunt. De quo iterum lib. 12. cap. 1. & lib. 2. de Genes. contra Manich. cap. 2. In quem eos morbum incidisse non ambigas, quod plus æquo, aut curiositati vacantes, aut nimium ingenio fidentes, tritaquæ antiquorum Patrum semitas, pro suscitandis Biblicis quæstionibus prætergressæ germanas earum sedes, & capita, vel ignorant, vel subsequi dedignantur: quos propterea in orbitam revocari par est; vt inspectis veterum exemplaribus, saltem addiscant quibus potissimum ex sedibus, veluti fontibusquæ veteres olim Patres sacri super contextus interpretatione proprias Biblicæ controversias excitare, ac discutere soliti sunt; quod indicatis earum capitibus, & subiectis quarundam exemplis, aptius equidem exequar.

1. Ex proprii germani quæ sensus investigatione: cuius exemplum est, apud Anastasium Nicæm. quæst. 24. Verè ne an allegoricè tantum sit Paradisus? Similiter apud Sinaitam, quæst. 23. & Moses Barcepha, 1. part. de Paradiso. cap. 28. pari formâ, quæstionem excitat: ex Prophetis autem, ea se præ multis offert, de meretrice ductâ in uxorem ab Osea, quam S. Hieronymus in eius Proœmio, vocat: Difficillimam Quæstionem; nempe: Vtrum vera vxor hæc fuerit fornicaria, an metaphoricè, & spiritualiter Gentilis, & Idololatrica? Quam eruditè versant ad cap. 1. Osee v. 3. de Recentioribus, Castro, Ribera, Cornelius, & Gaspar Sanchez: Similes S. August. Ex vet. testam. quæst. 38. Et ex vtroque mixtim. quæst. 106.

2. Per simplicem intelligentiæ inquisitionem: vt est illa S. Athanasij; Interpret. Sacrae Scrit. Quæst. 78. Quid est quod dicit:

Sitientes venite ad aquas? Similique rogandi formula, quæst. 80. 82. & sequent: Anastas. Sinaita, quæst. 29. 40. & 56. Theodoret. in *Genes.* quæst. 20. 22. & 40. & alijs; in *Exod.* quæst. 12. 15. in *Levit.* quæst. 2. in *Numer.* quæst. 9. & alibi frequenter: S. August. in *Genes.* quæst. 15. 16. & ex *vet. testam.* quæst. 40. & alibi passim.

3. Ex investigatâ rerum, vt sic dixeris, quidditate, talis formæ est, quam instituunt Anastas. Sinaita, quæst. 48. & Nicænus quæst. 52. *Qualis nam statua, quæ apparuit Nabuchodonosor?* Et rursum Sinaita, quæst. 49 & Nicænus, quæst. 53. *Quenam sint septem infusoria, quæ vidit Zacharias?* Cuius formæ similes alias excitant idem Sinaita, quæst. 40. & Theodoretus in *Iudic.* quæst. 16. in *Genes.* quæst. 39. in *Exod.* quæst. 38. in *Num.* quæst. 22. in *Deuter.* quæst. 7. in *Iosue* quæst. 4. & alibi.

4. Ex rationis, & causæ indagatone: cuius generis sunt, quæ moventur à Græcis maximè Patribus: S. Iustinus sic inquit, ad *Orthodox.* quæst. 145. *Cur esum carnis animalium permittit Deus, sanguinis vero vetat?* ad *Genes.* cap. 9. 4. paræ formæ sunt apud S. Athanas. quæst. 10. & 11. ad *Antiochum*, & alijs frequentissimè Anast. Nicæni, quæst. 63. & 65. Sinaita, quæst. 27. 28. & pluribus Theodoret. in *Genes.* quæst. 13. 16. 21. in *Exod.* quæst. 24. 68. in *Levit.* quæst. 10. 14. in *Numer.* quæst. 1. 5. 12. & alibi sæpe, Moys. Barceph. 1. part. de *Paradis.* cap. 28. multas excitat, cuius speciei plures occurrunt apud Prophetarum Interpretes.

5. Ex eiusdem rei in actu varietate: talis quæstionum species est, quam habet Theodoretus in *Genes.* quæst. 28. *Quomodo primi parentes post esum agnoverunt, quod nudi essent, qui ante esum nihil tale senserant?* Eiusdemquæ formæ, alias excitant, idem in *Numer.* quæst. 23. in *Iosue*, quæst. 1. in *Iudic.* quæst. 1. & 9. Anastas. Nicæni, quæst. 32. 36. & 66. Moys. Barc. 1. part. de *Paradis.* cap. 28. S. August. ex *vet. Testam.* quæst. 36. 43. in *Numer.* quæst. 61. & alibi: Anastas. Sinait. quæst. 33. & alijs S. Iustin. quæst. 48. ad *Orthodox.* & quæst. 135.

6. Ex illatione de aliquo textu: harum speciem legis, apud Anastas. Nicæni, quæst. 10. & apud Sinaitam quæst. 11. *Cum Deus dicat per Prophetam Aggeum, cap. 2. v. 9. meum est aurum, &c. numquid quicumque evasit dives, ditatus est à Deo?* Similique formæ aliam inscribit quæst. 15. S. August. ex *vet. Testam.* quæst. 32 & 33. Anastasius Sinait. quæst. 62. 64. & 131. S. Iustin. quæst. 93. & sequent. S. Athanas. ad *Antioch.* quæst. 82. & 84. & alijs.

7. Ab

7. Ab antilogia, sive apparenti in stylo sacri contextus oppositione: harum quæstionum Origo frequentissima est ab antiquis, vsque Patribus: nunc solum earum speciem à veteribus confirmatam indicamus: ij sunt S. Iustinus, ad *Orthodox.* quæst. 26. 57. 98. 125. & alijs sæpe: Anastas. Nicæni, quæst. 50. & 64. Sinaita, quæst. 26. 46. & 142. S. Athanas. ad *Antiochum*, quæst. 12. & 112. S. August. in *Genes.* quæst. 20. & 23. & in *Iudic.* quæst. 4. S. Hieronym. ad *Matth.* 13. v. 29. S. Ambros. lib. 10. in *Luceam* ad cap. 24. v. 39. S. Paulin. Epist. 34. ad *Matth.* 21. v. 19. Paschas. Prolog. lib. 5. in *Matth.* ad *Ezech.* cap. 1. v. 10. Huius vero generis species multæ infimæ sunt, vt ex Historica narratione, ex oppositis, vt videtur sententijs, ex ipsis Editionibus, ex chronologia, & chorographia, alijsquæ pluribus, de quibus nos latius infra sect. 7.

8. Ex argumentatione Dialectica: eiusmodi est, quam ex duplici sacre Script. textu suscitatur S. Iustinus, quæst. 142. en verò illos: Psalm. 8. v. 6. ita de Homine canit David: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis:* rursum Psalm. 81. v. 6. *Ego dixi Dii estis:* ex quibus ita Quæstionem, quam Syllogisticam iure dixeris, instituit S. Pater.

*Si Angelus est homine superior,
Et sacre literæ homines appellant Deos,
Nonne convenit Angelos quoque Deos à
nobis appellari?*

Quod idem Syllogismi consequens à Iob asseritur, ita de Angelis pronuntiante cap. 38. v. 7. *Et iubilarent omnes Filij Dei.* Ac de quæstionibus eiusmodi, quæ per consequentiam aliquid inferunt, idem S. Doctor, initio responsionis ad *Quæstiones Græcorum*, quædam opportune.

9. Ab inquirenda adimpletione Prophetice comminationis: exemplum harum expressum est, de prædicto ab Isaia, Ezechiae Regis interitu, post S. Iustinum, quæst. 33. ad *Orthodox.* apud S. Gregor. lib. 12. *Moral.* cap. 2. *Quia in re (inquit) Quæstio oritur, quomodo per Prophetam dicatur, quia morieris tu, & non vives, cui cum mortis sententia dicta est, protinus ad eius lacrimas est vita addita?* Cuius speciei similis est alia lib. 16. *Moral.* cap. 5. necnon, & illa de Ninives everfione apud S. Iustinum quæst. 36. quæ est inter *Ionæ Interpretes* obvia.

10. Ex

10. Ex supposita quoque hypothefi solent interdum excitari, cuius generis una est apud Moysen Barcepham. 1. part. de *Paradoiso*, cap. 22. *Quid Adamo, Evaque futurum fuisset, si impositam sibi à Deo legem non fregissent?* aliaque similis formæ cap. 24. & apud S. Athanas. *ad Antioch.* quæst. 50. sed quam in hisce movendis cautè incedendum sit, suo docet exemplo S. Ambros. qui lib. 1. de *Fide*, cap. 5. factis quibusdam ex hypothefi Quæstionibus, à Deo veniam expostulat semel adversus Arrianos agens. *Sed avertat* (inquit) *Deus hanc amentiam: nos enim ad impietatem eorum redarguendam hanc retulimus quæstionem, &c.* Iterumque post multa: *ignoscet mihi Pater* (addit) *ignoscet mihi Filius, ignoscet & Spiritus Sanctus, Quæstionem pro pietate referre cupienti &c.*

11. Ex nominum impositione, mutatione, & veritate: huiusmodi est, quam versat Origenes, Præfat. in *Epist. ad Roman.* ita præfatus: *Prima nobis Quæstio de nomine ipsius Pauli videtur exurgere: Quo item ex capite movent similes S. Iustin. Dialog. cum Tryphone, & quæst. 2. Anastas. Nicæn. quæst. 49. & 55. Sinaita, quæst. 51. Theodoret. in Iudic. quæst. 3. & 8. in Numer. quæst. 16. & 25. in Deuter. quæst. 1.*

12. Ex locutionibus, quæ Deo tribui solent: multæ sunt illæ, ac variæ; quas propterea, ad unam omnes recensere, non est animus: tantum hanc movendarum Quæstionum sedem ostendimus: S. Gregorius, in *Ezech.* Homil. 9. ad illum capituli 2. v. 5. *Si forte, vel ipsi audiant, &c.* Harum speciem indicavit, sic interrogans: *Cur hoc sub dubitatione dicitur, cum quid futurum sit, à Domino præsciatur?* Similis formæ quæstionem excitat Origenes, tract. 19. in *Matth.* ad cap. 21. v. 37. Paschas. ibidem lib. 9. Reliquæ ex simili locutione Deo attributæ hoc ad caput spectabunt, quod tantum indicasse sufficiat: qualis est illa S. Augustini, in *Exod.* quæst. 152.

13. Ex investigata Typi, aut Symboli mystica significatione: qualis est illa, exempli loco à Theodoro suscitata, in *Iudic.* quæst. 14. *Quid significabat vellus illud, quod rorem suscipiebat?* aliæque similis speciei, in *Exod.* quæst. 99. in *Levit.* quæst. 19. S. August. in *Exod.* quæst. 103. in *Numer.* quæst. 35. & alibi, ac de Iona quidem, potissimo Christi Dom. typo, S. Iustinus, *ad Orthodox.* quæst. 64. de alijs eiusmodi, S. Athanas. *ad Antiochum* quæst. 62. & 63.

14. Ex inquisito rerum discrimine, germanoque vocum significato: propria harum species est, quam exprimit Theodoret.

in

in *Exod.* quæst. 38. sic inscribens: *Qui differunt Idolum, & similitudo?* S. August. in *Levit.* quæst. 20. ita: *Quaritur inter peccatum, & delictum, qua sit differentia?* Quibus pares alias instituit S. Iustinus, quæst. 92. & 121. Anastasius Sinaita quæst. 50. Rursum S. Augustin. in *Levit.* quæst. 24. & 53. & in *Iosue*: quæst. 4. Theodoretus, in *Exod.* quæst. 48. in *Deuter.* quæst. 28. & uterque alibi non semel.

15. Ex indagandâ ratione, aut modo rei gestæ: cuius generis est, quam excitat Anastasius, aut Nicænus, aut Sinaita sub eadem inscriptione hac, quæst. 31. *Quomodo steterit diabolus coram Deo cum Angelis?* Simili specie S. Augustinus *ad Iudic.* cap. 8. v. 82. quæst. 43. *Non prætereunda* (inquit) *oritur quæstio: quomodo quievit terra quadraginta annos in diebus Gedeon? &c.* Et quod ad Prophetas attinet, sub eadem formâ talem instituit S. Athanasius *ad Antioch.* quæst. 28. *Quo modo videntur aliquoties Propheta vidisse Deum?* cuius formæ pares alias instituit Theodoretus.

16. Ex ambiguo quoque vocum significato, iuxta stylium arcani sermonis, exoriri sæpe Quæstiones, docet S. Augustinus, in *vet. Testam.* quæst. 9. *Per id* (inquit) *quod multimodam rationem habeant verba, faciunt Quæstiones, nam si ad hanc causam, de qua agitur, referantur, nulla erit quæstio; quia per ordinem res ipsa se produunt, &c.* Quo de genere, multa Ioannes Driedo, lib. 3. de *Reg. & Dogmat.* tract. 2. cap. 1. & 2. Cantapreten. lib. 10. *Hypot. Reg.* 11.

17. Demum ex ipso rerum decoro, aut opportunitate, vel quod idem est, ex eo quod rem deceat, aut ita fieri oportuerit qualis est illa S. Augustini, *ex vet. Testam.* quæst. 3. *Quid opus erat per Moysen, & non ante, exordium mundi, & ordinem naturæ exponere?* Cui similis speciei non semel occurrunt apud Prophetarum Interpretes.

Atque hæc quidem potissima sunt, & vfitata frequentius ab antiquis sacræ paginæ Tractatoribus, movendarum ex arcano textu Quæstionum capita: siqua verò præter hæc indicata forte reperiantur, aut his erunt simillima, vel eiusdem erunt coloris, & formæ, ut ad præmonstrata facile revocentur: De quibus equidem paratam habeo, & sanè opportunam monitionem, à Melchioro Cano, lib. 12. de *locis* cap. 11. ita conceptam: *Vbi Theologo differendi materia fuerit oblata, quæstionem accuratè debet expendere, statuerque in primis, cuius generis illa sit, ex omni illa, quam supra explicuimus, Quæstionum varietate, nisi enim Theologus naturam quæstionis comprehenderit, nec facile intelliget, qualia sint ei investiganda argu-*

K

MENA.

menta, nec ex quibus etiam petenda locis. Hactenus ille, sapienter, & appositè.

Hinc sœcundam differendi segetem expromet gnarus Prælector, quam, ut cum ratione, ac methodo, atque ad eò cum proventu versare noverit, discet à Philosophiæ Scholâ, sic enim Stoici docebant, teste Seneca, epist. 65. *Duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiunt, causam, & materiam; materia iacet iners, res ad emnia parata, cessatura, si nemo moveat; causa autem idest ratio, materiam format, & quocumque vult, versat: ex illa, varia opera producit, &c.* Ergo qui disputandi materiam in oblato Prophetæ capite, aut textu ex præscriptis in methodico carmine, signis indicatam nactus erit, ne inertem iacere paciatur, & ad omnia paratam; illam, ne cesset in discussa, hinc inde moveat, tractet, ac verset: tunc ut ratio, & studium accefferit informem, quæ prius videbatur, materiam resinget, quocumquè movenda Quæstio sit, facile ducet. & multam controversiarum speciem, quæ tamen, ut fas est, Biblicæ sint, effigiat: quod ut ad præxim, sua ipse industria, & ingenio non violenter admoveat, superest denique cognoscendum.

QVÆ SIT ERVENDARVM é textu Quæstionum, ratio, modus, & terminus?

PRÆNOT. XV.

Timerem equidem à M. Cani sententia lib. 12. de locis, cap. 5. nisi nobis res esset cum viris Doctis, & in scholastico pulvere versatis, qui quod mihi desit, sua ipsi doctrinâ, suppleant: Nulla (inquit ille) *Theologica Quæstionis* (dicam & Biblicæ) *præcepta firma, stabiliaquè tradi possunt, nisi ab ijs, qui in Scholâ se se multum, ac diu exercuerunt:* Sed conandum tamen nobis est, ut pro eruendis é sacro textu Quæstionibus, non nihil saltem intendamus.

1. Primum ergo cum tibi Prophetæ cuiusvis caput, mi Prælector, obtigerit, illius contextum sedulo, ac penitus inspicere, atque

cu-

curiosius perscrutare, num aliqua tibi dubitationis species ex eius inspectione protinus exiliat: si verò nullam videas statim excitari, duos, tres, vè, aut plures, si habeas ad manum, maximè de Recentioribus Interpretes consule, quorum ex volutatione, nam multa frequenter inquirunt, tunc sine morâ plurimum quæstionum scintillæ statim emicabunt: mox cuius loci, aut inscriptæ in versibus Dictionis illæ sint, facile dignosces: scilicet, an ad *Res, Tempora, Stylum, Allegationem, Crimina, Mystera* vè, sive ad reliqua Methodi capita spectent: quo palam invento, partem illam carminis, ad quam pertinebunt, mox per suas sectiones inquire, ubi plusculas, ea de re Quæstiones excitatas cum suis quamque Auctoribus, affatim, ut reor, apponimus: eam quæ tibi magis arriserit, elige, indicatos Tractatores percurrere: & quàm multâ tibi versandæ cuiusque messem suggerat, malim experiaris, dum ipse perlegas: nescio enim quâ tibi brevius, & opportunius inscriptarum in limine dictionum, causam, vsurquè perstringam.

Quod vero attinet ad rationem, ac Methodum, pro suscitandis é textu quæstionibus, aptius equidem fecero, si quædam obiter documenta simul, & exempla de veterum scriptis ex prompta veluti præceptionum loco subjiciam (ita monente Hieronymo, ad *Matth.* cap. 18. *Vt quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem, exemplaque teneatur.* Atquè ut hinc iam progrediar.

2. Maximus disputandi Præceptor Aristoteles, lib. 3. *Metaph.* c. 1. ita statuit: *Est autem opera pretium aliquid facultatis habere volentibus, bene dubitare; posterior enim investigatio priorum est solutio dubitatorum.* Iure ille: princeps quippe suscitandarum aptè quæstionum, ratio est: *Bene dubitare.* Hoc est, opportune quærere, ac pro re nata investigare, & ut explicat inibi S. Thomas, *lect. 1. Bene attingere ad ea, quæ sunt dubitabilia.* Tantum diceret, intimas insitæ dubitationis veluti fibras argute rimari, ex quo *posterior investigatio priorum, erit solutio dubitatorum:* Tanti est, in excitanda Quæstione *bene dubitare:* Nam ut ad rem, Alcuinus, Epist. 106. *Prudenter quærere, via est inveniendi:* Atque ex hoc maximè capite, Lectorem præmonet, ac solatur S. Augustin. ingressu ad lib. *Quæst. in Genes.* sic præfatus: *Siquas Quæstiones propositas invenerit, nec solutas, non ideo sibi nihil collatum putet: non nulla enim pars inventionis est, nosse quid quæras:* Cui sententiæ subscribunt Cassiodorus, *Divin. lect.* cap. 8. P. f. *hæf. exod. lib. 2. in Psalm. 44.* Origenes apud Senens. *Biblioth.* lib. 5. Annot. 146.

3. Res ab origine, si necesse sit, altius repetenda, quo facilius sternatur, Quæstionis expeditioni via, vel omnis etiam dubitandi tollatur occasio: sic Paulus, de fide Abraham, differens ad Rom., cap. 4. v. 10. sapienter exequitur, adducto Genes. 15. v. 6. textu, totius materiæ veluti capite, & exordio: quo loci mentem Apostoli, hac notatione palam exponit S. Ambros: *Ab origine incipit, ut omnem tergiversationem cavillationis excludat: quia qui à capite (id est ab exordio) excluditur, non habet; unde incipiat facere quæstionem, &c.* Parique monitione S. Eligius Nobilient. Homil. 2. *Quadam (inquit) nisi altius repetantur, videntur esse sub obscura.* Ideo prudenter ad rem Tertullianus lib. 1. contra Marcion. cap. 17. ut clare, atque concinne differeret: *Regrediar (inquit) necesse est ad originem Quæstionis, &c.*

4. Si genuina discutiendi contextus intelligentia capiatur, plures in utilium, imo ineptarum Quæstionum anse dimittentur: habes exempla penes Theodoretum ad cap. 1. Genes. v. 2. quæst. 4. quam ex aliena, ut videtur, dubitatione sic intercribit: *Si terra erat, quomodo creata est?* Cui statim respondet: *Levis nimium, & stolidi quæstio: nam qui dixit, in principio creavit Deus Cælum, & terram, non aeternam dixit esse terram, &c.* Si ergo proprius Historicæ narrationis contextus caperetur, nulla superesset importunæ Quæstionis occasio: similem quoque ex male intellecto literæ sensu imprudenter exortam, ita fugillabat ibidem quæst. 11. super Cælorum numero: *Imperitia plena videtur esse huiusmodi Quæstio: oportebat enim ex temporis ratione, & ipso creationis modo cælorum diversitatem nosse, &c.* Adeo ineptum est, perspicuam textus intelligentiam intemptiva Quæstionum curiositate passim onerare: quod iam olim cavet Melchior Cano, lib. 12. de locis, cap. 6. ubi, quibus notis Quæstiones fidei diiudicari possint, eruditè discutit: *Itaque (inquit) si Scripturæ divinæ locus, planum & apertum habet sensum vel ex contextu, vel ex alio eiusdem Scripturæ loco, vel ex verborum ipsorum clara luce, nullum nostrum præceptum est, &c.* Nempe de sufficiendis è textu quæstionibus, quæ enim clara, & aperta sunt, quorsum eiusmodi dubitationum nebulis obfurentur?

5. Et quoniam non semel accidit, ex non penetrato difficultatis nucleo, & (ut scholasticè dicam) quidditate, multam controversiarum, disceptationumque sylvam exoriri; studendum erit, vt germana, propriaque, & velut insita quæstioni dubitatio, penitus attingatur, quo nulla supersit in eius absolutione contentio: sic & monitum, & observatum est, à S. Augustino; qui serm. 26. de Divers.

vers. cap. 18. ita disertè ad subortam dubitationem, ex cap. 12. ad Rom. v. 20. *Et hic (inquit) Quæstio est; quomodo enim quisque diligit, quem vult ardere carbonibus? Ecce quæstionis thesaurus: & audi maximi Doctoris absolutionem: Sed si intelligatur (ait) nulla contentio est, &c.* Vides quantum proficiat excitatæ difficultatis cognitio, vt Quæstioni opportunè fiat satis: aut aliter, S. Iustinus, quæst. 109. ad Orthod. ita in re simili claudit: *Debebat ergo ex his dictis considerari, rem fieri posse, ac non inepta dubitatio proponi:* Claudianus. quoque Mamert. lib. 3. de stat. Anim. cap. 3. sic adversarium alloquebatur: *Si tibi visiois huiusce sincerum veritate claruerit, nulla quæstionis difficultate iactabere.*

6. Vnde consequens est, vt amovenda iure sit à Biblico dissertatore. illorum iactantia, qui vt se ingeniosos, & argutos, ne dicam sciolos, ostendant, præter, imò, & quandoque contra contextum, subtiles seu potius graciles, etiam de clarissimâ sensus intelligentiâ controversias excitant plus futilitatis, quam ingenij præferentes, qui sibi dictum putare deberent, quod merito præcipit divini verbi tractator us Concilium Mediolan. tit. de predicat. verb. Dei: *Ne ostendenda doctrina, & eloquentia causâ difficiles, atque inanes quæstiones conquirant:* En quoque illos à Cassiano indicatos collat. 4. cap. 9. *Quidam vana glorie amore discipuli, qui pro ostentatione doctrinæ ea quæ optimè norunt, interrogare se simulant: Sive vt ait S. Chrysologus, term. 156. Non interrogant, sed insultant, quando scientes interrogant, nescientes non ignorant.* Et de his paria S. Iustinus. Dialog. cum Triphon. S. Zeno, term. de Fide. Rupertus lib. 6. in Ioann. S. Gregor. Nazianz. orat. 33. *Alit heu bone Deu! Si tanta facilitate (inquit Lupus Abbas Ferrariens. Epist. 34) disuti possem à quoquam, quanta moventur Quæstiones olim ad consummatam studiose quiquè sapientiam evassissent:* Sed redeo ad reliquas Præceptiones, ex alijs obiter indicatas.

7. Quæ de naturalium rerum disquisitione scriptum reliquit S. Augustinus, lib. de Genes. imperf. cap. 1. id sibi potiori iure præceptum de arcani sacræ Script. controversijs, cordatur Patre Doctor existi: et: *De obscuris (inquit) naturalium rerum, quæ omnino potest à Deo artifice facta sentimus, non affirmando sed querendo tractandum est, in libris maxime, quos nobis commendat auctoritas (Sacros Canonis libros intelligit) in quibus temeritas asserenda incerta, dubiaque opinionis difficile sacrilegij crimen evitat, ea tamen querendi dubitatio Catholicæ Fidei metas non debet excedere, &c.* Consonat S. Ire-

nęus, lib. 2. *advers. Hęres.* cap. 47. á cuius etiam calamo est, quę subsequitur admonitio.

8. *Si autem & aliquis* (inquit lib. 2. cap. 43.) *non invenerit causam omnium, quę requiruntur, cogitet, quia homo in infinitum minor est Deo.* Rursum cap. 47. post alia huius argumenti: *Quid mali est (addit) si eorum, quę in scripturis requiruntur, &c. Quędam quidem absolvamus, secundum gratiam Dei; quędam autem commendemus Deo? &c.* Prudenter ille.

9. Etenim quę divinę Scripturę textibus, ne agitari quęstio, nec expediri possit, coniultius erit dimittenda; quod cautę monet, & observat Lupus Abbas, qui ventilatę cuiusdam ab Augustino, Quęstionis memor, ita rescripsit Epist. 30. *Illę quędam prior quęstio, quę quia nullis divinarum scripturarum exemplis, aut testimonijs, aut agrę, aut nunquam definiri poterat, in medio reliquit* (Augustinus) *penitus omittamus:* favet huic monito S. Irenęus, lib. 2. cap. 47. & lib. 3. cap. 4. S. Greg. lib. 23. *Moral.* cap. 11. & plures.

10. Non pro cuiusquę arbitrio, & merę comminiscendi libidine dimovendas esse quęstiones, ac ventilandas, docet S. Irenęus lib. 2. *advers. Hęres.* cap. 46. ita post multa: *Contraria (inquit) sibi dogmata statuentes, sicut & Gentilium Philosophorum Quęstiones: itaq; secundum hanc rationem. Homo quidem semper inquireret; nunquam autem invenit, eo quod ipsam inventionis abiecerit disciplinam, &c.* Cui germanum est, quod sponte succedit ab antiquissimo scriptore. Et enim,

11. Tertullianus, *Pręscript. advers. Hęres.* cap. 16. ita monet: *Nisi ratio constitierit, in primis illa quod fides nostra obsequium Apostolo debeat prohibenti Quęstiones intrare: novis vocibus aure accomedare, &c.* quę subdit: *Occlamat in re Nazianzenus, orat. 33. Quę hęc tantę disputandi cupiditas, ac lingua prurigo? Quis novus hic morbus, aviditas quę inexplebilis? Suffragatur quoquę Ioannes Sarisberienf. quem lege, lib. 7. *Policrat.* cap. 12.*

12. Iam diu versatas, vel potius everfas Quęstiones, & iterata veterum tractatione sopitas non esse velut postliminio suscitandas, docuit Nazianzenus orat. 37. *Quęstionem quidem (ait) iam pridem oppressam, & extinctam, atquę à fide submotam, & ex turbatam hoc tempore renovari doleo, & ingemisco, &c.* De Philosophis pariter proximę indicatus Sarisberienf. *Iactant se invenisse de novo, quod erratum est ab antiquis, &c.* Postmodum illius ridet inęptias: *Qui veterem paratus est solvere Quęstionem, in qua laborans mundus iam senuit.* Sic ille quondam, & nunc quoque iure scriberet.

13. Tandem in promptu habeat Biblicus Pręlector, quę pro versandę quęstione doctissimi Patres exhibent monitiones: S. Athanas. *contr. Arrian.* serm. 3. *Neque si te in Quęstione non explices, diffidendum est sacris scripturis, quoniam melius est, habetabundos ignoratę causę tacere, & credere, quęm ideo non credere, quia hesitant.*

S. Gregor Nazianz. orat. 26. *Quid autem est, quęm obrem grave, & acerbum putes, si non in omni disputatione domineris; atque in omni problemate, aut quęstione primariam sedem obtineas, verum alię te, vel doctiores, vel audaciores inveniantur?*

S. Augustinus, serm. 122. *de Divers.* cap. 17. *Ego de tam magnis difficilimisquę quęstionibus si quid minus intelligimus, paci ficę requiramus.*

S. Basilius. Epist. 1. *Vt ne contentiosius percunctemur, nec affectantius respondeamus, vt differenti non obloquamur, nec interfari, aut interpellare gestiamus absurda ostentatione, fastumquę preferente, &c.*

Eucherius Lugdunens. suas in vtrumquę Testam. interrogationes ita claudit: *Si quis tamen in predictarum Quęstionum disputationibus attulerit, quę magis probentur, reprehendens pertinaciam, quę in plerisque esse solet, non abnuo use secuturum esse meliora.*

Cętera de Quęstionibus transeo Senecę memor Epist. 89. *Alioqui si voluero (inquit) facile partium partes, liber Quęstionum fiet. Ideo cum Petro Damiano opusc. 37. Dabit. 10. Calamo silentium imperamus, ne & ipsi redarguamur indociles, dum te docere nitimur Quęstiones. Sed hinc iam ad evolvendos earum*

Auctores accessuro, quod nostrę quoque Methodi pars est, non nihil obiter suggeret ad iumentum, quęm subijcio.

(? o ?)



DE BIBLICARVM Quæstionum tractatoribus.

PRÆNOT. XVI.

PRimò quo ad notionem nominis attinet, *Tractatores* absolute, ac velut aïronomasticè compellant Latini Patres tum verbi Dei, & lætæ paginæ ipsos interpretes, tum potissimum eosdem Quæstionum Biblicarum dissertatores. D. Paulus. 2. ad Timoth. cap. 2. v. 15. Latinus à vulgato, Doctorem eiusmodi vocat: *Rectè tractantem verbum veritatis*, vt exponunt in loco, S. Anselm. S. Bruno, S. Thom. & alij: Faustus Rhegiens. disertè nuncupat Epist. 12. *Scripturarum Interpretes, & divinorum voluminum Tractatores*: Eisdem verbis Tutenius Epist. ad Ruricium: Severus Supit. Dial. 1. cap. 2. ita de Origene: *Qui tractator sacrarum scripturarum peritissimus habebatur*: ipsa vox est S. Hieronymo Apolog. ad Demnien. & alibi; Vincentio Lyrinens. *advers. Hæres.* cap. 40. Chrylog. term. 91. Augustino, frequens, in lib. de Doct. Christ. Claudiano Mamert. lib. 1. de stat. Anim. cap. 3. & alijs: eademquè compellatione, cum de Quæstionibus agitur, earum dissertatores, nominant, S. Hieronymus Epist. ad Minerium, ita: *Vt & me liberem Quæstione, & vobis veterum Tractatorum mittatur auctoritas, &c.* S. Vigilii lib. 5. *contr. Eutich.* pariter de Hæreticis loquens: *Videamus (inquit) quid isti de duabus naturis afferant Quæstionis, quarum nusquam ab antiquis Ecclesiæ Tractatoribus factam asserunt mentionem, &c.* Sic & alij, quos emitto.

Hoc igitur nomine, vt ad eos veniam, quos in scripturarum potissimè Quæstionum Auctores exhibeo; præit Cassiodorus, Præfat. in lib. *Divin. lect.* ac si Prælectores Biblicos his verbis allocutus: *Tractatores volis delectissimos indicasse sufficiat, quando ad tales remisisse conpetens plenitudo probatur esse doctrina: Et iure ille peritissimos in exemplar se producturum pollicetur; nam vt optimè Ennodius, di. 2. assertio conscientia est. meliorem in quacumque parte sectari; cui ego ex Plinij sensu subscribens lib. 1. Epist. 5. stultissimum credo, ad imitandum non optima quæque proponere.*

An-

Antiquos recentique simul Auctores, nullo dignitatis, temporis vè discrimine profero, tantum vt in singulos legendo incidi; ser-vato tamen apud me vtrisque honore, & absque vlllo præcellentie cuiusque dispendio: præopto enim ab illius diserti stare sententiâ, qui referente Sidonio, lib. 8. Epist. 11. *Legebat in cesan-ter Auctores, cum reverentia antiquos, sine invidia recentes; rectè ille pius, cum vel Ethnicus Homo, Martialis lib. 5. epigr. 10. haud patienter tulerit:*

-----*Vivis quod fama negatur,
Et sua quod rarus tempora lector amat;
Præferat antiquos semper ut illa novis.*

Ast ego mallem esse, cum Plinio lib. 6. Epist. 21. *Ex his qui minor antiquos, non tamen, vt quidam temporum nostrorum ingenia despiciam, &c.* quod mihi semper cordi fuit: *Quapropter (monente Apollinari, lib. 3. Epist. 8.) Ignari rerum, temeraria iudicia suspendant, nec perseverent satis, aut suspicere præteritos, aut despiciere præ-sentes: Par enim vtrisque gloria debetur, licet ab opere dispari proficis quidem, eo quod, vt scribit Origenes, in Ioann. tom. 16. Occasionem successoribus suis, qui hæc inventa cum diligentia adijissent, tradiderunt: Recentibus autem quoniam nobis rerum incrementis in-staurata reficerent, auferent, exornarentquè; quod non tacuit Cassiodorus, lib. 7. *variar.* Epist. 15. *Vt & facta veterum (inquit) exclusis defectibus innovemus, & nova vetustatis gloria vestiamus, verè ille, nam vt sapienter Seneca, Epist. 79. inventis inventa non ob-stant: præterea conditio optima est ultimi.**

Plures forsam Auctores desiderabis, qui vel inopia Bibliothecæ, vel nostræ lectionis incuriâ me prorsus fugerint; sed me, tuctur Iulius Frontinus Præfat. in lib. 1. *strategem.* hoc veluti Cly-peo: *Huic labori non in iuste veniam paciscar, ne me pro incurioso reprehendat, qui præteritum aliquod à nobis reperit exemplum; quis enim ad percensenda omnia monumenta, quæ vtraque lingua tradita sunt, sufficiat? Unde multa transire mihi ipse permisi, quod me non sine causâ fecisse sciens qui aliorum libros eadem promittentium legerint.*

Fortassî etiam, & aliquos ex industria præterivi, quod affir-mare ingenuè possem cum Claudiano Mamert. lib. 2. de stat. Anim. cap. 10. vbi post allegatos SS. Patrum aliquot: *Quamquam (inquit) non nullis dissertatoribus proferendis, necesseario supersed erim:*

Et

Et quo examine hac super re ferenda sententia sit, discas à Polybio, lib. Hist. 6. Oportet autem eum, qui rectè sit iudicaturus de scriptoribus, non secundum omnia, sed secundum dicta iudicare, &c. Eoque à me consilio factum, quo in re quoque pari ductus est Quintilianus, lib. 10. instit. cap. 1. Nec sane quisquam est tam procul à cognitione eorum remotus, ut non indicem certè ex Bibliotheca sumptum transferre in libros suos possit.

Ast, quàm nam de causâ, inquis adhuc, quosdam sciens omni, alios indicavi? Planè respondeam ex Vegetio in simili pro congerendis Auctoribus studio, Prolog. in de Re Milit. lib. 3. Ne vel fastidium nasceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deesset in paucis: Cui etiam menti suffragatur Paschasius, lib. 8. in Matth. ita pro me locutus: Nos verò ob brevitatis compendium eorum plurima prætermisimus, quæ utiliter dici poterant. Tùm quia potiori nobis curæ fuit in proferendis Auctoribus, quod olim quoque Plinio, lib. 28. cap. 1. Fides tantum (inquit) Auctores appellet, quamquam & ipsi consensu prope iudicata eligere laboravimus. Sic ille de rerum, ego de Auctorum delectu, ut quid enim folius multorum copiam satagerem, tantum utilia necessariò quæsiturus? Sic enim me docuit Ioannes Trithemius Prolog. in lib. de Scriptor. Eccles. quo duce: Hanc Sylvam ingressus sum, & de illorum opusculis, singula congrua meo proposito colligens, in hunc fasciculum comportavi: Fasciculum inquam, non verò ponderosum faciem: optabam enim, cum Sidonio, lib. 7. Epist. 18. si quoniam te sensuum, structurarumque levitas poterat offendere, membranarum certe fascibus non onerare. Non item vastum, & ingens volumen, sed ut de suo dicebat Enchiridio, S. Augustinus cap. 6. Quod manibus possit adstringi; non quod armaria possit onerare: In quo Auctorum censu, quod monebat Hugo Victor. lib. 3. erudit. Didascal. cap. 14. Si omnia legere non potest, ea, quæ sunt utiliora lege, &c.

De his, quos ad manus habui, non ad eò pauculos offero: Quos ego (ut suos olim Cassiodorus, Divin. lect. cap. 30.) quantum potui studiosâ curiositate collegi: Quibus interim irruini, Boni Prælectores, dum vobis, ex vestrà penuditoria succurrunt: Fortè alios invenire possitis, per quos notitia vestra plenius instruat (Fateor equidem cum eodem Aurelio) isti tamen, qui memorati sunt, si assiduo studio relegantur, omnem vobis caliginem ignorantis abscondunt. Ideò de plurimis multos indicamus, ut tot

inter

inter Auctores saltem supersit optioni locus, & cum cuique iure suo sequi liceat, quem præ reliquis probatum habeat; quod seniori quondam Plinio propositum, Proem. lib. 3. sic præscribenti: Auctorem neminem unum sequar, sed ut quemque verissimum in quaque parte arbitrabor. Iterumque lib. 7. cap. 1.

Sed quid tùm de alijs, in quos non incidi? Compar est, S. Hieronymi conquestio, Prolog. in lib. de Script. Eccles. ita promè sciscitantis: Siqui autem de his, qui vsque hodie scriptitant, à me in hoc volumine prætermisi sunt? Quid ergo dicendum? Audis inibi S. Doctorem: Certè cum scriptis suis claruerint non magnæ nostre silentij dispendio suspirabunt. Nequè enim oblivio fuit, nè dum despectus: absit ab eo, quo sacros Scriptores colimus, studio, & honore; ex his autem, quos nominatim exhibemus, id iure effectum est, quod in argumento confimili lib. Dialect. afferuit Cassiodorus: Ut nec Auctoribus gloria sua pereat, & nobis plenissimè rei veritas innotescat.

Statim à cuiusque Quæstionis inscriptione suos singulis Tractatores affigam, eoque studio faciam, quo se controversiarum Auctores producturum pollicerer Seneca, Prolog. in lib. 4. declamat. sumpto ab spectaculorum exhibitoribus exemplo: Non semel (inquit) omnes produco: aliquid novi semper habeat libellus, ut non tantum sententiarum vos, sed Auctorum novitate sollicitet, non tamen expectationem vestram macerabo singulos producendo. Quos eo consilio Prælectoribus damus, quod S. Cyprianus, in Symbol. Apost. admonuit: Ut sciant ex quibus sibi fontibus verbi Dei haurienda sint pocula: Nam ut appositè Epist. ad Carolum Imperat. Alcuinus: Inde solatia responsionis querere solemus, unde Sophia flamina manare novimus, &c. Tùm præterea, quod de suis quondam Magnus Aurelius, Divin. lect. cap. 21. Ut per multos Auctores, qui iam nostra etate declarati sunt, celestium Scripturarum plenitudine compleantur, & non tàm ex nobis, quibus huius rei pauperes sumus, quàm ex copiosis, & antiquis Patribus laudabiliter imbuantur: Ideo monente S. Hilario, de Trinit. lib. 4. Vnumquodque eo ipso, à quo quaritur Auctore, tractabimus, non ad fallendum, & imbuendam audientium imperitiam. Sed qua possimus citationum fide, & veritate singulorum locos indicabimus; atque utinam Deus annuat, ut nullus prodeat è Typographo numerorum error.

Ac

Ac ne hinc sine apophoreto meo discedant. Prælectores, ferant secum è divite Cassiodori mensa, lib. *divin. lect.* quas affatim offert.

PRO LEGENDIS

eiusmodi Questionum Aucto- ribus monitiones.

N. 1. **P** Refat: in quibus non propriam doctrinam, sed præcorum dicta commendo, quæ posteris laudare fas est, & prædicare gloriosum.

2. Huc accedit, quod Magistrum gravem pateris, si frequenter interrogues; ad Auctores autem, quoties redire volueris, nulla asperitate mordeberis.

3. Multos enim vos vidisse retinemus memoriæ firmitate pollentes, de locis obscurissimis inquisitos, exemplis tantum auctoritatis divinæ solvisse propositas quæstiones.

4. Quæ propter postquam se (Prælectores) divina lectione compleverint, & frequenti meditatione cognoscere cæperint loca librorum opportunè nominata, tunc huius operis instituta, quispiam fortasse non inaniter, transibit.

5. Vbi quæ legenda sunt, aptissime suis locis, & breviter indicantur: eoque provenit, ut studiosi cognoscant, à quibus expositioribus singula quæque declarata sint.

6. Habetis igitur antiqui sæculi Magistros præsentis, semperquè paratissimos, qui non vos doceant, tam suis linguis, quàm vestris potius oculis.

7. Legite precor, assidue, recurrite diligenter; mater est enim intelligentiæ frequens, & intenta meditatio.

8. *Cap. 1.* Hæc à Catholicis necessario perleguntur, quando tantis quæstionibus resolutis textus planissimus relinquatur, & clara luce vulgaratur.

9. *Cap. 2.* Quæ tamen omnia in vnius codicis corpore congregavi, ut in vicem commentariorum ad libros ipsos pertinentia, Domino præstante, relegatis.

10. *Cap. 3.* Quæ vobis magno studio quærenda derelinquo, ut propositio multiplicata peritorum copiosam vobis doctrinam, & animæ felicissimam conferat sospitatem.

11. *Cap. 5.*

11. *Cap. 5.* Diligentissimos expositores sub vno codice comprehendendi, ut simul omnibus legentibus offerantur, qui Tractatoris vnius voluminis extiterunt.

12. *Cap. 8.* Quod si in his, quæ dicta sunt, aliqua fortasse loca dubia sunt relicta, nec explanatione planissima sati facere poterunt, nequaquam vobis modernos expositores interdico: quoniam accessu temporum multis noviter gratia divinitatis infunditur, quæ forsitan præcis Doctoribus celata monstratur.

13. *Cap. 10.* Quod si ab introductoribus fortasse aliqui prætermissa sunt, tunc librorum expositores sedulo requiramus, & aperire nobis incipient, quæ prius clausa manserunt.

14. Deinde studiosissime legamus Catholicos Magistros, qui propositionibus factis solvunt obscurissimas quæstiones.

15. Ita fit ut diversorum Catholicorum libri commodissime perlegantur, quando, & intentiones suas decenter aperiunt & ex incidentibus apud illos quæstionibus, nobis notitia magna præstat.

16. *Cap. 11.* Decernentes nullum ulterius debere novas incutere quæstiones; sed probatorum veterum auctoritate contentos sine dolo, & perfidia decretis salubribus inhærere.

17. *Cap. 24.* Demus itaque operam, & post introductorios libros auctoritatem cum expositioribus suis sedula intentione curramus, viasque intelligentiæ Patrum labore repertas, pio studio subsequamur; non ad quæstiones inanissimas, avida superfluitate tendamus.

18. Quod dictum rationabiliter in Tractatoribus probatissimis invenitur; hoc proculdubio credamus esse divinum; si quid dissonum aut discordans Patrum regulis contigerit inveniri vitandum esse iudicemus.

19. Origo enim sævissimè erroris est in suspectis Auctoribus amare totum & sine iudicio defendere velle, quod invenis.

20. Sed ut in summa, quæ sunt dicenda complectar cuncta, quæ antiqui expositores probabiliter dixerunt, sollicita mente tenenda sunt.

21. Illa vero, quæ ab eijs intractata relicta sunt, ne in fructuoso labore fatigemur, primum rimanda sunt, quas virtutes habeant, aut ad quæ nos instituta perducant; deinde, quid nos velint de se legendo contrahere.

22. *Cap. 26.* Tunc, si placet, qui tam plurima lectione præsumitis, per tractatores probatissimos imitatio vobis facile subiacebit.

23. Ita

23. Ita fiet, vt aliud inde genus expositionis acutissimum pulcherrimumque nascatur; & quod forsitan Priores nostri in commentis suis minimè dilucidauerunt, ibi aliquatenus reperiantur esse declarata.

24. *Cap. 27.* Sit ergo antiquorum labor, opus nostrum, vt quod illi latius plurimis codicibus ediderunt, nos brevissime collecta pandamus.

25. *Cap. 28.* Tantum sit legendi sincerus affectus, & intelligendi sobrium votum: tunc salutaris assiduitas eruditos efficiet, quos in prima fronte profunditas lectionis exterruit.

HACTENVS MONITIONES ex Cassiodoro.

At, qui nam verè præ alijs ad sacræ paginæ explicationem Tractatores probandi, ac sequendi sint, ostendunt, quos subiijcio, Scriptores.

Serarius, *Proleg. cap. 28. quæst. 13. & 14. & 18.*

Salmeron, *Proleg. 9. canon. 20. & 50.*

Pineda, *Præfat. in lib. Iob. cap. 8. num. 7.*

Idem, *Præfat. in Ecclem. cap. 13. & 14.*

Ribera, *Prooem. in Icel. Aggeum, Zachar. & Malach.*

Possevinus, *lib. 2. Biblioth. cap. 28. 29. 49. & 79.*

Escalante, *lib. 7. Clypei cap. 11.*

Fabian. Justinian. *1. part. de sac. Script. lib. 1. cap. 16.*

Cantapreten. *lib. 1. Hypotypos. cap. 11. & 16.*

Cornelius, *in Encomio sac. Script. num. 48. & 49.*

Sherlogus, Anteloq, *11. in Cant. s. Et. 1.*

Leonard. Marius, *Proleg. in sac. Script. quæst. 7. sect. 3.*

Iodocus Coecius, *tom. 1. Thesauri. lib. 6. art. 32.*

Didacus Valades, *Rhet. Christ. part. 3. cap. 10.*

De ratione attem, ac methodo interpretandi, & exponendi sacra volumina, differunt latè, atque eruditè, qui sequuntur Auctores.

Sixtus Senen, *(toto lib. 3. Biblioth.)*

Xanctes Pagnin, *lib. 1. Isag. cap. 18.*

Franc. Ribera, *tom. in Proph. prælud. 1.*

Anton. Possevin, *lib. 2. Biblioth. cap. 27. & 48.*

Ioann. Ferdinand. *in Thesauro. prælud. 1.*

Fr. Didac. Valad. *Rhet. Christ. part. 3. cap. 12.*


Christoph. Castro, *Isag. in Hierem. cap. 10.*

Salmeron, *Proleg. 9. Can. 20.*

Serarius, *Proleg. cap. 21. quæst. 1. & cap. 28. á. quæst. 2.*

Leonardus Marius, *Proleg. quæst. 8.*

Et satis hæctenus, vt opinor, atquè vt non nemo fortasse, plusquam satis, de his, quæ ad Biblicas Quæstiones spectare possent, ex Vet. Patrum præscripto, monita, & præcepta tradimus, quarum ante volutationem, equidem (cum Freculpho Lexoviens. *Præfat. in lib. 6. Chronic.*) *Obsecro candidum lectorem, ne temere reprehendat, ante quam diligentius eos legerit Auctores (Quæstionum) ex quibus nos hæc decerpimus: Quæ si mihi venia, vt spero contingat, ad vltiorem, eamque potissimam Methodi partem fretus accedam: vbi quo possim labore, & studio, tot, tantarumque difficultatum sylvam, quæ in Prophetalibus maximè libris implexa reperitur, duce præfixarum in limine dictionum ordine penetrare tentabo.*



METHODI

DIDASCALICAE

PARS II.

QVÆSTIONVM

Biblicarum seriem, iuxta præfixas in titulari carmine dictiones excitans,

suos cuique Auctores

assignans.

V Enimus igitur ad propositum: huc enim Tertul. *prescript. cap. 11.*
dirigebamus, & hoc præstruebamus ad locutionis præfationem.

Sed quid faciam longitudini? Quæ nisi dividatur in partes, modum voluminis egreditur, & infinita congeries tam dictanti, quam legenti molesta est? S. Hieron. *Proæm. lib. 10. in. Ezech.*

Intervalla viæ fessis præstare videtur, Rutilius. *lib. 2. Itinerar.*

Qui notat inscriptus millia crebra lapis. Rupertus. *de Process. spirit. S. lib. 1, cap. 19.*

Et id circo vt sermo prolixus minus fastidiosus sit, quasi respirandum est. S. Hieron. *Proæm. lib. 9. in Ezech.*

Quo diuilius dicantis, scribentisquæ, & legentis labor respiret in partibus. Alcuinu. *lib. 3. cont. Felic. vrgelit.*

Ne confusa sermonis series, legenti fastidium faciat, & minus intelligatur, quid cui parti conveniat.

Nunc aperiatur in partes, quia hominum consuetudo est, facilius discere, quæ diuisa possunt e videntius elucere. Cassiod. *lib. de Anim. cap. 2.*

Sub generalibus titulis digesta congesimus, Hildebert. Cæ-
vt non sit necesse quærenti totum volumen noman. *Epist.* 83.
evolvere, sed tantum Titulum generalem suæ
Quæstionis congruentem.

Facilius enim per partes, in cognitionem to- Seneca *Epist.* 89.
tius adducimur: singula quæque ostendi faci-
lius possunt.

Nec faciet materia vt immensa, fastidium; Sidonius, *lib.* 7.
quia cum singulæ causæ, singulis formè (*Titu- Epist.* 18.
lis) finiantur, cito cognitis in quæ oculum in-
tenderis, ante legere cessabis, quam lecturire
desistas.

Etenim etiam, si quid in præsentis propter Polibius, *lib.* 6.
universalem declarationem desiderari videbi- *Histor.*
tur, abunde hoc resarcient, quæ in sequentibus
per partes dicentur.

SECTIO I. AUCTOR.

PRudenter, & opportunè Ioannes Sarisberienfis, disertus
eruditusque quondam scriptor, *Epist.* 172. vbi de sacro-
rum voluminum Auctoribus doctam sanè tractationem
instituit, quid moris, & consilij fuerit antiquis divinæ pa-
ginæ Interpretibus in cuiuslibet libri exordio, palam exposuit:
*Singuli Patrum (inquit) librum aliquem expositura, sicut ratio exigit,
de Auctore, & materia eius, intentione, & causa, & titulo, & si qua alia
sunt, quæ auditoribus, & lectoribus faciliorem intelligentiam sequentis
operis præparent, in tractatoribus suis præmittere consueverunt.* En vi-
des, cum tam multa sint, de quibus in auspicio cuiusquæ sacri vo-
luminis explicandi præmonitum voluerint esse lectorem, id in
primis, potissimumquæ cordi fuisse doctus Scripturæ Tracta-
toribus, vt cuiusquæ divini codicis Auctorem in limine demon-
strarent.

Atquæ hunc etiam veterum scriptorum morem, notat Ho-
norius Augustodunens. Proleg. 1. in cant. sic exorsus: *In prin-
cipijs librorum tria requiruntur, scilicet Auctor, Materia, Intentio: Auctor,
vt noveris nomen scriptoris, &c. Quod quidem vt opportunum ad
incun-*

incundam explicationem, documentum exposcit Abulensis in
Præfat. 2. S. Hieronymi ad lib. 6. Paralip. quæst. 7. *In quolibet
(inquit) libro, ad intelligendum ipsum, sunt quedam documenta præ-
cedentia, & quedam, quæ pertineant ad prosecutionem libri: de primis
patet, vt cum quaeritur in libro, quis fuerit Auctor eius? &c.* Simili no-
tatione S. Thomas, Proem. in *Isaiam*. Ieremiam, & Threnos;
Caietanus, ad initium *Proverbiorum*. Hugo Victor. in 1. ad *Corinth.*
quærit. 1. & aliarum *Epistol.* exordio sæpe: Philippus Abbas, in *Ti-
tul. cantic.* Iunilius lib. 1. de part. div. leg. cap. 2. Iacobus de Va-
lent. Prol. in *Psalms*. Tract. 6. & alij: Vnde Præfationis vice, pro
re nata statim adest discutienda.

QVÆST. I.

*Vtrum necesse fuerit, Auctoris nomine quæren-
quæ Propheticum librum inscribi?*

PArtem negativam tueri visus est Salvianus, Præfat. in lib. 6.
ad *Foefes. Cathol.* hisce verbis: *In omni enim volumine profectus
magis quaeritur lectionis, quam nomen Auctoris:* Subditquæ mox
ita præalijs: *Qui profectum in scriptis invenit, superflue nomen scrip-
toris inquirat.* Vbi notes mihi precor, & assertum, & asserti ratio-
nem: assertum est: *Superflue nomen scriptoris inquiri.* En verò ra-
tionem: *In omni enim volumine profectus magis quaeritur lectionis, quam
nomen Auctoris.* Cui etiam fulcro, plures innituntur, qui scripti præ-
tium nomini Auctoris præhabendum haud iniuria censent: Ange-
lomus. Præfat. in lib. 6. Reg. breviter, ac diserte: *Non persona (in-
quit) est attendenda scribentis, sed qualitas, est consideranda dictionis,
&c.* Quod totidem verbis habet Primasius Prolog. in *Apocal.* &
in sententiâ quidem conveniunt Rupertus, lib. 7. in *Matth.* Ioan-
nes Sarisberienf. lib. 7. *Policrat.* cap. 10. Philippus Abbas, *Epist.*
5. & 7. Paschasius, Prolog. lib. 1. in *Matth.* & alij: Cui etiam
suffragantur Ethnici; Demosthenes, exordio concion. 14. Sene-
ca, *Epist.* 14. qui adducta cuiusdam Anonymi disertissima Gno-
me, cum a se velut extorqueretur nomen Auctoris: *Et quid (in-
quit) inter est, quis dixerit? Omnibus dixit, &c.*

Quin & ipse Gentium Apostolus præferendam lectionis utili-
tatem inscripto Auctoris nomini aliquando iudicavit; sic enim de

iplo inquit Hugo Victorin. in Epist. ad Heb. quæst. 1. *Cur huic Epistola, sicut cæteris non preposuit nomen suum, quod est Paulus? Cui scite respondet, inter alia: Nomen suum Hebræis odiosum tacuit, ne præscripta nominis invidia sequentis excluderet utilitatem lectionis, &c.* Eandem solutionem adhibuit quæstionis, Remigius, in exordio eius Epist. *Ne utilitas lectionis differretur.* Consonat Theophylactus, in cap. 1. ad Rom. v. 1. *Tanti est, non quis loquatur, aut scribat, sed quæ scribat, aut loquatur intendere: hinc enim Sanctus Christi Præcursor Ioannis cap. 1. v. 23. vocem se duntaxat esse dixit, cætera: quæ ad proprii nominis notionem spectabant, omnino tacuit, tantum non asserens aperte, inquit Eusebius Emiffen. Homil. in Dominic. 4. Adventus: Non quis sum, sed quid dico attendite, non personam, sed vocem considerate.* Quod ipsum censuit prudenter Moyfes, Exod. cap. 18. v. 24. Iethro Ethnici Hominis consilijs obsecutus, ut pro re observant Primasius, nuper indicatus, & Origenes, in Exod. Homil. Ergo qui profectum in scriptis invenit superfluum nomen scriptoris inquit. Cum igitur in Prophetarum libris, tantum utilitas, quæ maxima in Christi Ecclesiam redundat, sit spectanda, sanè superfluum videbitur, nomen scriptoris inquiri. Atqui superfluum, ergo non necesse fuit, suis vaticinijs inscribi nomina singulorum.

Sed tamen affirmat constantissime Tertullianus, lib. 4. *Advers. Marc.* cap. 2. *Non agnoscendum opus; quod non erigat frontem, quod nullam constantiam præferat, nullam fidem repromittat, de plenitudine tituli, & professione debitâ Auctoris.* Ecce disertam oppositæ partis assertionem, quæ necessario præfigenda fuisse libris Auctorum nomina, mordicus tenet: ac de sacris potissimum scriptoribus, sic expresse Claudianus Mamert. lib. 1. *de stat. Anim.* cap. 2. *Video (inquit) Prophetas, Evangelistas, Apostolos etiam Authenticorum plurimos Tractatores, sua proprijs voluminibus nomina prænotasse.* Quod de Prophetis maximè minoribus univèrsim affirmat S. Isidorus, lib. 6. *Ethymol.* cap. 2. *Liber duodecim Prophetarum Auctorum suorum nominibus prænotatur.* Vnde ad verbum transtulere Hugo Victorin. *Erudit. Didascal.* lib. 4. cap. 3. Vincentius Bellovacens. tom. 2. lib. 17. cap. 36. & recentiorum interpretum plures.

At cuius demum utilitatis fuerit, inscriptis Auctorum nominibus quoslibet eorum libros insigniri, ex Doctorum Patrum sententiâ pauci expediam. Primo enim sanctus Hieronymus, Prolog. 2. in XII. *Prophet.* ita de omnium Prophetarum inscriptionibus: *Plerique (inquit) dicunt quod ab Esdra scriba in omnibus Prophetis*

phæticis sic fuerit titulum, ut præscripto uniuscuiusque nomine, Prophetia cuius sit sequens, noscatur. En non contemnendam utilitatem, quam & in aliorum varum inscriptis nominibus sæpius iterant eorundem interpretes percurres si vacat, singulos: De Prophanis autem Auctoribus, opportune Aristoteles, lib. 6. *Topic.* cap. 2. *Quem admodum (ait) ea, quæ sunt antiquorum scriptorum, nisi quis superscripisset, non cognoscebatur, quid unumquodque &c.*

Rursum, Arias Mont. in auditu ad, in *Ioel.* comment: *Illud (inquit) considerandum est, varum nomina in librorum initijs appellata dicendis auctoritatem, & fidem, duplici periculo conciliare.* Hanc quoque utilitatem in præfixis Prophetarum appellationibus agnovit Caietanus, ad initium *Proverb.* ita præfatus: *Nisi enim laudabile esse, Auctorem libri, in principio manifestare, non fuissent Salomonem imitati Prophetæ posteriores, &c.* Incipientes suos libros à suis nominibus proprijs, confert siquidem hæc ad auctoritatem libri, &c. Quam sententiâ præscripserant eo loci S. Basilus, Homil. in Princip. *Proverb.* Hippolytus, & Olympiodorus, in *Caten. Græcor. Patr.* ad cap. 1. eiusdem libri v. 1. Ob eamque causam, conciliandæ nempe auctoritatis, præfixum à S. Paulo nomen Epistolis suis, observat de quibusdam S. Anselmus, de pluribus, S. Bruno; ac de omnibus tandem S. Remigius, initio capituli ad *Galat.* 1. sic disertè: *Quia nomen suum in omnibus Epistolis præponit in titulo, auctoritatis causa id egit.* Quod Regij Chirographi firmat exemplo.

Varias deniquè causas inscribendi nominis proferunt alij, quos simul indico, tum ad conciliandam operi benevolentiam, ad adliciendam lectorum, industriam, vel ad utilitatem eorundem procurandam, vel ad captandam Auctoris gloriam; de quibus agunt promiscuè S. Hieronymus, Epist. 126. S. Augustus, lib. 1. *de Ordine* cap. 11. & in titul. Psalmi 89. Rupertus, lib. 7. *de Procef. spirit. Sanct.* cap. 9. & lib. 1. *in Apocal.* ad cap. 1. v. 9. Petrus Celsus, lib. 3. Epist. 4. Hugo Victorin. Homil. 1. in *Ecclen.* Sidonius Apollin. lib. 9. Epist. 11. Philippus Abbas, Epist. 13. Claudianus Mamert. lib. 1. *de stat. Anim.* cap. 2. S. Basilus, Homil. 1. *Hexahem.* S. Cyprianus, Præfat. in lib. *de Cardin. Christ. Oper.* Petrus Damian. serm. 54. S. Anselmus, lib. 1. Epist. 63. & lib. 2. Epist. 11. Ioann. Trithem. *de laude scriptor.* cap. 16. Franc. Petracha, lib. 2. *Senil.* Epist. 4. & plures, quos obvios legendo habebis, sed ne transeas Sixtum Senens. lib. 4. *Biblioth.* Admonit. ultima.

Superest, ut negativæ partis argumentum, aut solvamus, aut explicemus, nec erit difficile vtrumlibet: solves quidem, si dicas Salvianum de cæteris, præter sacros, libris esse locutum, quod ex eiusdem contextu patet; in quibus, dum constet lectionis veritas, nihil esset de Auctoris nomine curandum ad inanem iactantiam, quod in re pari consulit Philippus Abbas, Epist. 5. super exortâ quæstione de Auctore cuiusdam libri S. Athanasio inscripti: *Quisquis ergo (inquit) cum scripserit, verba eius sunt diligentius intuenda, & in eis intelligentia competentis veritas requirenda, ut nec scriptoris auctoritas commendet, vel excuset inventam falsitatem, &c.* recte ille: Eoque sensu dictum à Salviano: *Qui profectum in scriptis invenit, superflue nomen scriptoris inquirat.*

Sed satius erit, etiam si de sacris quoque libris, & eorum Auctoribus locutum esse fateamur, cum S. Greg. Magn. Præfat. in lib. Iob. cap. 1. aperte sententiam explicando respondere esse quidem superfluum, otiosum, & inutile nomen Canonici scriptoris humani perquirere tantum ex inani studio curiositatis ostendendæ, cum agnita cuiusque sacri libri utilitate, atque profectu ex Ecclesiæ canone constet, eum fuisse ab Spiritu Sancto dictatum humano scriptori, qui vices tantum calami gessit: tu ergo, quod S. Doctor de vno Iobi libro afferit, de reliquis dictum existima: *Sed quis (inquit) hæc scripserit, valde supervacue quaritur, cum tantum Auctor libri spiritus sanctus fideliter credatur.* Vide apud eum reliqua, sunt enim ad rem aptissima, & à multis, iam inculcata, quos dabitur sequenti quæstione: quod tamen profus non tollit, iustum, æquumque fuisse singulos Prophetarum libros, proprio cuiusque nomine superscribi, sive ab ipsis sacris vatibus, sive ab Esdra, aut demum ab Ecclesia inscriptiones eiusmodi præfixæ fuerint (de quibus infra sect. 3.) sic enim necessarium ducimus, ob præmissas Patrum rationes.

Non præter eam, quæ fulciendæ huic explicationi subscribit Iunilius African. lib. de part. divin. leg. cap. 8. Vbi cum quæreret, cur quorundam sacrorum Codicum Auctores penitus ignorentur? *Credendum est (inquit) divinitus dispensatum, ut alij quoque divini libri, non Auctorum merito, sed S. Spiritus gratia tantum culmen auctoritatis obrinuisse noscantur.* Si ergo sacri libri, non scriptorum merito, sed tantum numinis divinitus inspirantis afflu, in summum auctoritatis apicem evecti sunt, erit sane plusquam superfluum, curiosa tantum investigatione nomen humani scriptoris

ris inquirere; maximè cum omnis sacri cuiuslibet libri profectus, & utilis pendeat ex firmitudine veritatis revelatæ, quæ sola scriptori conciliat, dignitatem non ab ipso accipit; quod notavit diserte S. Paschasius Prolog. lib. 1. in Matth. ita de sacris scriptoribus adversarios suadens: *Noverint, quod veritas doctrina commendat eos Auctores, & non uti quæ ipsi veritatem.* Continualiquè sententia Philippus Abbas, Epist. 7. Ergo cum divina veritas, eam dignitatem sacris conciliet Auctoribus, tantoque honore prædictos extollat, digni profus erunt, qui suis nominibus, suum quique librum, inscribant; adeoque nihil prohibet, quominus de humano cuiusque libri scriptore quærat, saltem eruditionis, & ingenij exercendi causa, de quo statim inscribitur.

Q V Æ S T. II.

An, & quatenus inquiri oporteat, proprium cuiusque sacri libri Scriptorum?

- N**icolaus Serarius, Proleg. cap. 4. quæst. 1.
 Sixtus Senens. lib. 1. Biblioth. Titul. Malachias.
 Cano. lib. 2. de locis, cap. 11. ad 5. Argum. & lib. 12.
 cap. 1. & cap. 11. §. Deinde.
 Ioannes Driedo, lib. 1. cap. 3. part. 1.
 Bellarm. Præfat. in Psalm. 5. Restat. & Argum. in
 Psalm. 89.
 Montoya, de concord. sac. edit. lib. 1. cont. 4.
 Dionys. Carthus. Proœm. in Psalm. 5. §.
 Salmeron, Proleg. 9. can. 3.
 Pineda, Præfat. in Eccles. cap. 1. num. 4.
 Valentia, lib. 8. Analys. Frid. cap. 5. punt. 1.
 Lorinus, Præfat. in Psalm. cap. 2.
 Redanus, Appar. in Macab. sect. 7. num. 6.
 Sherlogus, Anteloq. 7. in can. sect. 1. n. 13. & 14.
 & sect. 3. num. 26.
 Bonfrerius, Proleg. cap. 7. per 4. sect.

Q V Æ S T. III.

*Num Apocryphus habendus sit liber quispiam,
quòd Auctor eius humanus ignoretur?*

Gelafius P. 1. decreto de Apocryph. tom. 2. conc. cap. Sancta Rom. 15. dist. & cap. canones, dist. sequent. ibi Glossa: Tertull. lib. 4. cont. Marc. cap. 2. S. August. lib. 11. contr. Faustum cap. 2. & lib. 15. de Civit. cap. 23. S. Leo, epist. decretal. 93. cap. 15. Claudian. Mamert. lib. 1. de stat. Anim. cap. 2. Rupertus, lib. 4. de operib. Spir. Sanct. cap. 16. Hugo Victor. Praenot. Elucidat. cap. 11.

Serarius, Proleg. cap. 8. quæst. 12. & Proleg. in Ruth. §. 5.

Fevardentius, Proleg. in Ruth. quæst. 2.

Salmeron, Proleg. 9. can. 2.

Bellarminus, lib. 1. de verb. Dei, cap. 20.

Pagninus, lib. 1. Isag. cap. 17.

Driedo, lib. 1. de Script. cap. 4. diffic. 9. & lib. 4. cap. 1.

Galarza, instit. Evang. lib. 4. cap. 8.

Tena, lib. 1. Isag. difficult. 2. sect. 4.

Bonfrer. Praeloq. Script. cap. 3. sect. 4 & 8. & cap. 5.

Leonardus Marius, proleg. quæst. 4. sect. 5.

Thomas Stapleton, lib. 9. controv. 5. cap. 6.

Q U Æ S T. IV.

*Quanam ratione, ac modo, primarius librorum
Prophetarum Auctor Deus?*

Serarius, Proleg. cap. 4. quæst. 23 & 13.

Petrus Garcia Galarza, instit. Evang. lib. 1. cap. 2.

Franciscus Mondoza, in Reg. Annotat. 1. Proccem. sect. 1.

Escalante, lib. 4. clypei, cap. 13.

Nevarius, lib. 1. Elect. cap. 1. sect. 2.

Montoya, lib. 1. introduct. ad sac. Script. controv. 3.

Sal-

Salmeron, Proleg. 1.

Iustinianus, lib. 1. de sac. Script. part. 1. cap. 2.

Valentia, Analys. Fidei lib. 8. cap. 5. punct. 1.

Tena, lib. 1. Isag. Difficul. 10. sect. 1.

Antonius Perez, volum. 3. dub. 10. cap. 4. & 5.

Q V Æ S T. V.

*An & qua ratione singuli Prophetæ dici possint
eorum Auctores librorum, qui nomen
ipsorum præferunt?*

Montoya, lib. 1. introduct. ad sac. Script. contr. 4.
Serarius, Proleg. cap. 4. à quæst. 13. vsque ad 18.

Salmeron, Proleg. 9. can. 3.

Leo Castro, lib. 1. Apolog. cap. 7.

Fr. Petrus à Iesu Mar. suffic. conc. tract. 1. cap. 4.

Tena, lib. 1. Isag. Diffic. 10. sect. 1. §. Ad rationem.

Antonius Perez, citatus dub. 10. cap. 4. num. 20.

Q V Æ S T. VI.

*Qui nam fuerint singulorum Prophetarum
voluminum Auctores?*

Rodericus Dosma, lib. 2. de Auct. Sript. cap. 3.

Iustinianus, 1. part. de sac. Script. lib. 1. cap. 18.
vsque ad cap. 43.

Ioannes Euseb. lib. 9. de Orig. sac. Script. cap. 1.

Galarza, lib. 4. Evang. instit. cap. 4.

Escalante, lib. 4. Clypei. cap. 44.

Becano, Analog. vtr. Testam. cap. 1. quæst. 2.

Bonfrerius, Praeloq. in Sript. cap. 7. sect. 1.

Q V Æ S T. VII.

QVÆST. VII.

Quo numero, & oordine locati sint in canone nunc, & lim Prophetarum libri?

S. Hieronymus, Procem. in *Ioel*.
 Serarius, Proleg. cap. 27. quæst. 2. 3. 4. & 5.
 Cantapretenfis, lib. 4. Hypot. cap. 1. §. Non idem.
 Tena, lib. 2. Ifag. diffic. 15. sect. 2. §. Et primo.
 Arias Mont. Disput. in XII. Proph. quæst.
 Driedo, lib. 3. tract. 3. cap. 5. part. vlt.
 Carthutian Procem. in Proph. Min. Art. 1.
 Gasp. Sanch. in Oseam. Proleg. 4. & in Ioel. Proleg. 2.
 Ribera, Prælud. 2. in Proph. num. 1.
 Escalante, lib. 5. Clypei. cap. 1. 3. & 4. & cap. 29.
 Leonard. Marius, Proleg. quæst. 4. sect. 2. & 3.
 Bonfrerius, Præloq. cap. 3. sect. 6. & cap. 4. sect. 15.
 Rodericus Dosma, lib. 2. cap. 1.
 Iodocus Coccius, tom. 1. Theaur. lib. 6. art. 3.

QUÆST. VIII.

Cur Propheta quidam, maiores dicantur, quidam vero minores?

Sanctus Augustinus, tom. 3. in Speculo: Cassiodorus, divin. lect. cap. 3. Hugo Victor. Erudit. Didascal. lib. 4. cap. 3. & Prænot. elucida. cap. 7.

Tena, lib. 2. diffic. 11. sect. 2. & diffic. 15. sect. 1.
 Ribera, Prælud. 3. in Proph. num. 1.
 Episcopus Oxomenf. Reg. 28. §. Ad eadem.
 Cantapretenfis, lib. 4. cap. 1. §. Propheta quidam.
 Fabianus Iustin. lib. 1. part. 2. cap. 31.
 Castro, lib. 4. de Prophet. cap. 9.
 Oliverius Bonart. in Eccles. cap. 49. v. 12.
 Petrus Aureol. Compend. in Script. part. 6. fol. 58.
 §. Vltorius.

QVÆST. IX.

QVÆST. IX.

An, & quomodo existentes nunc Prophetarum libri quondam interierint?

Antonius Perez, volum. 3. dub. 3. cap. 1. 2. & 3.
 Serarius, Proleg. cap. 12. quæst. 1.
 Christoph. Castro, Ifag. in Jerem. cap. 2.
 Ioannes Euseb. de Orig. Script. lib. 9. cap. 28.
 Becano, Analog. vet. Testam. cap. 1. quæst. 4.
 Escalante, lib. 5. Clypei. cap. 5. §. Synagoga.
 Baronius, Ann. Christ. 180. à num. 11. tom. 2.
 Salianus, tom. 4. Ann. Mund. 3447. à num. 10.
 Pererius, Præfat. in Genes. num. 7.
 Tornellus, 6. Mund. etate. Ann. 1. num. 4.
 Bonfrerius, Præloq. cap. 6. sect. 2.

QUÆST. X.

Num, eiusmodi Prophetarum libros, Esdras restauraverit, & quaratione?

Abulensis, ad Deut. 34. quæst. 5. ad Paralipom. cap. 29. quæst. 30. & ad lib. 2. cap. 9. quæst. 9.
 Richard. Victorin. lib. 4. except. cap. 11.
 Bellarminus, lib. 2. de verb. Dei. cap. 1. & lib. 4. cap. 4. §. Causa. & §. Præterea.
 Salianus, tom. 4. Ann. Mund. 3447. à num. 20.
 Tornellus, 6. Mund. etate. Ann. 1. num. 5.
 Baronius, citatus præced. quæst. num. 10.
 Bonfrerius, Præloq. cap. 6. sect. 8.
 Antonius Perez, citatus, dub. 4. cap. 2. & 3.
 Escalante, lib. 5. Clypei, cap. 1. & cap. 23.
 Salmeron. Proleg. 4. loco 11. & Proieg. 9. can. 4.
 Leo Castro, disput. de Translat. Script. cap. 43.
 Benzoni, lib. 1. in Magnificat. cap. 4. §. Fuit.
 Ioann. Euseb. lib. 4. de Orig. Script. cap. 19. & lib. 9. cap. 29.

Be-

Becanus, *Analog. vir. Testam. cap. 1. quæst. 4.*
 Sherlogus, *Anteloq. 1. sect. 5. num. 40.*

Q V Æ S T. XI.

*An, & quibus ex causis, de Prophetarum libris,
 Iudei, quadam olim, abarserint,
 corruerint vè?*

S Iustinus, *Dialog. cum Tryph. à pagin. mihi 92.*
 Bellarm. lib. 2. *de verb. Dei, c. 2. §. His igitur, & post.*
 Diedro, lib. 2. *de Translat. Script. cap. 1.*
 Cano, lib. 2. *de locis, cap. 13. à §. Item Hebraeor.*
 Iacob. de Valent. *Prolog. in Psalm. tract. 6.*
 Salmeron, *Proleg. 4. Argum. 3. à loco, 2.*
 Escalante, lib. *Clypei, 6. cap. 3.*
 Petrus Galat. lib. 1. *de Arcanis, cap. 8.*
 Serarius, *Proleg. cap. 12. quæst. 2. Proposit. 6. & 7.*
 Bonfrerius, *Proleg. cap. 13. sect. 3. & 4.*
 Castro. *Isagog. in Ierem. cap. 2. §. Demum.*
 Tena, lib. 1. *Isagog. Diffic. 3. sect. 3. & 4.*
 Leo Castro, *disput. de transl. Script. cap. 19. & 28.*
 Idem, *ad Isaia. 63. v. 9. & ad cap. 6. v. 8.*
 Rurfum, *Apologet. lib.*

Q U Æ S T. XII.

Quis fuerit conditor libri Psalmorum?

P Ossevinus, lib. 2. *Biblioth. cap. 77.*
 Cantapretens. lib. 4. *Hypot. cap. 3. §. Porrd.*
 Bonfrerius, *Proleg. cap. 7. sect. 4.*
Martinus del Rio, tom. 1. Adag. 833. & 880. & 951. & tom. 2. Adag. 129. & 152.
Ioan. Ferdinand. lib. 1. *Thef.* cap. 21. & lib. 3. cap. 78.
Pagninus, lib. 2. *Isagog.* cap. 2.
Gaspar Sanch. *Ieremia*, cap. 9. n. 18. & cap. 23. n. 28.

Nuditas, & prostitutionis ignominia.

Guevara, in *Habach* 3. n. 164. & seqq.
Castro, ad *Osee*, 2. n. 4. & 11. & *Thren.* 1. n. 14.
Roa, 2. part. *Singul.* lib. 4. cap. 1.
Gaspar Sanch. ad *Ieremia*, 13. num. 36. & *Isaia*, cap. 47. num. 5. & 6.

Turbo, tempestas, pluvia, stillatio.

Martin. del Rio, tom. 1. Adag. 798. & 926. & tom. 2. Adag. 24.
Antonius Fernand. *Vis.* 13. comment. 1. sect. 1. n. 2.
Gaspar Sanch. ad *Ieremia*, 4. num. 22. & cap. 18. num. 26. & cap. 50. num. 11.

Calvitium, detonsio, abrasio.

Castro, ad *Michaa* 1. num. 25.
Ioann. Ferdinand. lib. 3. *Thef.* c. 21. n. 3. & seqq.
Martin. del Rio, tom. 1. Adag. 960.
Guevara, in *Habac.* 3. n. 164. & seqq.
Ribera, ad *Amos*, 8. num. 30.
Alij, sect. 16. quæst. 33.

Acervus lapidum.

Martin. del Rio, tom. 1. Adag. 986.
Ioan. Ferdinand. lib. 1. *Thef.* cap. 30. n. 3. *Isaia* 17. v. 1. *Ieremia*. cap. 26. 18. & cap. 50. 26. *Michaa*. cap. 1. 6. & cap. 3. 12.

Sortium missio.

Martin. del Rio, tom. 2. Adag. 90. *Abdia*. v. 11. & *Ioel*. 3. v. 3. *Nahum*, 3. 10. *Michaa*. 2. 4. *Isaia*, cap. 34. v. 17. Omnes fere horum interpretes.
De fortibus plura, sect. 16. quæst. 36.

Luminum Cœlestium obscuratio.

Cornelius, in *Proph. Maior.* can. 32.
Castro, ad *Amos*, 8. num. 11.
Carthusianus, post eum plures.
Ribera, *ibid.* n. 28. & seqq. & *Ioel*. 2. v. 2. & ad cap. 3. n. 21. & *Sophon.* 1. n. 65.
Gaspar Sanch. *Isaia*, 30. n. 57. & *Ierem.* 15. n. 34.

Verrendi similitudo.

Martin. del Rio, tom. 1. Adag. 716.
Roa, 2. part. *Singul.* lib. 3. cap. 8. ad *Isaia* 14. v. 23.

Cornelius, Gaspar Sanch. n. 38. Alvarez, non ab-
simili metaphora Ezechiel. cap. 26. v. 4.

Visitatio.

Barradas, lib. 4. Itiner. cap. 18. n. 6.
Abulensis, ad Levit. cap. 26. quæst. 11.
Gaspar Sanch. ad Jerem. 15. n. 13.
Lorinus, in Psal. 88. v. 33.
Ribera, in Osee, cap. 1. n. 35. & 64.
Rursum Lorinus, ad Levit. cap. 18. v. 25.

Absynthium.

Levinus Lemnius, lib. de Hebr. Biblic. cap. 15.
Ioannes Ferdinand. lib. 1. Thes. cap. 21.
Pagninus, lib. 2. Isag. cap. 2.
Gaspar Sanch. ad Jerem. 9. num. 18.
Cornelius, ad Threnor. 3. v. 15.

Sagittatio.

Martin. del Rio, tom. 1. Adag. 879. & Thren. 3. v. 12.
Balduc, ad Iob. cap. 10. v. 17.
Gaspar Sanch. ad Ezechiel. 5. n. 36. & Iob. 6. n. 9.
Lorinus, ad Psal. 17. v. 15.

Seminatio falis.

Serarius, ad Indic. 9. quæst. 30.
Menochius, lib. 6. de Rep. Hebr. cap. 17. quæst. 10.
Martin. del Rio, tom. 2. Adag. 8.
Gaspar Sanch. Jerem. 26. n. 11. & Sophon. 2. n. 25.
Castro, ibid. n. 14.

Anathema.

Abulensis, ad Isue. 6. q. 13. & 14.
Serarius, ibid. quæst. 33 & seqq.

Ioan.

Ioannes Fernand. lib. 1. Thes. cap. 87.
Gaspar Sanch. ad Malach. 4. num. 22.

Sacrificium, Hostia, Victima.

Castro, ad Sophon. 1. n. 15. & Jerem. cap. 12. v. 3.
Martin. del Rio, tom. 1. Adag. 1018.
Gaspar Sanch. Jerem. 46. n. 15. & Thren. 2. n. 79.

Poni, vel esse in Proverbium, & Parabolam.

Bolduc, in Iob. cap. 17. v. 6.
Martin. del Rio, tom. 1. Adag. 134.
Guevara, in Habac. 2. n. 120.
Ribera, Michaa, 2. n. 8. & 24.
Gaspar Sanch. Isaiæ, 65. n. 27. & Zachar. 8. n. 25.
Plures sect. 11. quæst. 29. & sect. 18. quæst. 52.

Q V Æ S T. XIV.

*An carmen lugubre post excidia cantari
solum?*

Cornelius, in Proph. Maior. can. 9.
Martin. del Rio, tom. 1. Adag. 719. & 860.
Ribera, ad Michaa, 2. n. 8. & 24.
Sic Ezechiel, cap. 26. v. 17.
Cornelius, ibi simile notat lamentum ex Isaiæ cap.
14. v. 10. Cui consonant alij, sect. 16. quæst. 9.

SECTIO XXI. TRACTVS.

Multiplex invenitur, & frequens apud Prophetas, Regionum
Tractuumque, ac locorum mentio, sed quomodo utique
cognitio, quam ut omnino difficili, adeoque aliquando incerta,
R. z. tuat

tum ob nominum varietatem, tum ob opinionum diffensionem, planè fatetur S. Augustinus, in *Exod.* quæst. 63. *Multarum enim (inquit) terrarum, & locorum, sicut fluminum, & vrbium nomina, certis existentibus causis, antiquitate mutata sunt. &c. Quod ipsum, in lib. Numer. quæst. 20. rursus animadvertit.*

Sed huic equidem parti vt planè, ac breviter faciam satis; nescio quâ ratione melius possim, quam prolatis carptim verbis, quæ præfat. in lib. *Phaleg.* aptè suggerit Arias Montan. Porro (inquit) *qui studio Sacrarum literarum sunt dediti, si terrarum situs, maris ambitus, fluviorum cursus, &c. Qualia sint, ignorent, multa quoque eos in sacrorum librorum lectione latere necesse erit: frequens enim sacris in literis harum mundi partium mentio fit, &c. Cuius descriptionem Propheta omnes, ac reliqui Sacri Scriptores, qui post Moysen extiterunt, sancti secuti: vt quamvis ipsi Regionum, vel incolarum nomina, post multa sæcula, immutata invenerint, eadem tamen illa antiquissima usurpaverint, quod quidem nisi ab ipsis observatum fuisset, quod de Gentium origine ex alijs scriptoribus, cognoscere possemus, esset planè nihil, &c. Haftenus ille.*

Ideò S. Hieronymus, Præfat. in lib. *de Locis Hebraicis*, ob hoc, maximè studium olim commendavit Eusebium Pamphili, sic locutus: *In hoc opusculo laboravit, vt congregaret nobis de sanctâ Scripturâ omnium penè vrbium, montium, fluminum, viculorum, & diversorum locorum vocabula, quæ vel eadem manent, vel immutata sunt postea, vel aliquâ ex parte corrupta, vnde & nos admirabilis viri sequentes studium secundum ordinem literarum, vt sunt in Græco posita, transtulimus, &c. Et hunc ipsum ordinem post, exactè servavit Arias Montan. ad finem lib. *Chaleb.* sive de terræ promissæ partitione, vbi ad integra m huius argumenti notionem, & absolutam Prælectorum utilitatem, ita conceptus exprimitur.*

ELENCHVS.

Quo libro, & capite Bibliorum, & quoties singuli Palæstinæ loci continentur.

Quem, si studiosè percurras, per ipsam Alphabeti seriem, quæ digestus est, statim è Prophetarum citatis capitibus inter-noscas; qui nam à quolibet, Tractus, Regiones, vbes, loci, &c. memorentur: quod te, pro singulis inveniendis, hic semel admonuisse sufficiat.

Ac

Ac demum, vt scias, quantæ sint utilitatis, horum quoque non contemnenda cognitio, audi Cassiodorum, *Divin. Lect.* cap. 25. *Sacrae Scripturae studiosos sic admonentem. Cosmographorum quoque notitiam vobis percurrendam esse, non in merito sua demus, vt loca singula, quæ in libris sanctis legitis, in quâ parte mundi sunt posita, evidenter cognoscere debeatis.* Atque hæc illa ipsa est exponendi methodus, quam inter sex alias species inventionis, ad rimandas divine Scripturae sensus aptissimas, secundo loco statuit Sixtus Senensis, *Biblioth. lib. 3. Topica* (inquit) *sive Topographi ca est, quæ particulares præstat descriptiones ac tabulas Provinciarum, Regionum, Marium, Montium, Fluminum, Sylvarum, Vrbium, Oppidorum, aliorumque locorum qui in Sacris Literis leguntur. Vnde, suâ protinus spontè venit inscribenda.*

QVÆST. I.

An, & quid utilitatis conferat Geographiæ cognitio quibusdam Prophetarum locis dignoscendis?

Cantapetrensis, lib. 1. *Hypot.* cap. 18. lib. 9. *Regul.* 37. & lib. 10. *Regul.* 6.
Salmeron, *Proleg.* 9. can. 14.
Episcop. Oxomenf. *Regul.* 7. §. *De Mathematicarum.*
Galarza, lib. 6. *Instit.* cap. 1.
Poffevinus, lib. 2. *Biblioth.* à cap. 52. & lib. 15. c. 19.
Rodriguez de Leon. *Prædicat. Gent.* lib. 1. c. 21. & 22.
Pineda, lib. 3. *de Reb. Salom.* cap. 20.
Escalante, lib. 5. *Clypei*, cap. 36.

QVÆST. II.

Vtrum eiusmodi locorum in Prophetis necessaria sit investigatio?

Serarius, ad *Iosue*, cap. 15. quæst. 1.
Ribera, *Proem. in Zachar.* num. 5.

R r 2

Ioan.

Ioannes Ferdinand. *Theſauri*, Præluđ. 5. num. 2.
 & lib. cap. 4. num. 5.
 Escalante, lib. 7. *Clypei*, cap. 15.
 Fabianus Iuſtinianus, part. 1. *de Script.* lib. 1. cap. 15.
 Epiſcopus Oxomenſ. Regul. 7. §. *Habeat.*
 Cantapetrenſis, lib. 1. cap. 12.
 Arias Montan. Præfat. in lib. *Phaleg.* & lib. *Chaleb.*

QUÆST. III.

Quenam, & qualis fuerit uniuerſim Geographia, ſeu Chorographia totius terræ ſanctæ?

Sanctus Hieronym. lib. *de Locis Hebraicis.*
 Ribera, in *Amos*, 6. num. 43. *Mich.* 7. num. 33.
Zachar. 9. num. 44.
 Arias Montan. in *Apparat.* lib. *Chanaam.* cap. 6. & toto lib. *Chaleb.*
 Chriſtianus Adricomius, *Theatro Terra Sanctæ.*
 Angelus Caninius, lib. *de Locis Hebraicis.*
 Bonfrerius *Onomastico. Urbium ſ. Script.*
 Barradas, lib. 1. *Itiner.* cap. 2.
 Menochius, lib. 1. *de Repub. Hebr.* cap. 2. q. 1. & ſeqq.
 Salmeron, *Proleg.* 41. latè.
 Galarza, lib. 6. *Inſtit.* cap. 1. 2. & ſeqq.
 Brocardus, Petrus Bellonius.
 Gaſpar Sanch. *ad Zachar.* 9. num. 45.
 Poſſevinus, lib. 2. *Biblioth.* cap. 53.
 Serarius, *ad Iofue*, 13. quæſt. 4.

QUÆST. IV.

Qualis facta ſit diuiſio terræ promiſſionis?

Arias Montan. lib. *Chaleb.* cap. 2.
 Salmeron, *Proleg.* 13. *Regul.* 27. & *Proleg.*
 41. & 42. §. *Quod ſ.*

Ma

Magallanes, epitom. *Iſag. de Terra Sanctæ. deſcriptio-*
ne, ſect. 1.
 Serarius *ad Iofue*, cap. 13. quæſt. 2. & ſeqq.
 Galarza, lib. 6. *Inſtit.* cap. 1. 2. & 3.
 Tena, lib. 3. *Iſagog.* diffic. 17. ſect. 2.
 Sherlegus, *Anteloq.* 5. ſect. 2. n. 14.
 Maurus Caſtella, *Hiſt. ſ. Iacobi.* lib. 1. cap. 4.
 Menochius, lib. 1. *de Repub. Hebr.* cap. 2.

QUÆST. V.

Cuiusmodi fuerit Terra diuiſio in XII. Tribus.

Menochius, lib. 1. *de Repub. Hebr.* cap. 7. quæſt. 3.
 & toto cap. 4.
 Salmeron, *Proleg.* 41. §. *Deinde*, & *Proleg.* 42. in
 2. diuiſ. §. *Ad ſecundum.*
 Tena, lib. 3. *Iſagog.* diffic. 17. ſect. 2. & 6.
 Sherlogus, *Anteloq.* 5. ſect. 5. n. 78. & ſect. 7. n. 133.
 Serarius, *ad Iofue*, 13. q. 5. & ſeqq.
 Arias Montan. lib. *Chaleb.* c. 2. §. *de Duobus tribus*, & ſeqq.

QUÆST. VI.

*Quæ ratione conſiderandi ſint orbis tractus
 in Sacra Scriptura?*

Cornelius, in *Pentat.* can. 38. & in *Proph. Maior.*
 can. 39. & *Ieremiæ* 13. v. 19.
 Bolduc, *ad Iob.* cap. 1. v. 3. §. *Inter.*
 Ribera, in *Zachar.* 2. num. 13. & lib. 1. *de Templo*, cap.
 15. num. 7.
 Gaſpar Sanch. in *Habac.* 3. n. 39.
 Martin. del Rio, tom. 2. *Adag.* 150. & 321.
 Pererius, *ad Genes.* 25. diſp. 3. n. 31.
 Balleſter, lib. 2. *Hierolog.* cap. 4.
 Guevara, in *Habac.* cap. 3. num. 29.

R 13

QUÆST.

Q U Æ S T. VII.

Qualiter accipiendi sunt termini terrarum?

- P** Ayva, lib. 9. *Phras.* cap. 33.
 Galarza, lib. 6. *Instit.* cap. 1. & 2.
 Menochius, lib. 1. *de Repub. Hebr.* cap. 2. q. 1. & 2.
 Castro, *ad Michæ.* 7. n. 15.
 Martin. del Rio, tom. 1. *Adag.* 924.
 Ribera, *in Apocal.* cap. 20. n. 66.
 Gaspar Sanch. *ad Zachar.* 9. n. 45. & 47.

Q V Æ S T. VIII.

Qualia sint in Sacro Sermone, quatuor orbis climata?

- B** Allester, lib. 2. *Hierolog.* cap. 4.
 Pererius, *ad Genes.* 25. disp. 3. n. 31.
 Ribera, *in Ioel.* cap. 2. n. 41.
 Ioan. Ferdinand. lib. 1. *Theaur.* cap. 12.
 Pagninus, lib. 2. *Isag.* cap. 9.
 Gaspar Sanch. *ad Zachar.* 9. n. 47.

Q U Æ S T. IX.

His prepositionibus à vel ab N. usque ad N. qui termini significantur?

- P** Ayva, lib. 3. *Regul.* cap. 40.
 Ioannes Ferdinand. lib. 2. *Theaur.* cap. 35.
 Barradas, lib. 7. *Itiner.* cap. 7. n. 7. & lib. 10. c. 6. n. 51.
 Castro, *ad Ieremia.* 4. n. 13. & *Zachar.* 5. n. 2.
 Roa, 2. part. *Singul.* lib. 1. cap. 6.
 Gaspar Sanch. *ad Zachar.* 9. n. 45.
 Salmeron, *Prolegom.* 19. can. 13.

QUEST.

Q U Æ S T. X.

Qualiter intelligendus sit iste terminus, omnis terra?

- M** Alvenda, lib. 3. *de Antichr.* cap. 30.
 Gaspar Sanch. *ad Reg.* 3. cap. 3. n. 42. & *ad*
cap. 17. num. 26.
 Castro, *ad Zachar.* 5. num. 3.
 Salmeron, tom. 10. tract. 43. §. *Ad tertiam.*
 Pro huius termini *Omnis*, intelligentiâ plures
 lect. 18. quæst. 34.

Q U Æ S T. XI.

Apud Prophetas, quamnam Regio Tharsis?

- A** Bulensis, 2. *Paralip.* 9. quæst. 14.
 Bassius Ponçe, quæst. 8. *Exposit.* cap. 2. & 3.
 Malvenda, lib. 5. *de Antichr.* cap. 14.
 Sherlogus, *Anteloq.* 7. sect. 2. n. 21.
 Ramirez de Prado, *Pentecost.* cap. 45.
 Acoſta, lib. 1. *de Nat. nov. Orb.* cap. 14.
 Salinas, *ad Iona.* cap. 1. q. 20. & seqq.
 Ribera, *ibid.* n. 6. Castro, n. 7.
 Bonfrerius, *ad Genes.* 10. v. 4.
 Pineda, lib. 4. *de Reb. Salom.* cap. 14. & 15.
 Zelada, *Iudic.* 2. §. 15, Velloſo, *ibid.* v. 13. n. 37.
 Ballester. *Onomatograph.* part. 1.
 Possevinus, lib. 2. *Biblioth.* cap. 5.
 Pererius, *ad Genes.* 10. n. 22. & seqq.
 D. Thomas Tamayo, *defens. Histor. Marianæ*
ad lib. 1. num. 1.
 Villalpando, *ad Ezechiel.* 27.
 Sotomayor, *in Cant.* Regul. 210. & quæst. 3.
 Menochius, lib. 7. *de Rep. Hebr.* cap. 10. quæst. 3.
 Franciscus Colin, *Indiæ Sacre*, lib. 2. *disquisit.* 2. latè.

R r 4

QVÆST.

QUÆST. XII.

Nam eadem Regio, an alia, fuerit Ophir?

- G**Aspar Varrerius, comment. de Ophira Regione.
 Malvenda, lib. 3. de Antichr. cap. 20. & seqq.
 Pineda, in Iob. 28. v. 16. á num. 3. & lib. 4. de
 Reb. Salom. cap. 16.
 Escalante, lib. 5. Clypei, cap. 36.
 Ribera, in Iona, cap. 1. num. 14.
 Acofta, lib. 1. de Nat. Nov. Orb. cap. 13.
 Abrego, in Cant. Trium puer. v. 21. §. 5. Digref.
 Ballefter. Onomat. part. 1.
 Antonius Fernand. Vifion. 26. feñt. 2. n. 3.
 Arias Montan. Præfat. ad lib. Phaleg.
 Cornelius, ad Ieremia, 10. v. 9.
 Menochius, lib. 7. de Rep. Hebr. cap. 10. quæft. 5.
 Franc. Colin. India Sacra, lib. 2. difquifit. 1.

Sed quoniam plures sunt Regiones, Provinciae, Vrbes, oppida,
 Tractus, & Loca, quorum meminere Prophetæ, ideoquæ
 ficut prolixum, ita & moleftum efferet, ad vnum omnia percence-
 re, cum in tabulis geographicis iam á multis fingula signata fint,
 fatis huic parti me feciffe fufpicor, & Prælectorum vtilitati, fi
 potiffima quedam, ac notiffima, & in Prophetis magis obvia, fal-
 tem indicavero: Nam quo ad fingulas quasque Vrbes, & Loca
 pertinet, cum ad ea fignatim á Prælectore ventum fit, multa fa-
 tis super cuiusque notitiâ, maxime in recentioribus interpretum
 commentarijs aptè defcripta comperiet, quæ poterit,
 cum opus fit, opportunè confulere: Nos enim
 ad promiffa properamus.

(o)

QUÆST.

QUÆST. XIII.

*Quanam celebriores sint apud Prophetas,
 Regiones?*

Ægyptus.

- I**oannes Ferdinand. lib. 1. Thef. cap. 50.
 Pererius, ad Genef. 10. difp. 2. & ad cap. 12. difp. 4.
 Guevara, in Habac. cap. 3. num. 86. & 138.

Æthiopia.

- G**Aspar Sanch. ad 4. Reg. 19. n. 9 Habac. 3. n. 82.
 Franc. Colin, India Sacra, lib. 1. cap. 17. & feqq.
 Pererius, lib. 15. in Genef. difp. 1. & 2.
 Ioan. Ferdinand. lib. 1. Thef. cap. 58.
 Guevara, in Habac. cap. 3. num. 75. & feqq.

Africa.

- F**ranciscus Colin, India Sacra, lib. 1. cap. 18.
 Ioann. Ferdinand. lib. 1. Thef. cap. 60.
 Pererius, ad Genef. 25. difp. 2. num. 18.

Arabia.

- G**Aspar Sanch. ad Habac. 1. num. 36.
 Ioann. Ferdinand. lib. 1. Thef. cap. 122.
 Pererius, ad Genef. cap. 10. v. 7.
 Guevara, in Habac. cap. 1. num. 106. & feqq.

Affur, Syria. Afsyria.

- S**almeron, Proleg. 41. §. Primum ignur, & c.
 Ribera, Mich. 7. num. 32. Ioel. 2. num. 41. &
 Nahum. 2. num. 37.
 Arias Montanus, lib. Phaleg. cap. 11.

Ioan.

Ioan. Ferdinand. lib. 1. *Thef.* cap. 162.
 Pererius, lib. 15. *in Genes.* disp. 5 & seqq.
 Guevara, *in Habac.* cap. 2. num. 141. & 203.

Babylonia.

M Alvenda, lib. 2. *de Antichr.* cap. 16. & seqq.
 Ioannes Ferdinand. lib. 2. *Thef.* cap. 1.
 Leo Allatius, *in S. Eustachij, Hexahem.* not. ad pag. 50.
 Atlas Montan. lib. *Phaleg.* cap. 12.
 Gaspar Sanchez, *ad Iona.* 3. num. 4. & 8.
 Pererius, lib. 15. *in Genes.* disput. 4.

Chaldæa.

Ioannes Ferdinandus, lib. 3. *Thef.* cap. 67.
 Ribera, *Ioel.* 2. num. 41.
 Pererius, *ad Genes.* 12. disput. 1.

Chanaan.

Pererius, *in Genes.* 12. num. 64.
 Ioan. Ferdinand. lib. 3. *Thef.* cap. 68.
 Guevara, *in Habac.* cap. 3. num. 27.

Vtraque Galilæa.

Salmeron, Proleg. 41. §. *Ex histertia,* & tom. 4.
 part. 1. tract. 23. §. *Addit.*
 Galarza, lib. 6. cap. 6. & 7.

India.

Franciscus Colin, *India Sacra,* Libris tribus, sed
 maximè lib. 1. cap. 19. & lib. 4. *ad Isaie* 13.
 & *Sophon.* 3.
 Alvenda, lib. 3. *de Antichrist.* cap. 12.
 Gaspar Sanch. *ad Michæ.* 5. num. 67.

Insulæ.

Pagninus, lib. 8. *Isag.* cap. 22.
 Payva, lib. 12. *Phras.* cap. 26.
 Ioannes Ferdinand. lib. 3. *Thef.* cap. 66.
 Francisc. Colin, *India Sacra,* lib. 3. *de Insulis* *veſt.*
Testam. maximè, cap. 4. & seqq.

Italia.

M Alvenda, lib. 5. *de Antichrist.* cap. 1. & 2.
 Exprimunt *Isaias,* cap. 66. v. 19. & *Ezechiel.*
 cap. 27. v. 6.
 Lorinus, & Cornelius, *ad Numer.* cap. 24. v. 24.
 Franciscus Colin, *India Sacra,* lib. 3. cap. 6. n. 68.

Iudæa.

Galarza, lib. 6. *Instit.* cap. 3.
 Salmeron, Proleg. 41. latè.
 Castro, *in Abdiam,* n. 23. & *Zachar.* 5. num. 23.

Libya.

M Alvenda, lib. 5. *de Antichr.* cap. 9.
 Pererius, *ad Genes.* 10. disp. 2. num. 43. & seqq.

Mons Galaad.

Galarza, lib. 6. cap. 8.
 Pererius, *ad Genes.* 31. num. 17. & seqq.
 Guevara, *in Habac.* cap. 2. num. 329. & seqq.

Mons Libanus.

Salmeron, Proleg. 41. §. *Ex his habemus.*
 Sheriogus, *Anteloq.* 5. sect. 4. num. 62. & sect.
 5. num. 79.
 Payva, lib. 13. *Phras.* cap. 16.

Ribera, *Osee*, 14. num. 14. & 17.
 Castro, *ibid.* num. 10.
 Guevara, *in Habac.* 2. v. 17. num. 317. & seqq.

Philisthina.

G Alarza, lib. 6. cap. 4.
 Ribera, *ad Sophon.* 2. n. 7. & *Abdia*, n. 90.
 Pererius, *ad Genes.* 10. num. 109.

Saba.

M Alveda, lib. 5. *Antichrist.* cap. 13.
 Barradas, tom. 2. lib. 8. cap. 18.
 Salmeron, Proleg. 15. Regul. 8.
 Vincentius Regius, lib. 4. *in Evang.* cap. 12. n. 72.
 Pererius, *ad Genes.* 10. v. 7.

Samaria.

S Almeron, Proleg. 41. §. *Iam dicendum.*
 Galarza, lib. 6. cap. 5.
 Ribera, *in Amos*, cap. 3. num. 14.
 Castro, *ibid.* num. 7.

Terra Promissionis.

P Ererius, *ad Genes.* 15. disput. 9.
 Martinus del Rio, tom. 1. Adag 61. de qua
 plures supra quaest. 3. & 4.

Terra trans Iordanem.

S Almeron, Proleg. 41. §. *Trans Iordanem.* & §.
sunt, & alia.
 Serarius, *ad Iesus*, cap. 13. quaest. 3.
 Galarza, lib. 6. cap. 8.
 Plures ad *Isaie* cap. 9. v. 1.

QUÆST. XIV.

*An, & cur Prophetæ fœminarum nomine,
 soleant urbes appellare?*

P Ayva, lib. 9. *Phras.* cap. 25.
 Salmeron, Proleg. 14. Ferm. 30. §. *Novo*.
 Bonfrerius, *in Pentat.* can. 27.
 Martinus del Rio, tom. 1. Adag. 691.
 Novarinus, lib. 7. *Schediasm.* cap. 16.
 Bolduc, *ad Iob.* cap. 1. v. 3.
 Gaspar Sanch. *ad Isaia*, 37. num. 22. & *ad Amos*,
 cap. 5. num. 4.
 Ribera, *ibid.* num. 3. & *Sophon.* 3. n. 24.
 Cornelius, *in Prophet. Maior.* can. 18. & *in Amos*,
 cap. 5. v. 2.
 Lucas Velloso, *ad Iudith.* 2. v. 13. n. 38.

QUÆST. XV.

*Quanam ad urbem Ierusalem universim
 spectantia?*

T Ena, lib. 3. *Isagog.* diffic. 17. sed. 1. & *scac*.
 Salmeron, Proleg. 42.
 Galarza, lib. 6. cap. 3.
 Ballester, *Onomatograph.* part. 1.
 Guevara, *in Habac.* 2. num. 241.
 Novarinus, lib. 4. *Schediasm.* cap. 2.

Q V Æ S T. XVI.

*Qualia sint ad Templum generatim
pertinentia?*

A Rias Montan. lib. *Ariel. sive de Templi Fabrica.*
Tena, lib. 3 *Isagog* diffic. 17. sect. 5.
Salmeron, *Proleg.* 42. §. *Intra Civitatem.*
Burgensis, 1. part. *Scrut.* dist. 4. cap. 3. & 4.
Ribera, lib. 1. *de Templo*, c. 4. & ad cap. 1. *Aggai*, n. 11.
Villalpando, latissimè tom. 2. & 3. *Apparat.*
Malvenda, lib. 1. *Antichr.* cap. 22.
Barradas, tom. 2. lib. 3. cap. 10. & seqq.
Adrichomius, in *Ierusalem*. n. 75. & seqq.

Q V Æ S T. XVII.

*Quam varia significet Infernus apud
Prophetas?*

M Artin. del Rio, tom. 1. *Adag.* 197. digress. 2. cap.
2. á loco 10. vsque ad 21. ex *Psalms*, á loco
39. vsque ad 53. ex *Prophetis*.
Rursus, cap. 3. loco 73. & seq. ex *Psalms*, & loco
85. & seqq. ex *Prophetis*.
Sandæus, *Gram. Proph.* comment. 16. á §. 29. &
seqq. & in *Notis*, ad §. 30.

Q U Æ S T. XVIII.



*Qualis, ubi, & utrum, nunc extet
Paradisus?*

A Nastasius Sinaita, quæst. 23.
Malvenda, toto volumine, *de Paradiso*.
Salianus, tom. 1. *Die Mundi*, 3. num. 26. & seqq.

Mar

Martinus del Rio, tom. 1. *Adag.* 7. 9. latè.
Bonfretius, ad *Genes.* 2. v. 8.
Pererius, lib. 3. in *Genes.* disp. de *Paradiso*.
Bellarminus, lib. 3. *de Grat. prim. Hom.* cap. 10.
Arriaga, in 1. p. tom. 2. disp. 35. sect. 2.
Sherlogus, *Anteloq.* 5. sect. 4. num. 70.
Torniellus, *die Mundi*, 3. n. 13. & seqq.
Franciscus Colin, *India Sacra*, lib. 1. *disquisit.* 3. latè.
Suarez, *de Oper. Sex dierum*. lib. 3. cap. 6.

EN habes, Biblicæ Prælector, per præfixa titularium dictionū
lemmata plusquam sexcentas septuaginta Quæstiones ex
ipsa materiæ cuiuslibet inscriptione natas: & fateor, nō omnes eius
fecunditatis esse, quæ sint absolutæ dissertationis capaces; sed ta-
men, vel ad integritatem argumenti non videbantur committendæ:
& forsitan quæ minutiores sunt, gravioribus, vel adiumento, vel
ornatui saltem esse poterunt, modo singulas studiosius, & tuo ip-
se ingenio exacuas, & ditiori eruditione perpolias: & quoniam vt
tritum illud Stoici, quod fere proverbij vicem obtinuit: *Longum
iter est per præcepta, breve, & efficax per exempla*; post tot quæstio-
num veluti viarum anfractus, te nunc tandem in itineris
compendium revocare conamur; quod, nisi fallor,
tamquam intento digito palam ostendit,
quam apponimus, vt exemplar
conspiciendam.



ME

METHODI SPECIES, IN VNIUS ABDIÆ VATICINIO DEMONSTRATA.

Ratione a modum concinnandę Biblicę Prælectionis, cum videris, studiose Lector, in 1. huius Methodi parte satis, vt reor, expressum: materiamquę in præmissas quæstionum classes hinc inde congestam, statim occurrit animo, vt obijcias cum Tullio lib. 7. Famil. Epist. 20. *Nullam artem literis, sine interprete, & sine aliquâ exercitatione percipi posse*: quod ille statim satis opportuna, probat exemplo: *Num ius civile nostrum (ait) ex libris cognosci potest? Qui quamquam plurimi sunt, Doctorem tamen, lumenquę desiderant.* Et ingeniosę quidem Cicero ad ediscendam quamlibet artem, *Doctorem lumenquę requirit.* Illum sanę, qui præceptis auditorem instituat; hoc autem, vt monita exemplis ostendat: *Doctorem tantum auribus loquitur; lumen verò, rem oculis ingerit: recte igitur quælibet artes utiliter addiscendę, Doctorem, lumenquę desiderant.*

Hinc prudentèr apud Græcos, edocendis liberalibus disciplinis, binii gymnasiorum Præfecti constitui solebant, quorum hac in re munus, lib. 6. de Legib. Sic ostendit Plato: *Musica, & gymnastica magistratus duplices vniussque facultatis constituatur, alij, disciplina; alij, exercitatione causã.* Hoc est, vt ipsi capi, alij, vt præceptis disciplinas tradant: alij verò, vt verbis tradita disciplinarum documenta re, atque opere exercitationi mandata, & ad praxim reducta probent, atque confirmet: Sic enim à Doctore præceptionibus monita capiet, ac methodum; à praxi autem ipsius operis conspectum, ac lumen, & exercitacionis usum habebunt; hæc quippè eiusmodi sunt, quæ ad integrum sui documentum Auctorem, lumenquę desiderant: nam, vt breuicor lib. 2. de Vita S. Martini; cecinit S. Paulinus:

-----factis faciendã docentur:
Exemplum magis suadet opus, quã gratia verbi.

Si tamen, *Gratia verbi* talis sit, vt verbum etiam exempla comitentur, fiet exempli vice ce, *Verbi gratia*: & vsu verba subsequente, monitum ipsum tranin opusibit, vt & opus quocquę fubeat munus traditæ præceptionis.

Ideo sapienter Tullius inter à se tradita de orationis artificio præcepta, hunc sibi scopum præfixisse fatetur, de Orat. lib. 2. *Vt doctis hominibus vsus nostri quasi quadam monita tradamus*: Idest vt præcipientes ipso etiam opere vtitata nobis struenda orationis exempla cæteris sequenda monstremus: & sanę Cicero: *vsus quædam monita se traditurum pollicebatur*: nos vero, quod aptius ad rem est, è conuerso *monitorum vsu* exemplis ostendimus: quod & ipse probat, seu quisquis Auctor est, ad Herennium lib. 1. *Vt intelligas (inquit) hanc præceptionis rationem, ad exercitacionem accommodari oportere.*

Ergo, vt præscriptã Methodo, totam præceptionis rationem, expresso velut Paradigmate, ad exercitacionem accommodari conspicias, ad inscripta titularium dictionum lemmata recurrimus; & singula ex ordine revocantes, in vnius Abdiæ prophetiam adaptamus: ex pluribus aliquas tantum quæstiones inscribimus, quæ huic vaticinio germanæ sint, atque potissimæ; sed eo solũ animo, atque consilio, vt inscriptas cum legeris, indicatõs earumdem tractatores adeas; & integras, si velis, ipse perficias, vel saltem harũ exemplo qualiter in alijs quoque Prophetis similes excitandę sint atque conficiendę planè dignoscas: nec enim animus modo, aut tempus est, quasque diuisim ex instituto versare, atque complere; quæ in huius Prophetæ commentationem convenient.

Demum, vt in compari studio de producendis Prophetarum vaticinijs, Eusebius Cæsariens. *Demonstr. Evang.* lib. 2. cap. 27. *Cum plurima eiusdem argumenti sint Prophetia; testimonijs hisce (tamquam cæterorum exemplis) quæ hic apposuimus, contenti erimus, &c.*

Quod vt vtilius exequar, monente Symmacho, lib. 6. Epist. 55. *Quædam collata in titulos breuiter percurri, vt sine fastidio lectionis insinuata noscatis.*

DICTION. I.

AUCTOR.

In primis Abdæ laudibus ponitur à Sancto Hieronymo, ad v. 17. ipsa nominis eius ex Hebræo latina interpretatio: *Abdias* (ait) *servus appellatus est Domini*, quem etiam alij sequuntur: ergo preeunte in eiusdem Prologo, Ruperto: *Accedamus ad hunc servum Domini, & audiamus: quid per eum dicat ipse, qui per Sanctos Prophetas locutus est, Spiritus Domini*: Ac primo quidem. vt. *Aucter*. vaticinij, noscatur, erit inquirendum.

An vitæ probitas sit ad prophetiam necessaria? De quo sect. 6. quæst. 9. & an Prophetæ, quorum scripta sunt in Canone Bibliorum, omnes sancti sint? Quæst. 10. & quod signatim ad Abdiam spectat.

QUEST. I.

Quis nam, & qualis Propheta, fuerit Abdias?

Sanctus Epiphanius, *de Vit. & obit. Prophet.* cap. 15; Dorotheus, *in Synopsi.* S. Isidorus, *de Vit. & mort. sanct.* cap. 44. & lib. 7. *Etymol.* cap. 8. & Proœm. in hunc Proph. Petrus Damianus, *serm.* 20. & 54; S. Hieronymus, vterque Hugo, Cardin. & Victorinus, Rupertus, Carthusianus, Arias Montan. Lyra, Vatablus, Ludovicus Legionens. Castro, Figueiro, Mariana, in vers. 1. Abulens. ad 3. Reg. 18. quæst. 2. & seq. 4. Reg. 15. q. 31. & tom. 1. *in Epist.* S. Hieronymi *ad Paulin.* cap. 7. Tena, lib. 2. *Isag.* diffi. 15. sect. 2. & 3. Dosina, lib. 2. *de Auct. Script.* cap. 3. Escalante, lib. 5. *Clypei.* cap. 19; Sixtus Senens. *Biblioth.* lib. 1. Galarza, lib. 4. *Instit.* cap. 4. Ribera, *Prælu.* 2. & 5. *in Prophet.* Aucter vitæ Abdæ, in comment. S. Cyrilli, Bellarminus, *de Script. Eccles.* Fabian. Iustinianus, lib. 1. *de sacr. script.* part. 2. cap. 35. Gaspar Sanchez, *Proleg.* 1. & 5. *in Abdiam.* & ad cap. 2. *Osee.* n. 3. Cornelius, *Argument.* *in Abdiam.* Georgius Ederus *æconom. Bibl.* lib. 2. Atque huc spectat. sect. 1. quæst. 1. 2. & 5.

QUEST.

QUEST. II.

Quo numero, & ordine collocetur inter reliquos Prophetas?

Sanctus Hieronymus, *Proœm. in Ioel.* S. Augustinus, lib. 18. *de Civit. cap. 31.* Rupertus, *in Proleg.* Hugo Victorinus, & Legionensis, exord. *in Abd.* Cornelius, *Harmon. Chronolog.* 12. *Proph.* & Proœm. in eisdem quæst. 2. Arias Mont. *disput. in lib. Prophet.* Ribera, *Prælu.* 2. *in Prophet.* num. 9. Gaspar Sanch. *in Oseam.* *Proleg.* 4. Et huius argumenti est, sect. 1. quæst. 7. & sect. 4. quæst. 9.

QUEST. III.

An primus omnium Prophetarum, qui vaticinia sua scripserunt?

Ioan. Driedo: lib. 3. *de Supput. annor.* tract. 3. c. 5. Tena, *in Epist. ad Hebr.* *Prælu.* 1. sect. 2. Castro, *Præfat. in Abdiam.* & lib. 4. *de Prophet.* cap. 3. & *ad Osee.* cap. 1. v. 2. Cornelius, *argum. in Abdiam.* & Proœm. *in Prophet. Min.* quæst. 2. §. *Dico secundo.* Arias Mont. *Præfat. de Prophetica legat.* Atque huc pertinent sectionis 4. quæst. 4. & 9. & 12.

DICTION II.

MATERIES.

Vers. 1. *Hac dicit Dominus Deus ad Edom.* Vbi S. Cyrillus: *Hiscæ verbis* (inquit) *totum Prophetia. sive visionis suæ Scopum. & consilium nobis explanat, & quorsum spectet declarat, &c.* Hæc est, integrum vaticinij argumentum exponit; vt volunt Arias Montan. Petrus Figueiro, & plures; vnde discutiendum occurrit.

§ 2

QUEST

QUÆST. IV.

Quanam sit Abdiæ materia, & argumentum?

SANCTUS AGUSTINUS, lib. 18. *de Civit.* cap. 31. Sanct. Hieronymus, Cyrillus, Isidorus, Remigius, Carthusianus Legionensis, & Castro, in *Proem.* Uterque Hugo, Cardin. & Victorinus, Lyra, ad vers. 1. Sanct. Athanasius, *synops.* lib. 18. Arias Montanus, Ribera, & Gaspar Sanch. in *Argument.* Cornelius, Procem. in *Prophet. Min.* quæst. 4. §. Quintus. Petrus Aureolus, *Compend. in Script.* part. 6. fol. 86. Alfonso Spina, lib. 3. *Fortalic.* cap. 24. Didacus Valades, *Reth. Christ.* part. 2. cap. 29. Gaspar Sanch. in *Abd.* Proleg. 3. quod totum hoc disticho claudit Theodulphus Aurelianensis, versibus, in fronte Biblior. scribendis.

*Percutit Abdiæ Edom almi cuspide verbi;
Æmulus, & fratris illius ore ruit.*

Adde ex sect. 2. quæst. 5. & 13.

DICTIO III. INSCRIPTIO.

VERB. I. *Visio Abdiæ.* S. Hieronymus ad hæc ita: *Rectè videns titulo prænotat visionem.* Hugo Cardin. *Primo ponitur titulus.* Arias Montan. *Totius operis inscriptio hæc est.* Carthusianus, *Præmittit Abdiæ, hic titulum duo verba continentem, dicendo: Visio Abdiæ, & hanc esse inscriptionem Prophetiæ, voluit Strabus Fuldens. Castro, Figueiro, & alij. Quo sponte venit ex sect. 3. quæst. 2. 4. & 5.*

Adit Varablus, *Visio Abdiæ. Titulus est libri, ut cognoscamus. Auctorem Prophetiæ. Quo spectat sect. 3. quæst. 2. 3. & 5.*

Theodoretus sic exorditur Prophetæ mentem exponere *Visio Abdiæ: Hæc est divinitus facta Abdiæ revelatio hæc est.* Hugo Cardin. *Id est, quod Deo revelante intellexi, est id quod sequitur.* Monet propterea prudenter Arias Montan. *Visionis autem verbum, quo vaticiniæ medus significatur, tantisper, excusandum nobis est. Vbi statim diliquis oportet.*

QUÆST.

QUÆST. V.

Quid in loco, Visionis nomine sit intelligendum?

HANC apte versant Rupertus, ibidem Remigius, Arias Montan. Strabus Fuldens. Castro, Gaspar Sanch. Legionensis Cornelius, Paulus de Palacio. Et tota huius loci est, sect. 3. quæst. 14. & sect. 6. quæst. 23.

QUÆST. VI.

Cur Visio potius, quam Onus, hoc Abdiæ vaticinium inscribatur?

ET hanc ipsam ibi suscitant, & absolvunt, S. Hieronymus, Remigius, Legionensis, Ribera, & plures alibi: Sanctus Iulianus Toletanus, & Arias Mont. *ad Nahum.* cap. 1. v. 1. Cornelius, in *Proph. Minor.* can. 18. Martinus del Rio, *ad Thren.* 2. v. 14. Quo spectat sectionis 3. quæst. 15. & 17.

QUÆST. VII.

Quare ponatur in titulo Visio Abdiæ, & nihil postea, quod visum est, demonstretur?

HANC quoque totidem ipsis verbis inscribit S. Hieronymus, quam cum illo pariter versant Rupertus, Remigius, Strabus, Legionensis, Ribera, Gaspar Sanch. ibidem, & cum eodem Sancto Hieronymo, *ad Isaiæ,* cap. 1. v. 1. Salmeron, Proleg. 10. can. 42. Quam etiam respicit sect. 3. quæst. 14. Remigius Antisiodorens. ita quæstionem instituit.

S 3

QUÆST.

Q V Æ S T. VIII.

Cur hæc visio, *Visio Abdiæ* dicitur?

Quam in loco versant; necnon & S. Hieronymus, Hugo, Victorinus, Legionensis, Et hic lucem dabunt. *sc&. 3. quæst. 15. 16. & 17.*

DICTIO IV. TEMPORA.

Q U Æ S T. IX.

Quo tempore Prophetavit Abdiæ?

Hic opportunè versandæ plura suggerunt, Auctores indicat *sc&. 4. quæst. 3. & 4.*

Reliqua verò, quæ in toto vaticinio ad tempora spectare videbuntur, ex interpretum notis ostensa cursim attingimus: vnde, si velis, quæstiones valeas inscribere, & ex instituto pertractare, vt in sequentibus admonemus.

Vers. 7. Usque ad terminum emiserunt te: vbi Cornelius à Lapide rogat; quodnam tempus ita respiciant?

Vers. 8. In die illa dicit Dominus perdam sapientes de Idumæa, &c. Castro, *ibid. n. 11.* quærit: *Quando Idumæi perdeni? Quam latè versat, & Gaspar Sanch. n. 50. & sequentibus.*

Vers. 10. Et peribis in aeternum. Quale sit huius vocis significatum, & de qua duratione capiendum? Versant *ibid. Cornelius, Castro, n. 14. Gaspar Sanch. n. 39. Ribera, n. 37. & ad Michææ, 5. n. 40. de quo tota est sc&. 4. quæst. 13.*

Vers. 12. Et non despicias in die fratris tui, &c. Quod tempus hæc respiciant? Ribera à num. 56. Quid verò *Diei* nomine sit intelligendum? *Docent Auctores indicati sc&. 4. quæst. 46. & 47.*
Vers.

Vers. 13. Neque ingredieris portam populi mei, in die ruina eorum, &c. Castro, *ibid. num. 15.* discutit: quando acciderit quod hic futurum prædicitur?

Vers. 15. Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes, &c. S. Cyrillus, *ibid. sc&. 7.* Denuò tempus prædicit, quo cum Idumæis confociatæ Gentes finitime acerbas dabunt pœnas: ipsam verò diem vocat *Domini, &c.* Vbi Castro, *n. 19.* rogat: quod nam tempus prænuntiet? De quo etiam Liranus, Cornelius, & Ribera, *num. 70.*

Vers. 17. Et in monte Sion erit salvatio. Huius futuræ rei tempus inquirens, quæstionem inscribit Castro, *num. 19.* *Quando in monte Sion erit salvatio?* Pro qua videndus Gaspar Sanch. *ibid. n. 58. & Ribera, n. 78. & sequentibus.* Huc spectat *sc&. 4. quæst. 21.*

DICTIO V. SENSVS.

Quod attinet ad vaticinij Sensus, ita præmisit, Procem. *in Abdiæ, S. Hieronymus: In adolescentiâ meâ provocatus ardore, & studio Scripturæ allegoricè interpretatus sum Abdiæ Prophetam, cuius historiam nesciebam, &c.* Vnde mox oportebit inquirere.

Q U Æ S T. X.

An Idumæi tantum allegoricè, vel tropologicè sint intelligendi?

Sanctus idem Hieronymus ad *v. 1. Dum tropologiam* (inquit) *sequimur, perdimus manifestissimam prophetiam:* Et hanc quidem controversiam exactè discutiant Cornelius; ad *v. 1. Legionensis, Ribera, num. 6. Castro ad v. 1. n. 3. & ad v. 18. n. 22. Alvarez, ad Isaiæ, cap. 34. n. 74. & n. 101. Lorinus, ad Numer. cap. 24. v. 18. in Psalm. 59. v. 11. & Actor. cap. 15. v. 17. Del Rio, in Thren. cap. 4. v. 21. Abulcasis, ad Numer. cap. 24. quæst. 9. Tertullianus, lib. de Resurrect. Carn. cap. 20. Et huius instituti est *sc&. 13. quæst. 5.**

Hinc inferas à literali Prophetæ sensu, non recedendum, vt in eum observant, ac probant Castro, *n. 3. Ribera, num. 6. Gaspar*

Sanch. n. 53. Cuius argumenti sunt section. 5. quæst. 6. sect. 12. quæst. 18. & sect. 18. quæst. 9.

Omnes autem Abdiæ sensus ita distinguit in eiusdem *Præfat.* Hugo Victorinus: *Prophetiam suam literaliter adversus Idumæam dirigit: allegoricè, contra mundum; tropologicè, contra carmen stylum suum acuit, &c.* Et quidem de literalis sensu satis notum, ex proxima quæst. 4. ubi de Abdiæ materia seu vaticinij argumento.

De Allegorico, sive mystico, sic ad v. 11. Rupertus: *Proinde totam visionem hanc prophetiam, quoniam spiritualis est, spiritualiter, ut ceptum est, prosequamur, &c.* Iterumquè ad Malachiam, cap. 1. v. 5. ubi de Idumæorum excidio: *Hoc (inquit) in scripturis, ut litera sonat, factum esse, comprobari non potest: secundum spiritum, verum est, secundum spiritualem gratiam, manifestum est, &c.*

Quam illi mysticam intelligentiam usque ad exitum aptè persequitur; quæ verò spectant ad mysticum sensum, latè discutiunt Auctores indicati, sect. 5. quæst. 16. & seqq. & quam cautè peregrini sensus in vaticinia Prophetarum inducendi quæst. 38.

Tropologicum, seu morale, sic observat in Abdia, Remigius Astiffiodorens. *Tropologicè sermo propheticus contra Iudeos fertur, qui sunt fusi, & cruentati peccatis, & terrena tantum requirunt, nam Edom interpretatur etiam, terrenus, &c.* Addit & alium contra Hæreticos, quem ex Sancto Hieronymo hausit. An verò cum Historia moralis est, sit iterum moraliter exponenda? Habes sect. 12. quæst. 14.

Est & optima pro versandis opportunè sensibus admonitio, quam sub Abdiæ finem, v. 21. tradit S. Hieronymus ita: *Quia iuxta historiam, ut potuimus, interpretati sumus, &c. Spiritualis intelligentia vela pandamus.* Ex quo paritèr, Remigius, post explanatum literaliter contextum, sic addens: *Hæc iuxta literam, nunc breviter mysticum videamus sensum.* Quod ipsum seorsim exequitur Carthusianus, art. 2. in *Abdiam*, unde planè discas quo loco,

& pretio habendus sit præ reliquis sensus literalis, ut coeterorum basis, & fundamentum: De quò pluribus in 1. part. *Prænot.* 13. & sect. 12. quæst. 7. & 25.

DICTIO VI. SPIRITVS.

Coelitus edoctus Abdias, ut pondus, auctoritatemquè vaticinio conciliaret, & se divino Prophetarum spiritu afflatum eloqui persuaderet, sic exorsus est; v. 1. *Hæc dicit Dominus Deus ad Edom: auditum audivimus à Domino: Ut opportunè notant in loco, Sanct. Cyrillus, Theodoretus, Arias Montan. Rupertus, Hugo Cardin. Castro, & plures. Quo spectat sect. 3. q. 16.*

Ut observat præterea S. Cyrillus: *Ait, minime sua, sed Dei potius esse verba: dicit igitur, auditum se audisse à Deo adversum Idumæam.* Vides, qua firmitate asserat Abdias, se Dei spiritu plenum vaticinari? Vbi statim rogabis: An Prophetæ evidentè agnoverint, se à Deo inspiratos, ut prophetarent? Ut habes sect. 6. quæst. 12. cum seqq. in quibus huius instituti plura reperies.

Addit insuper Carthusianus: *Auditum audivimus, idest, Prophetalem revelationem, & sermonem internum, &c.* Statim quæres: Quænam, & cuiusmodi facta sit ad Prophetas allocutio divina? De qua signatè sect. 6. quæst. 21.

Pergit idem Dionysius: *Audivimus, præsertim auribus cordis; Angelis sanctis in nobis loquentibus; à Domine, tamquam à principali illuminatore, qui per Angelos aperit, & informat animos Prophetarum, &c.* Atque integra est, sect. 6. quæst. 24. & sect. 18. q. 95.

Afferit animosè Propheta, v. 18. *Quia Dominus locutus est: quò se divinitus inspiratum ostendat, nam à divini verbi firmitate, quam ibi notat Arias Montan. fidem accipit, pondusquè prophetica locutio, ut etiam Gaspar Sanch. n. 62. quo spectat sect. 1. quæst. 4. & sect. 6. quæst. 12. 13. & 16.*

Reddit ad v. 1. Remigius: *Verba Prophetarum visiones erant, quia videbantur mentis intuitu; hoc est intelligebantur, &c.* Ecce statim adest sect. 6. quæst. 25. An Sacri Vates semper intellexerint, quæ prophetabant?

Insuper ad v. 1. *Hæc dicit Dominus Deus, &c.* Sic observat opportunè Theodoretus: *Non, inquit, humanâ ratione utens hæc verba facit; sed Deus omnipotens, tamquam organo quodam, meâ linguâ vsus Idumæe futura prædicit. Quo sponte conveniunt è sect. 6. quæst. 14. 25. 18. 19. 20. & sect. 8. quæst. 11.*

DICTIO VII. ANTILOGI.

Primò quidem, ut ex aliorum Prophetarum collatione, qui pariter de Idumæis vaticinati sunt, Antilogias possis elicere, eos tibi nominatim exhibemus, qui iam indicari sunt ab Arias Montano, Ludovico Legionensi, & Castro, ad Abdiam, v. 1. nempe Balaam, numer. cap. 24. v. 18. David. P salm. 59. v. 10. P salm. 82. v. 7. P salm. 107. v. 10. & Palm. 136. v. 7. *Isaias*, cap. 11. v. 14. cap. 21. v. 11. & cap. 34. á v. 5. *Ieremias*, cap. 25. v. 21. cap. 27. v. 3. & 6. cap. 49. á v. 7. & *Threnor.* cap. 4. v. 21. *Daniel.* cap. 11. v. 41. *Amos*, cap. 1. v. 6. & 9. & 11. *Ioel.* cap. 3. v. 19. & cap. 9. v. 12. *Malachias*, cap. 1. v. 3. & 4. *Ezechiel.* cap. 25. á vers. 12.

Et iure ad Antilogiam spectat, quidquid á quolibet Prophetarum horum de Idumæis prædictum fuerit, quod ab alterius stylo diversum sit, vel adversum alicubi forte, videatur, ut in *Ieremiæ* vaticinio, qui expressius Abdiam æmulatur: observat ad huius v. 1. Ribera, n. 8. *Magna* (inquit) *Abdia pars*, ut *Hieronymus* testatur, & ut verba utriusque Prophetæ indicans, cap. 49. á v. 7. *Ieremiæ* continentur; excepto ordine commutato, & alijs, quæ videntur discrepare, &c. En tibi statim inveniendæ, versandæquæ Antilogiæ occasionem, antequam ministrat Prophetarum eiusmodi vaticiniorum mutua inter se collatio. Cui prorsus inferuit sectionis 7. quæst. 2. 3. 4. & 7.

Est autem insignis, & maximè notanda præ alijs, quas tu forsitan elicies: Antilogia ex Abdiam v. 16. vbi de postremâ, penitusque venturâ Idumæorum vastatione, sic fatur: *Bibent omnes Gentes iugiter, & bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sint: rursusque clarius v. 18. Et devorabunt eos, & non erunt reliquia domus Esau.* Quibus oppositum videtur prædixisse *Daniel.* cap. 11. v. 41. sic de Antiocho: *Et introibit in terram gloriosam, & multæ corruent; hæ autem sola salvabuntur de manu eius Edom, & Moab. &c.* Item *Amos*, cap. 9. v. 12. *Vt possideant reliquias Idumæi, &c.* Quas tamen funditus excidendas prædixit *Abdias*, & *Malachias* pariter, cap. 1. v. 4. En habes apertissimam Antilogiam, quæ iutegrâ differtatione digna est, & quam eruditè versant ad Abdiam, v. 18. Ribera, num. 86. Gaspar Sanch, num. 61, *Cornelius*, s. *Quares*, 2. item

Ca-

Castro, ad *Ieremiæ*, 49. n. 14. & ad *Amos*, 9. n. 22. idem *Gaspar Sanch*, n. 46. Ribera, etiam n. 38. *Castro*, *Malachias*, 1. n. 8.

Sunt & leviores aliæ Antilogiæ Species, ut illa v. 10. *Et peribis in æternum: Quam* indicat ibi *Gaspar Sanch*, n. 39. Cum *Ieremiæ* cap. 27. v. 7. & rursus ad *Malachiæ* 1. n. 14.

Vers. 11. In die cum stares adversus eum, quando capiebant alieni exercitum eius; & extranei ingrediebantur portas eius, &c. Quod si respiciat rem gestam, quæ narratur lib. 2. *Paralip.* cap. 20. aperta est facti Antilogia, quam ad indicatum Abdiam, vers. notat ita *Rupertus*: *Verum tamen tunc neque ceperunt exercitus eius, ut voluerunt, neque ingressi sunt portas Hierusalem, &c.*

Similis est, & Antilogia facti, v. 19. quam ita disertè proponit *Rupertus*: *Si simplicem sequamur literam, stare non potest; quia videlicet certum est, quod nunquam acciderit, neque accidere debuerit, ut Captivitas decem tribuum, quæ tunc imminebat, quæ in Assyrios transmigraverunt, revocaretur; & omnia Chanaanæorum possideret; neque enim contrarius sibi esse poterat spiritus Propheticus, ut in isto (nempe Abdiam) promitteret, quod in alio denegasset, scilicet in *Osee*, c. 1. v. 6. &c.*

DICTIO VIII. STYLVS.

Huius sacri Vatis eloquium, ita commendat *S. Hieronymus* ad v. 1. *Parvus Propheta versuum supputatione, non sensuum: Et ex eius sententia, Carthusianus: Abdias quo brevior, eo profundior: Rupertus* autem sic: *qui quamvis versuum supputatione parvulus Prophetæ, sensibus tamen est magnus, &c.* Haud aliter *Hugo, Uicorin. Abdias, sermone simplex, & sensu multiplex: rarus in verbis, sed copiosus in sententijs.* Adde, si libet Riberam, in *Proem.* Atque huc vocandæ sunt ad Prophetalem Stylum, è sect. 8. quæst. 7. 8. 9. & 10.

An verò, & cur obscure scripserit *Abdias*, ita tradit *Rupertus*, ad v. 1. *Quod si quæras, quæ fuerit necessitas, ut significarentur nomine Edom, cum possent manifestius exprimi nominibus alijs, quæ propria viderentur Iudææ, sive Israeliticæ genti, &c.* Cui quæstioni statim respondet: *Quia nimis incauti, & indiscreti fuisset hominû nudè sermone, proprijsque vocabulis declarare perditionem gentis, &c.* Quælis autem sit Styli Prophetæ obscuritas? Cur talem Deus esse voluerit? Quibus ex causis proveniat? Et qualia sint eius com-

Ca-

moda? Difertè tradunt Auctores indicati *sect. 8. quæst. 16. cum* *seqq. & quæst. 35.*

Verf. 1. Visio Abdia: Vbi sic observat Hugo Victorinus: Ob *humilitatis custodiam, Propheta de se quasi de alio loquitur. &c. Hunc* *Prophetici Styli morem, notatum habes sect. 8. quæst. 36.*

Ibidem pergit Abdias: *Auditum audivimus: Et cur vnicus mo-* *do Propheta plurali numero loquatur? Notant, & exponunt, in* *loco, S. Hieronymus, Hugo Cardin. Rupertus, Remigius, Lira,* *Emmanuel Sa, Castro, Ribera, quò venit observanda numerorum* *mutatio: De qua sect. 10. quæst. 10. & sect. 18. quæst. 10. § 4.*

Verf. 2. Ecce parvulum dedi te in gentibus: Vbi positum, à *Propheta præteritum pro futuro iuxta Prophetarum Stylum ad-* *notant Lira, Castro, Figueiro, Gaspar Sanch. Cornelius, Carthu-* *fianus ibidem: Cuius argumenti est, sect. 10. quæst. 11. & sect.* *18. quæst. 10 §. 12.*

Verf. 6. Quomodo scrutati sunt Esau, &c. Stylum indicat Re- *migius, ita: Hæc omnia propheticus sermo quasi præterita narrat, cum* *adhuc essent futura. Et notissimus iste Biblicus Canon, vt Prophe-* *tis vtitissimus, ad quot, & quæ tempora se porrigat, & exten-* *dat Prophetia? Habes sect. 4. quæst. 20.*

Verf. 12. Et non despicias in die fratris tui, &c. Hunc etiam *Canonem, nempe, Futurum in Prophetis, debitum fieri, aut decorum* *significare: Tradunt eruditè Gaspar Sanch. Figueiro, ex Rabbino-* *rum placito, Cornelius, Castro ibidem, & Ribera, Malachias, cap.* *1. num. 16. de Biblicorum Canonum necessitate, satis sect. 8.* *quæst. 20. & seqq.*

Ad v. 20. Vbi quarumdam meminit Nationum, sic admo- *net S. Hieronymus: Consuetudinis Prophetarum est, quando lo-* *quuntur contra Babylonem Ammonitas, Moabitas, Philistin, & ceteras* *illas nationes, multis sermonibus linguae eorum abuti, & servare* *idiomata Provinciarum. Ex quo Gaspar Sanch. ibid. n.*

73. & ad hunc Abdia locum Salmeron. Proleg.

9. can. 47. Quo expectat sect. 8.

quæst. 26. & 27.

DICTIO IX.

ALLEGATIO.

Opportunè Arias Mont. *ad Abdia, v. 1. cum sacros alios Vates* *prænotasset de Idumæorum rebus vaticinatos, ita submo-* *nuit: Illud tamen animadvertendum est, nonnunquam vsu venire, vt quæ* *tempore posteriores vates fuerint, eorum qui ante se vaticinati de eadem* *re fuerint, non solum verba, sed integras etiam sententias vsurpent, &c.* *Mox exemplum apponens: Vt Ieremias (inquit) qui nonnulla Ab-* *dia, quem aliquanto post tempore secutus est, suis Idumæorum re. sermo-* *nibus, qualia suo loco indicabimus, immiscuit: Quod in Abdia com-* *mêtario affatim exequitur. Et huius loci sunt, sect. 9. quæst. 1. & 2.*

QUÆST. XI.

Vtrum, & quoniam sumpsit Ieremias, cap. *49. v. 14. ex Abdia?*

Hugo Cardin. Auctor *Glos. ord. Remigius, Castro, Corne-* *lius, Mariana, Ribera, Gaspar Sanch. Figueiro, ad Abdia, v.* *1. Arias Mont. ibid. & ad v. 10. Carthusianus, qui præter Ierem-* *iam, addit Ezechiel, Malach. Isaiam: Præterea Gaspar Sanch.* *Proleg. 4. in Abdiam, & ad v. 17. num. 61. Cornelius, Proleg. in* *Ieremiam, quæst. 3. & ad cap. 49. v. 15. Castro, ibid. num. 13. 17.* *& 18. S. Hieronymus, in Abdia, v. 1. & 2.*

Verf. 18. Quia Dominus locutus est.

QUÆST. XII.

Num anteriorem aliquam Dei comminatio- *nem, & quam hic alleget Abdias?*

Gaspar Sanch. ibid. num. 62. Ex Anonymi sententiâ citatum *re-* *tulit illud Numer. 24. v. 18. & Petrus Figueiro, ex Rabbi* *Selomo.*

Verf. 8. In illa die dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa, &c.

QUÆST. XIII.

An Paulus, 1. ad Corinth. cap. 1. v. 19. allegaverit hæc ex Abdias, vel Isaiam.
cap. 29. v. 14.

Rupertus, in v. 8. ad Isaiæ, 29. Hugo Card. & Petrus Figuerod, ad locum Abdias. Alvarez, ad Isaiæ, 29 num. 25.

Verf. 10. Propter interfecionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Jacob. Vbi Hugo Victorin. *Causam* (inquit) *eversio- nis Idumææ, historialiter Dominus ostendet, &c.* Id est, historiam allegat Propheta, quæ odium Esau, hoc est Edom in fratrem suum Iacob enarratur. nempe Genes. cap. 27. v. 41. ut expressit idem Victorinus, Lira, Hugo Card. & alij.

DICTIO X. NEXVS.

Verf. 1. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom. Ex hinc. sequentia verba vsque ad initium verf. 2. *Ecce parvulum dedi te, &c.* Parenthesi sunt includenda, ut optimè notant Hugo Cardin. Arias Montan. Ribera, Vatablus. Hinc & subsequentes duas notationes illustrat secl. 10. q. 1. & 2.

Verf. 5. *Quomodo conticuisse?* Qua ratione hæc cum cæteris convenient? Notat appositè Ribera, ibid. n. 27.

Verf. 10. *Propter interfecionem, &c.* Hæc verba cum præcedentibus neclunt Hebræi, ut observant Arias Montanus, & Ribera, num. 35.

Verf. 12. *Et non despicias in die fratris tui.* Cornelius ibi §. Terto. Sic notat: *Hæc verba: Et non despicias, &c. Non connectuntur proximè præcedentibus, sed paulo remotioribus, nimirum ijs [peribis in æternum] &c.* Huius notationis germana est secl. 10. quæst. 3.

Verf. 15. *sicut fecisti, fuit tibi, &c.* Ubi, quod notat Carthusianus, constat Abdias cum alijs Prophetis, paria in Idumæos com-

mi-

minantibus; quorum ex cõtextu lux Abdias concilianda, uti (quod exempli loco sit) ex Ieremias collatione cum Abdias vaticinio ad v. 10. observat Arias Montanus. *Cui non solum* (inquit) *Auctor, atque attestator, sed etiam explicator Ieremias, qui tempore posterior fuit, accesserit, &c.* Et huius argumenti, tota est secl. 10. quæst. 4.

Transitus à Persona in Personam. Rupertus, ad v. 7. *Cum ad ipsum Edom fieret sermo propheticus, vsque ad hunc locum: Qui comedunt tecum, &c. Repente conversus dicit de eodem Edom. Non est prudentia in eo, &c. Mox ad verf. 9: addit. Rursus ad ipsum conversus sermo propheticus. Et timebunt* (inquit) *fortes tui à meridie, &c. Quem transitum notat quoque Ribera, ad v. 7. n. 3. & ad v. 16. n. 73. Atque hæc ipsa est secl. 10. quæst. 12.*

A tristibus ad læta, & è converso transcurfus, notatur à Hugone Cardin. & Lira, ad v. 1. à Carthusiano, ad v. 17. quæ tota est, secl. 10. quæst. 16.

Guilielmus Estius, ad v. 17. *Et in monte Sion erit salvatio, &c.* Sic appositè notat: *Cum ergo tota præcedens huius prophetiæ pars, ad Idumæos propriè pertineat, necessarium erit, hæc verba transitu factò à carnali Israele, ad Spiritualem, & ad Christum, & Ecclesiam eius referre. Quod ipsum observant in loco plures, & signatè Cornelius, transitum à Typo, ad Antitypum: Cuius ad mentè est secl. 10. q. 18.*

DICTIO XI. SCHEMATA.

Quoniam prolixior horum observatio levioris momenti cuiusquam forte videbitur, quædam apud interpretes obvia cursum indicabo.

Verf. 1. *Auditum audivimus, &c.* notat Hyperbaton; Cornelius, id est, *inversum ordinem: de quo Schemate, secl. 18: quæst. 19:*

Ibid. *Legatum ad gentes misit.* Eodem loco vult esse Catachresim. idem Cornelius. Habes ex alijs secl. 11. quæst. 20.

Ad verf. 3. Sic admonet S. Hieronymus: *Illud autem; quod in Ieremias additum est cap. 49. v. 16.) & apprehendere niteris altitudinem collis, aperuit anigma, collem significans montem Sion, &c. De Prophetarum ænigmatibus secl. 11. quæst. 11. & 12.*

Eod. verf. 3. *Exaltantem solum tuum.* Vbi Hugo Cardin. *Metaphrasms* (inquit) *est.*

Verf.

Verf. 4. *Si inter sidera posueris nidum tuum.* Explicat S. Cyrillus: *Etiā si feres Aquila, haberesquē velut in aere nidum tuum; hyperbolica rursus est oratio, &c.* Quam etiā ibi notat, Arias Mont. Hugo Cardin. Gaspar Sanch. Cornelius: Iterum ad verf. 10. idem Cornelius, & Castro; & ad v. 16. cum eodem Cornelio Gaspar Sanch. de quo Schemate plures, sect. 1. 1. quæst. 2. 1.

Quin & Martinus del Rio, tom. 1. Adag. 983. pro formula proverbiali, sive adagiali specie computat ex hoc v. 4. *Exaltari vult Aquila, & inter sidera ponere nidum suum.* De Prophetalibus autem proverbijis sect. 1. 1. quæst. 3. 1.

Verf. 5. *Si vindemiatōres introissent ad te, &c.* Quid hac metaphora significatum à Propheta, Discutiunt Ribera, n. 29. Castro, n. 9. de Tropicâ Prophetarum locutione, sect. 1. 1. quæst. 2. & seqq. & quæst. 2. 3. signatè de Metaphorâ.

Verf. 7. Cum in præcedentibus sub secundâ personâ locutus sit, mox addit in tertiâ: *Non est prudentia in eo.* Ut observat Cornelius: *Est Enallage personæ Hebraica: transit enim à secunda ad tertiam.* Quo de transitu, nuper dict. *Nexus §. Transitus*, vt multis sect. 10. q. 12. sect. 11. post q. 20. & sect. 18. quæst. 19. expresse de *Enallage*.

Verf. 10. *Operiet te confusio:* Aptè Cornelius: *Est Metalepsis: ponitur enim confusio pro excidio; ex excidio enim secuta est spoliatio; ex expoliatione, nuditas; ex nuditate opprobium; ex opprobio, confusio, &c.* De hac figura sect. 1. 1. post. quæst. 22.

DICTIO XII. RES.

Pertinent ad Res historiarum gestarum narrationes; quarum lucem aliquam desiderabat Carthusianus, ex tunc commentationis in Abdiam, ad investigandam, statuendamquē certam, atque germanam huius Vatis expositionem; quod sic apertè fatetur: *Præ inducta expositio non habet certitudinem absolutam, cum nec ex Scripturis Canonicis, nec ex authenticis historijs queant probari omnia, quæ in huius Prophete explanatione sunt dicta, &c.* Adiumento igitur sunt etiam Historiarum ad prophetarum explanationem, vt expresse docent Auctores citati sect. 1. 2. quæst. 24.

Hinc ergo quasdam rerum gestarum historias, quas attigisse videtur est Abdias, breviter percurramus. Primum y. 1. ait: *Consurgamus ad-*

adversus eum in prælium: vbi statim inquit Ioannes Mariana: *Quod hoc bellum?* Respondetquē ex Hebræorum sententiâ: *Quod ab Amasii Rege Iudæ est illis illatum.* 4. Reg. cap. 14. v. 7. *Ex quo tempore Regem Idumæi non habuerunt, neque resurgere poterunt.*

Verf. 7. *Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi, &c.* Castro, ibid. num. 10. *Dubium est, de quibus hostibus loquatur his verbis Propheta?* Quod ad varias rerum historias referunt Interpretes, vt Castro, & Cornelius.

Verf. 11. *In die cum stares adversus eum:* Et quam hinc rem gestam enarret Abdias? In diversa referunt expositores, Hugo Card. Ribera, Castro, Emmanuel Sá; quorum sententiam ita diversam inter alios reperio.

Rupertus enim hæc retulit ad historiam, quæ narratur lib. 2. Paralip. cap. 20. v. 10. vbi legitur Idumæorum coniuratio cum Ammonitis, & Moabitibus adversus Israelitas, regnante Iosaphat; Hugo Card. Glos. interlin. Carthusianus, & Legionensis, alterius Historiarum meminere, quæ habetur lib. 4. Reg. cap. 24. quando plures, ac nobiles Hebræorum ducti sunt in captivitatem, militantibus tunc Idumæis sub Ammonitarum, & Moabitarum appellatione; vt volunt. S. Hieronymus. Carthusianus, Lira, Caietanus ad prædictam eorundem coniurationem lib. 2. Paralip. cap. 20. v. 1.

Præterea, scriptor quidam doctus, quem tacito nomine, sed cum laude memorat Ribera, in Abdiam, num. 60. Historiam aliam indicat ex eodem lib. 2. Paralip. cap. 28. v. 17. Vnde præcitat Auctor, de hac Idumæorum adversus Iudæos victoriâ, inito cum Tyrijs, & Palestinis fœdere, hoc verf. 11. loqui, putat Abdiam: Cui etiam sententiæ favere videtur Lorinus ad Psalm. 136. v. 7.

Ad Res etiam pertinent Actiones Prophetice, quæ sunt arcane significantivæ: quo venit expendendum illud legati munus; de quò verf. 1. *Legatum ad gentes misit.* Nam, vt optimè commentatur Arias Mont. *Omnium, quæ per legatos agenda erant mandatorum, huiusmodi tandem peroratio est: Surgite, consurgamus, &c.*

Erit igitur ex re natâ disquirere, quid hoc legati munere

Symbolicè portenderit Abdias? Cuius argu-

menti est, sect. 1. 2. quæst. 1.

3. & 4.

DICTIO XIII. GENTES.

Quod attinet ad Gentium cognitionem, quarum meminit Abdias: primò quidem opportunè S. Hieronymus ad v. 1. *Quarimus ergo (inquit) quis sit iste Edom, vel Idumæa, ad quam nunc per Abdiam Dominus loquitur?* Cui visus est respondere in loco Hugo Victorin. *Edom ipse est Esau, qui etiam Seir nuncupatus est, frater Iacob.* Addit postmodum nominum interpretationes: *Edom, terrenus; Esau, sanguineus; Seir, pilosus.* Reliqua tradunt quo ad huius notionem, S. Cyrillus, Rupertus, Strabus, Fuldens, Carthusianus, Figueiro, Castro, & plures.

Cur autem Parentis nomine prænuntiet Propheta, quæ sunt in eiusdem posteros, ut vaticinata, & adimplenda? Docet in simili sect. 19. quæst. 12. & sect. 20. quæst. 15. quas vide.

Q V Æ S T. XIV.

Qui nam fuerint Idumæi?

Præter Interpretes illorum Prophetarum, qui contra Idumæos vaticinati sunt, & quos indicamus dict. 7. §. 1. Omnes quotquot in Abdiam scribunt: quos videre licuit S. Hieronymus, S. Cyrillus, Hugo Card. Rupertus, Lira, Hugo Victor. Remigius, Albertus Magn. Strabus Fuldens. Carthusianus, Gaspar Sanch. Ribera, Castro, Sá, Mariana, Coruelius, Figueiro.

Rursum, alibi plures: Leo Castro, lib. 2. *Apolog.* cap. 3. Gaslatinus, lib. 4. *de Arcan.* cap. 28. Pererius, *ad Genes.* 25. num. 29. Serarius, opusc. *Herodes*, cap. 8. Lorinus, *Act.* 15. v. 17.

S. Isidorus, lib. 9. *Etymol.* cap. 2. eiusdem *Scholias*tes, ibid. Eusebius, *in Chronic.*
ubi de Esau.

QUEST.

Q V Æ S T. XV.

An Idumæi alterius gentis nomine aliquando compellati?

AD 2. Paralip. cap. 20. v. 1. Carthusianus, Lira, Hugo Cardin. ex Sancto Hieronymo, *in quæst. Hebr.* Gaspar Sanch. ibid. n. 14. & *ad Iudith.* cap. 5. num. 3. Serarius, ibid. quæst. 1. Cuius argumenti est, sect. 13. quæst. 3.

Et quidem Eusebius Cæsariens. & Montanus apud Castro, ad v. 1. num. 3. *Nomen Idumæorum, ad omnes infideles, & impios extendendum.* Ut etiam Cornelius, ad v. 20. §. *Tropel*, & plures Abdias commentatores cum S. Hieronymo, & Cyrillo. Hugone Card. & Victorino, Carthusiano, ad v. 21. Alvarez, *ad Isaiæ*, cap. 34. n. 74. Quo venit replicanda, *Dictionis* 5. quæst. 10. & sect. 13. quæst. 5.

Ad vers. 1. *Ad Edom*, Arias Mont. sic notat: *Ad quem populum, & ad quam gentem legatus sit, exponit.* Et hic aliorum quoque Prophetarum mos fuit, de quò sect. 13. quæst. 4.

Ibid: *Et legatum ad Gentes misit.* Quid autem nomine *Gentium*, sic apud Prophetas intelligendum? Habes sect. 13. quæst. 2.

Q U Æ S T. XVI.

Quisnam fuerit iste legatus ad Gentes misus?

Variæ sunt interpretum sententiæ: 1. Abdiam ipsum fuisse legatum existimat, ut S. Isidorus, lib. 7. *Origin.* cap. 8. Cantaprensis, lib. 10. *Hypor. Regul.* 23. Hugo Cardin. & Arias Montan.

2. Voluit, esse Christum Dom. sed allegoricè, seu mysticè ita S. Hieronymus, Remigius, uterque Hugo, Rupertus, Legionensis, & plures alij.

3. Ipsum Nabuchodonosorem, legatum designat, cui Deus Idumææ vastationem commiserit: eius assertores suppresso nomine citat Carthusianus, & Figueiro: eamquè Alberti Magni fuisse innuit noster Castro: quam etiam ex Aria Mont. retulit Cornelius.

4. Censet hac legatione functos esse Angelos; ita Theodoretus, hic, & *Ierem.* 49. v. 14. De quo videndus Anastasius Nicenus quæst. 61. in *Script.* an verò, boni fuerint, aut mali, discutunt Abulens. ad 2. Reg. 24. quæst. 24. & in Abdia locum: Hugo Cardin. Carthuf. Paulus de Palacio, Gaspar Sanch. Castro, Cornel. Figueiro.

5. Sic proponitur á Lira: *Iste legatus est instinctus divinus excitans adversarios Idumæorum, ad vastandum eos, &c.* Quam etiam probant Carthusian. Cornelius, Michel de Palacio, Gaspar Sanch. Ribera, Joann. Mariana.

Ibidem, ad *Gentes*, S. Cyrillus, ita: *Gentibus* (inquit) *in circuitu Idumææ munitionem sive obsidionem imperabit.* Vbi nosse oportebit.

QUÆST. XVII.

Quanam Gentes fuerint adversus Idumæos excitatæ?

HVgo Victorinus, Carthusianus, Albertus Magn. Castro, hic, & *Ierem.* cap. 49. v. 19. Ribera, Cornelius, Vatablus, Figueiro, Arias Mont. & alij. Quâ verò ratione dicatur Deus, Gentes quaedam in aliarum excidium excitare, aut vastationem præcipere, habes sect. 20. quæst. 4.

Verf. 7. *Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi.* Vbi rogat Castro, n. 10. *De quibus hostibus sit sermo?* Quod in loco discutunt Hugo Card. Carthusianus, Ribera, n. 33. Remigius Theodoretus, Vatablus, demum omnes, Gentes illas intelligunt, quibus cum invito fœdere Idumæi contra Israelitas sæpe bella gesserunt. De quibus nuper dictione 12. ad v. 11.

Verf. 15. *Iuxta est Dies Domini super omnes Gentes,* quenam istæ sint? Adnotat ibid. Remigius, Lira, Carthusian. Arias Mont. ad v. 3. & ad v. 10. & S. Hieronym. de Affinijs, Babylonijs, & Chaldæis, quas quidam intelligunt; plura, sect. 13. quæst. 18 §. 7. 8 & 9.

Verf. 18. *Et erit Domus Iacob ignis, &c.* De quâ nam Tribu sit intelligendum? Docent in loco Remigius, & ad verf. 12. Carthusianus, Hugo Card. Gaspar Sanc. Castro, Cornelius, Ribera, de Tribuum notione habes, sect. 13. quæst. 13.

Verf. 20. *Et transmigratio exercitus huius Filiorum Israel, &c.* Quorum autem fuerint hæc transmigratio? Diligenter

verf.

versant ibidem maxime recentiores; Castro, Ribera, Cornelius, Gaspar Sanch. & alij: & præter hos Malvenda, lib. 3. de *Antichr.* cap. 17. Guido Fabricius, Epist. prævia ad Philipp. 11. tom. 5. Bibl. Regiæ, Sherlogus, tom. 3. in *Cant.* vestigat. 35. sect. vnica, atque huc vocabis sect. 20. quæst. 9 §. *Dispersio.*

DICTIO XIV. MYSTERIA.

Optimè S. Isidorus, lib. *Allegor. sacra Script.* ita de nostro Vate præmittit: *Abdias inter omnes Prophetas brevior numero verborum, sed gratia mysteriorum æqualis.* Hinc eruditè Arias Montan. Præfat. in *Isaiam*, cum observasset Prophetas omnes maximum illud, & arcanum venerandumquè humanæ salutis consilium á Christo servatore partem sæpius præcinnuisse numeratis singulorum hac de re vaticinijs palam edisserit, ac de Abdia tandem addit: *Abdia omne oraculum, hoc vno argumento absolvitur, &c.*

Nec prædixisse solum Christi mysteria, sed ipsius quoque salvatoris Typum gessisse, censuit Hugo Victorin. Sic in *Præfat.* prælocutus: salvatoris Typum gerens ipsius adventum subtiliter introducit, &c. Et rursus ad v. 1. *Abdias* (inquit) *interpretatur Domini servus, per quem Salvator significatur.* de quo sic univèrsim, in *Proem.* scripsit Doctor Ribera: *In brevitate verborum Abdia sublimis sensus, & recondita mysteria, magnumquè Ecclesiæ suæ thesaurum Deus reliquit, &c.* De his autem Mysterijs. frequenter vatum oraculo prænuntiatis, affatim habes sect. 2. quæst. 4. & sect. 14. quæst. 5. & 12. & alijs.

Quanam verò signatè mysteria, & æqualiter in Abdia præsignata sint, erit obiter indicandum. Ad v. 1. ita Hugo Victorin. Abdia visio, verbi est incarnatio, de quâ visione per Psal. anagrammum dicitur, *de Cælo respexit Dominus,* vidit omnes filios hominum, Psal. 32. v. 13. quo de mysterio, ut ad Messiam spectat, ad eundem sect. 18. quæst. 92. & 93.

Eodem verf. *Legatum ad Gentes misit,* ubi S. Hieronym. *Quod ad Gentes* (inquit) *legatus missus sit, mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, &c.* Quo autem jure ac sensu Christus Dominus, hæc, legatum munere præignatus, differunt in loco Rupertus, Remigius. Hugo Victorin. & Cardin. Hugo, & Carthusianus, Gaspar Sanch.

Castro, Figueiro, Ribera, & Cornelius: quo etiam vocari queunt indicatæ proximè quæst. 92. & 93.

Verf. 8. *In die illa dicit Dominus: perdam sapientes de Idumæa,* quæ comminatio inter alia Prophetarum testimonia, finale & huiusmodi iudicium spectantia, refertur ab Acofta, lib. 9. de *Christi Revelat.* cap. 4. num. 40. Sic ut & illud v. 15. *Quoniam iuxta est dies Domini.* De quo Hugo Cardin. *Allegatione,* dies Domini, est dies iudicij, &c. Ut etiam probat ex nexu cum subsequenti, Dorotheus in vitæ *Abræa.* Sic exponens hunc diem: *Certius autem, & magis propriè Domino Christo convenit, nam paulo post subiungit: erit autem salus in monte Sion v. 7.*

Petrus Damianus, *Opusc. 2. cap. 1. ad v. 16. 17. & 18.* Sic aptè differit: *Al perhibendum adhuc testimonium Christo, Prophetæ quoque Ad dias acceda: Quomodo enim (inquit) bibitis, &c. Quid enim per domum Iacob & Ioseph, nisi Ecclesia Christi? Quid per domum Esau debet intelligi, nisi infidelium populi? Domus ergo Iacob, & Ioseph, ignis facta est, quia 8. Ecclesia igne Sancti Spiritus inflammata, ad amorem Dei frigida dum carnalium corda succendit, &c. Et quidem quod ad Ecclesiæ mysteria pertinet, habes se&ct. 14. quæst. 12. & sequentibus.*

Verf. 16. *Bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sunt.* Idemæorum stragem, ac vastationem hic à Propheta prædictam, ut ex probatis Authoribus, Ruperto, Lira, Burgenfi Montano, Legionensi, recentet G. Spar Sanc. n. 5. 2. *De spiritali victoriâ capiunt, quam de Idumæis retulit Evangelium.* Quo signatè pertinet se&ct. 14. quæst. 6.

Verf. 17. *Et in monte Sion erit Salvatio, &c.* tota hic ab Augustino mysteriorum expositio est; sic enim scribit lib. 8. de *Civitate Dei* cap. 31. *Perd si Idumæam modo locutionis, quo intelligitur aperte totam; accipiamus positam esse pro gentibus, de Christo agnoscere possumus, quod ait inter cetera In monte autem Sion erit salus, & erit Sanctum: Et paulo post, in fine ipsius Prophetia: Et ascendet (inquit) resalvati ex monte Sion &c. Apparet quippè, id esse completum; cum resalvati ex monte Sion, id est, ex Iudæa credentes in Christum, qui præcipuè agnoscuntur Apostoli, ascenderunt, ut defenderunt montem Esau, &c. Quam etiam explicationem probant, ac firmant in loco Sanctus Hieronymus, S. Cyrillus, Remigius, Rupertus, & alij, quos sequuntur recentiores: quo redeunt plures quæstiones ad Christi Sacramenta, & Ecclesiam pertinentes, hac se&ct. 4.*

Theodoretus ita de Christo signatim exponit: *Prænantiat sal-*

salvationem omnibus exortam in Sion; & sanctificationem inde in omnem orbem terrarum profusam, per Civitatem salvatoris, &c. Quæ verò, ratione, hæc de Christo mysteria sint intelligenda, habes se&ct. 14. quæst. 7. & expressè de redemptionis arcano, quæst. 16.

Verf. 21. *Et ascendent salvatores in montem Sion.* An, & qualiter de prædicationis Apostolicæ mysterio, sint hæc interpretanda, docent S. Hieronymus, Rupertus, uterquè Hugo, Cardin., & Victorin. Arias Montan. Remigius, Carthus. Estio, Castro, Cornelius, & alij; necnon & apud Galatinum, lib. 4. de *Arcanis*, cap. 28. *Ascendet autem (inquit Propheta) iudicare montem Esau: Quod explicat Carthusianus, id est, Idumæos tamquam subiectos, & victos, &c.* Erit igitur, velut à victoribus reportandus triumphus. Quo venit opportunè, se&ct. 14. quæst. 6.

Præmissa de Apostolis expositione, subdit Rupertus: *Salvatores igitur, sunt, & ipsi ascendent in montem Sion, iudicare montem Esau: Id est, sedebunt super sedes duodecim indicantes duodecim Tribus Israel. Matth. 19. 28. Quod etiam expressè docet Estio, & Arias Mont. Anagogem nempe omnes securi: de qua in 1. part. Prænot. 13. §. *Insensum*, item, se&ct. 5. quæst. 30. & 3. part. semit. 4. versig. 4. §. *Ex sensu.**

Eod. vers. *Et erit Dominus regnum.* Ipsi nempe Idumæi, seu barbaræ quælibet Gentes per illos significatæ, cum subactæ fuerint atque devictæ æternum ipsi de Christo Deo regnum constituent: sic indicare visus est S. Cyrillus: *Regnabit (inquit) super eos universitatis Deus, tametsi eos pridem reiecerat, &c. Miserratus deinde, & reconciliatus iterum regnabit super eos.* Quid autem de Idumæorum conversione? docet Abulens: ad Nümer. cap. 24. quæst. 9. & 10. Lorinus, ibidem ad v. 18. & Act. cap. 15. v. 17. Cui argumento lucem dabit se&ct. 13. quæst. 7. & 8. & se&ct. 19. q. 15.

DICTIO XV. CRIMINA.

Appositè S. Cyrillus sic de Abbiâ: *Idumæorum scelera (inquit ad verf. 12.) iteratè recenset: mox ibidem: Iterum Idumæorum crimina ponuntur, &c.* Denum addit: *vbi que sermo propheticus Idumæorum inhumanitatem accusat, &c.* Atque hæc de criminibus eorum in genere: oportebit autem eadem speciatim investigare.

Q V Æ S T. XVIII.

*Quanam signatè fuerint Idumæorum
crimina?*

Differtè Liranus ad v. 1. Vbi distinguit totam Vatis Prophetiam per partes: *Dividitur (inquit) in tres, qui a primò denuntiatur eorum vastatio propter culpam superbia* Vers. 3. *Superbia cordis tui, &c. Secundò propter culpam superstitiosa scientia.* v. 7. *Non est prudentia in eo, &c. Tertio propter culpam fraternæ inimicitia.* v. 10. *propter interf. &tionem, &c. Quod brevius expressit Petrus Aureolus Compend. in Sacr. Script. His verbis: Abdias prophetat contra Adumaos, propter eorum superbiã, vanam scientiam, invidiam &c.*

Sic uterque crimina illorum univèrsim complexus est; de singulis autem divisim nempe superbiã, inani scientiã, & invidiã multa differunt tum antiqui, tum recentiorè interpretes quotquot in Abdiam scripserunt, ad præcitatos Vatis vers. 3. 7. & 10. quin & alibi plures, de ipsis sparsim quædam attingunt Abulensis ad Genes. 25. v. 23. Pineda in Job cap. 10. v. 14. num. 2. & cap. 19. v. 6. nu. 2. Espina, lib. 3. Fortalic. cap. 24. Cornelius ad Ezechiel. cap. 25. v. 12. & ad cap. 35. v. 5. & Threnor. 1. v. 2. Gaspar Sanch. ad Job. 1. num. 5. Arias Montan. ad Joel. cap. 3. v. 19. Castro ad Ieremia, cap. 49. nu. 19. Bonfretius ad Genes. 27. v. 40.

Q V Æ S T. XIX.

*Quanam fuerint illa tria scelera Idumæorum
apud Amos cap. 1. vers. 11.*

Cornelius ibid. Castro nu. 24. Ribera num. 23. Gaspar Sanch. num. 64. & ad 1. Reg. cap. 15. n. 9. Arias Montan. Carthusianus. Ex antiquis quoque interpretibus varia Idumæorum crimina in loco memorant S. Cyrillus, Theodoretus, S. Hieronymus, Rupertus, Remigius, Hugo Card. qui omnes varios rerum eventus attingunt in veter. Testamenti decursu, quibus Idumæi adversus Israelitas, & posteros Jacob odium, inimicitiasque exhibuerunt, &c.

Ad

Ad vers. 8. S. Cyrillus de inanibus Idumæorum 'augurijs' egens, ita scribit: *Quibus rebus idolorum cultibus impliciti magnopere perterrebantur: hoc morbo præter alios etiam ipsi Idumæi affecti, &c. Vnde iure quæras.*

Q V Æ S T. XX.

An, & quanam Idola coluerint Idumæi?

Abulens. ad 4. Reg. 14. quæst. 18. s. Dicendum. Gaspar Sanch. ibidem num. 10. Cornelius ad Ieremiæ cap. 49. v. 19. Magister Histor. Scolast. ad 4. Reg. cap. 49. nisi quod ait: *Deos quos rulerunt de Amalech: cum Historiã Paralip. lib. 2. cap. 25. v. 14. quam ipse citat, expressè nominet Deos filiorum seir, &c. id est Idumæorum, ut est omnibus notum. Salianus, Tom. 4. An Mund. 3209 nu. 8. Petrus Cunæus lib. 1. de Rep. Hebr. cap. 16. Quæ ad Idololatriæ crimen spectant, abundè habes sect. 15. à quæst. 1. vsque ad 9.*

Vers. 10. *Propter interfectionem, & propter iniquitatem, &c. Opportunè rogat Castro num. 13. Quanta iniquitas Idumæorum in Iudæos: Quod etiam expendit Carthusianus: Ecce quod Amos cap. 1. v. 11. scelus appellavit, apud Abdiam vocatur iniquitas, quod venit inquirendum, An, & quâ ratione differant peccatum delictum, & iniquitas: ut sect. 15. quæst. 38.*

Et quænam interfectio, quæ modò accusatur à Prophetâ: nam, ut notat optimè Rupe rtus; *si ad illas tantummodo duas respicimus personas, quæ proprijs nominibus istis priores nuncupata sunt, Iacob & Esau, litera non stabit, quia vidèli ceter Esau fratrem suum Iacob, odium quidem habuit sed non etiam interfecit, &c.* Et iure sanè hic Doctor addubirat, si literæ sit nimis inheerendum: vnde ad spiritualementem intelligentiam recurrere coactus est: de quo signatè Sect. 12. quæst. 12.

Præterea si hæc omnia crimina iam olim à maioribus perpetrata sunt, ut ex vetustis retrò rerum gestarum Historijs referunt interpretes, cur ad posteros fiat hæc scelerum obiurgatio? respondebunt Auctores indicati Sect. 15. quæst. 44.

DICTIO XVI.

RITVS.

NE plusquam par sit, externæ eruditioni videamur intenti, quidam tantum ritus leviter indicandi. Ad vers. 1. *Legatum ad Gentes miser.* Arias Mont. viam aperit Gentilium mori præmittendi Legatum pro inferendo adversis Civitatibus bello, sic enim commentatur: *Cum mutud ab alijs nationibus ad alias Legatos mitti prævideret, &c.* mox addit: *Qui se mutud ad bellum Idumæis inferendū hortarentur.* Cui apertè consentit Ioannes Mariana, & probant Michael de Palacio, Ribera, Vatablus, Gaspar Sanch. & Rabbinū apud Figueiro.

Nec admittendum, cum frequens allusio sit in Prophetis ad Gentilium ritus, vt habes Sect. 16. quæst. 1. quorum cognitio ad Prophetarum intelligentiam necessaria, vt ibidem quæst. 4.

Et fortè suspicaberis in hoc *Legati* munere alludi quoque posse ad eos, quos indicendo bello Romani *Fociales* vocabant; vt constat ex Livio 4. *Decad.* lib. 1. Tullio lib. 1. *de offe.* & lib. 1. *Famil.* Epist. 17. Cæsare lib. 3. *Belli civil.* Arnobio lib. 2. *advers. Gent.* de quo ritu si plura velis, legendi sunt Rosinus *Antiquit.* lib. 3. cap. 2. *Dempsterus* ibid. & lib. 10. cap. 2. *Bulengerus* lib. 4. *de Imper.* cap. 22. *Petrus Gregor.* lib. 2. *de Repub.* cap. 12. n. 1. *Barnabas Briffon.* lib. 4. *de Formul.* pag. 342. & 356. *Adamus Contzen.* lib. 10. *Polit.* cap. 26 §. 2. *Bisciola Tom. 1. Horar. Subces.* lib. 15. cap. 13. *Alexander Neapolit.* lib. 1. cap. 26. & lib. 5. cap. 3.

Eodem vers. *Surgite, & consurgamus adversus eum in prælium.* Quorum istæ voces sunt, diversa est interpretata sententia: Theodorētus ipsius Dei clamorem esse putat, nec dissentit Hugo Victorinur, probatque Cornelius, & plures: alij censent ipsius esse Legati hortationem militares hostium copias adversus Idumæos excitantis, vt S. Hieronym. Rupert. Remigius, Hugo Card. & recentiores alij: quidam denique ipsarum Gentium ad prælium mutuis se clamoribus cohortantium, ita S. Cyrillus, Arias Montanus, Legionens. Vatablus, & recentiorum plura cum Cantapertrensi lib. 10. *Hypot. Regul.* 23.

Vnde non immerito suspicaris allusum ad militum conclamationes sub incundum prælium: talis est Exodi 32. v. 17. *Phila-*

in pugna: & v. 18. *clamer cohortantium ad pugnam:* ex ipsius etiam Hebraicæ militiæ more, vt legitur Iosue cap. 8. v. 16. *Iudic.* 7. v. 18. 1. *Reg.* cap. 17. v. 20. de quo gentis ritu Menochius lib. 6. *de Repub. Hebr.* cap. 17. quæst. 1. Redanus ad 1. *Machab.* 5. v. 3 l. n. 35 *De Romanis* Liphius lib. 4. *de Milit. Rom.* Dialog. 111.

Intertur & alius militaris disciplinæ ritus, vt voces illas *Surgite, & consurgamus* commentatur Theodorētus: *Tamquam quispiam belli Imperator adversus eos exercitum coegit, &c.* Ac sic pro Imperatoris ac Ducis munere bellum aggressurus sic alloqueretur ex militari eorumdem ritu, qui exercitum ante incundam pugnam adhortari, & ardenti eloquio solent attendere, quod more idem Menochius lib. 6. cap. 16. quæst. 7. Liphius lib. 4. citato Dialog. 9.

Vers. 7. *Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi.* Pagninus & Vatablus reddunt ex Hebr. *Omnes viri confederati tibi:* qui tecum quondam fœdus inierant, vt ferè omnes exponunt: genus militum fœderatorum revocat in memoriam Sidenius lib. 1. *Epist.* 8. & lib. 2. *Epist.* 13. & notat hunc ad locum ex iure Civili Ioannes Savaro: huius moris est tota Sect. 16. quæst. 16.

Vers. 11. *Et super Ierusalem mittebant sortem.* Hugo Card. *Id est super spolia civitatis, quis quid tolleret, &c.* Sic etiam Lira, & Gaspar Sanch. qui morem probat ex alijs Prophetarum locis nu. 41. *De fortibus* est Sect. 16. quæst. 36. & Sect. 20. quæst. 13. §. *Sortium missio.*

Vers. 16. *Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum.* Quo autem ritu talis compositio docet S. Cyrillus: *Indicatur (inquit) vt puto, mos Victorum, qui de Victis insolenter gloriabantur: festos dies comotationibus agebant, &c.* Ioannes Mariana: *Epulati ecclis præ victoria Latitiâ.* Et probat ibi Cornelius §. *Tertio.* Ribera num. 7 l. Emanuel Sá. *De conviviorum ritu* habes Sect. 16. quæst. 1. l. v. & 27.

QUÆST. XXI.

Quinam ritus indicati vers. 18. ex variante lectione?

ET non erunt reliquia domus Esau, &c. Hanc Vulgati editionem satis illustant, quæ reddunt ex Hebræo Pagninus, Vatablus,

& alij: *Non erit superstes domui Esau.* Sive vt ex Rabbinoꝝ in commentarijs legitur apud Galatinum lib. 4. *de Arcan.* cap. 28. *Non erit residuum,* &c. quæ iuxta literalem sensum plana sunt omnia, vt est apud interpretes obuium.

Gravius autem illis negotium faceffit translatio LXX. qui, vt est in Complutensibus, in Bibl. quatuor version. & apud S. Hieronymum, ita latinè reddunt ex Græco: *Et non erit frumentarium domui Esau:* & licet sciam quosdam interpretes, vt Ribera, Castro, Cornelius, hanc lectionem non satis probatam habere, tamen ob auctoritatem LXX. & aliorum, qui sic & transferunt, & explicare conantur, despicienda prorsus non est, maximè cum ex *Frumentarii.* & significato & munere non nihil ex veterum ritibus possit erui, quod tum ad illustrandam Prophetæ mentem, tum ad ipsius contextus exornationem aliquo modo valeat infervire.

Id vt conficias, legendi tibi sunt Tacitus lib. 1. *Histor.* & ad eum locum Lipsius num. 145. & lib. 1. *Elect.* cap. 8. & lib. 5. *de milit. Rom.* Dial. 16. Turnebus lib. 13. cap. 10. lib. 25. cap. 17. & lib. 29. cap. 12. Baronius *ann. Christi* 261. n. 17. Bisciola tom. 2. *Horar. subservi.* lib. 4. cap. 16. n. 16. quod ex Romanorum Iure probat, sicut & Calvinus in *Lexico.* Contzen lib. 7. *Polit.* cap. 30. §. 2. Cerda *Advers.* cap. 112. n. 4. Pinto Ramirez *spicileg.* cap. 111. n. 3.

Celebriorem aliam eiusdem vocis Græcæ Latinam translationem sic inducit S. Hieronymus: *Sunt qui non Pyrophoron, id est frumentarium; sed Pyrophoron, hoc est, qui gestare possit igniculum à Septuaginta translatum putent &c.* Sic ergo plures legunt: *Non erit ignifer;* Cuius varietatis in causâ fuit compositio Græcæ vocis: cum enim *Pyr.* in primo casu significet *ignem,* huius genitivus est *Pyros:* Græcis item *Pyris* in recto significat *frumentum:* hinc factum est vt ex vocum paritate, adiectâ duntaxat O literâ in compositione nominis, alij *Pyrophoron,* id est *frumentarium à Pyris,* alij *Pyrophoron,* hoc est *igniferum à Pyr* deducendum esse maluerint.

Vtra verò lectio præferenda sit? Mihi sanè placuit S. Cypriani sententia, qui in Græco habet *Pyrophoros,* & sic ad rem scribit ex interpretatione Pontani Abidiam exponens: *Videtur autem appositè ad hunc tropum ignifer appellari, demum enim Iacob ignem, domum Ioseph flammam nominavit: Quem ad locum doctus eius translator Pontanus hoc scholion adiecit; Qui reddunt vocem Græcam frumentarium à Pyros. Frumentum, seu triticum, ipsi viderint de sensu Prophetæ.* Sic ille iure notat: Ego enim ignoro, quo consequentiæ filio latinus interpret Theodoretus Ioannes Picus apud quam legitur

fru-

frumentarium, sic ex Græco transfulerit ipsum: Septuaginta autem non sine causâ frumentarium posuerunt, cum ignem Iacob. & flammam Ioseph vno consensu omnes dixissent: Atqui consequentius quidem erat, & maiori ex causâ, Igniferum transferri quàm frumentarium à LXX. cum ignem, & flammam omnes dixissent. Ideo merito notant ncuriam, quâ lapsus est interpret Theodoretus Ribera ibid. n. 88. & Del Rio tom. 1. Adag. 984.

Ex hac autem translatione, quam plerique probant, variaz rituum allusionem elici possunt, quæ non exiguam huic Abidiæ loco faciem afferant. Primum occurrit mos ille veterum Græcorum in lapadum ludo, cuius ex ipsorum Auctoribus meminit Rodiginus lib. 11. cap. 27. *Vnde (inquit) lampada succensam gestantes currendi in urbem initia auspicantur: certaminis lex est, toto cursu inextinctam servasse facem, &c.* Alia hoc de ritu tradunt Mart. Del Rio in Senecæ *Agamem.* v. 350. Cerda *Æneid.* 6. vers. 517. Pierius lib. 46. *de Lucerna.*

Hinc ad sobolis propagationem etiam apud Prophanos ducta similitudo. Lucretius lib. 2.

*Augesunt aliæ gentes, aliæ minuuntur,
Inquæ brevi spatio mutantur sæcla animantum,
Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.*

Plato lib. 6. *de legib.* ex editione Marfilij: *Liberos (inquit) generando, & educando, & vitam quam ab alijs acceperunt, à se quasi tadas ardente alijs tradunt, &c.* Est etiam satis vñitata sacræ Scripture phasis, quæ superstitem ex parentibus prolem *lucernam,* aut *scintillam* vocat: ita 2. Reg. cap. 14. v. 7. & cap. 21. v. 17. lib. 3. cap. 11. v. 36. Abulensibus quæst. 33. & Gaspar Sanch. num. 37. rursum eod. lib. cap. 15. v. 4. vbi de Abia Rege: *Dedit ei Dominus Deus suus lucernam,* LXX. reddunt: *Dedit ei Dominus reliquias.* Lege ibid. Abulens. quæst. 3. & vide quàm consonet translatio pro *Lucernâ* ponens *reliquias* ad innuendam sobolis posteritatem: vnde cum in Abidiâ Vulgatus habet *reliquias* aptissimè hoc ex more ponitur *ignifer;* Adde, si libet, ex 4. Reg. 8. v. 19. vt in loco notant Gaspar Sanch. num. 28. Abulens. quæst. 30. Psalm. 17. v. 29. & Psalm. 131. v. 17. & vtrouque Agellius, & alij.

Et quod atinet ad Abidiæ mentem, ex hoc more ipsum explicant Legionensis, Castro, Ribera, Cornelius, Cervantes in cap. 2. *sapient.* Theoria 32. & in cap. 6. Theor. 19. Del Rio

tom.

tom. 1. Adag. 984. vt hunc reddat sensum: *Non erit ignifer: nullus ex Idumæis relinquetur, qui valeat gentis sobolem ultra propagare, ac velut ardentem vitæ lampadem posteris tradere.*

Præterea: *Non erit ignifer* id est: haud supererit ex tantâ Idumæorum strage, qui belli signum possit ultra, gestatis de more facibus indicere, Rhodiginus lib. 5. cap. 2. *Apud Græcos* (inquit) *irrobora verat mos, vt in primâ staret acie Vates Laureos gestans ramos, & corollas, quem vocabant Pyrophorum, quoniam lampada item præferret, &c.* Iterum lib. 8. cap. 2. & Alexander Neapolit. *Genial. diæ.* lib. 5. cap. 3. etiam olim belli signum, sublatis facibus, datum vt tradit Polybius *Histor.* lib. 10. alludit Lipsius *Milit. Rom.* lib. 5. Dial. 9.

Item *Non erit ignifer*, hoc est, non remanebit ex eis, qui Regibus, aut Ducibus Idumæorum facem, lampademve possit ex more præferre: constat hic ritus etiam ex sacris Libris Iudith. 3. v. 10. Gaspar Sanch. *ibid.* num. 5. Celada, Sararius, & 2. Machab. cap. 4. v. 22. idem Sanchez num. 14. Bulengerus lib. 2. *de Imperat.* cap. 26. Andreas Scottus Not. in Proverb. Diogeniani Centur. 7. Proverb. 15. Alexand. Neapolit. lib. 1. cap. 28.

Demum, vt hoc quoque non omittam: veteribus in more fuit, miserandam, postremamque rerum omnium vastationem hoc proverbio significare *Nec relictus ignifer*: vt ex Græcis retulit Andreas Scottus ex Zenobio Centur. 5. Proverb. 34. ex Diogeniano Centur. 7. Proverb. 15. ex Suida Cent. 11. Proverb. 23. & in Proverb. metricis vers. 983. ac Ioan. de la Cerda *Advers.* cap. 112. num. 4. eodemque sensu Philo lib. 1. *de vitâ Mafis*: de strage Ægyptiorum in mari rubro sic à Gelenio latinè redditus: *Vt ne Ignifer quidem superstes relinqueretur, nuntiaturus acceptam cladem Ægyptijs, &c.* In simili vastitate Isaias cap. 30. v. 14. *Non inuenietur de fragmentis eius testa, in quâ portetur igniculus de incendio, &c.*

Sic etiam benè Latinus Auctor ad Herennium, lib. 4. cap. 6. Hic (ait) de tanto patrimonio tam citò testam, quâ sibi petat ignem, non reliquit.

QVÆST.

Q U Æ S T. XXII.

An, & quos Hebraorum ritus susceperint Idumæi?

Cornelius ad Genes. 28. v. 4. Tornellius an. mund. 3926. nu. 1. & an. 4018. n. 8. Del Rio Thren. 4. v. 21. Alvarez Isaiæ 34. num. 63. Menochius lib. 3. *de Rep. Hebr.* cap. 17. quæst. 8. Serarius Opusc. *Herodes* cap. 8. Abulens. ad 1. Reg. 14. quæst. 42. §. & Edom. Iosephus lib. 3. *Antiquit.* cap. 17. Pererius ad Genes. 27. v. 40. Saliarius tom. 6. Ann. mund. 3924. num. 1. Cornelius iterum ad Ierem. 9. vers. 26.

D I C T I O XVII. S Y M B O L A.

AB his te breuiter expediam, præmissis duntaxat quibusdam interpretum notis, ac non nullis quæstionibus indicatis. Primū Hugo Victorinus Præfat. in *Abd.* ita habet de ipso Propheta: *Saluatoris typum gerens ipsius adventum subtiliter introducit.* Tum discute: qualiter Typus suam habeat repræsentandi formam? vt scilicet. 17. quæst. 9. & seqq. Præterea, quod prænuntiatum est de Christo, quâ ratione sit intelligendum? scilicet. 14. quæst. 7.

Vers. 1. ad Edom, vbi pro te quæres,

Q U Æ S T. XXIII.

Quosnam symbolicè significant Idumæi?

Ribera in *Abdiam* n. 118 & 121. & Amos cap. 1. nu. 27. in cap. 9. num. 40. Alvarez Isaiæ 34. num. 71. ex alijs quos citat Gaspar Sanch. ad *Joel.* cap. 3. num. 56. Barradas lib. 9. *Itiner.* cap. 4. n. 9. atque huc spectant quæ scilicet. 13. quæst. 5. & dictione 5. q. 10.

Vers. 4. si exaltatus fueris vt aquila, &c. Vbi sic ad rem scribit

Cor.

Cornelius : Symbolicè Rupertus hæc adaptat *ijs*, qui stemmatibus maiorum, quasi petris, unde excisi sunt, gloriantur, &c. De stemmatis sect. 16. quæst. 37.

Verf. 16. *Quomodo enim bibistis* : Si autem inquiras.

QUEST. XXIV.

Quid hoc bibendi symbolo denotet Abdias?

DOcebunt præ alijs Hugo Card. Ribera, Gaspar Sanch. Figuero, Castro, Cornelius, Theodoretus, Arias Montan. Remigius, Carthusian. Lira, Vatablus, Quo pertinet sect. 20. quæst. 13. §. Calix.

Præterea, vt observant Gaspar Sanch. Castro & Guevara in cap. 1. Habac. num. 167. *Bibere* in sacro Sermone, significatio est ambigua, imò & contrarij significatus : Quò spectat sect. 12. quæst. 21. & sect. 17. quæst. 13.

Verf. 17. *Et in monte Sion erit salvatio*, &c. Pro horum & sequentium explicatione, illorum refert sententiam Cornelius, *quæ hæc omnia accipit symbolicè de redemptione, & felicitate spirituali, quæ attulit Christus*, &c. Cuius argumenti sunt sect. 14. quæst. 6. & 16.

Verf. 18. *Et erit domus Iacob ignis*, &c. Quid symbolicè his significet Propheta? docet opportunè Ribera ibid. n. 84. & in Amos, cap. 1. num. 24. Similis notationis est sect. 20. quæst. 13. §. Ignis.

Verf. 21. *Et ascendent Salvatores in montem Sion*. Si res gestæ pro Idumæorum libertate, ac salute à Zorobabel, Esdra, Nehemia, vel Machabæis, vt volunt in loco plures, futuræ per Christum salvationis symbola sunt, erit necessariò inquirendum; quâ ratione res eiusmodi symbolicè significativæ fuerint? de quo sect. 12. quæst. 1. & 4. & sect. 14. quæst. 7. & sect. 17. quæst. 6.

DICTIO XVIII. DOCTRINÆ.

IN his quoque non est diutius immorandum; cum alicui non adeò fecunda differendi materies esse videatur, quæ tantum in

in Doctrinarum notione consistat, ideò cursim prætereundum.

Verf. 7. *Non est prudentia in eo*. Vbi LXX. habent : *Non est intellectus in eis*. Pagninus & Vatablus : *Non est intelligentia in eo*. S. Cyrillus sic explicat Abdiam : *Appellat falsos vates, & assentatores, impostores, & augures, & ex astris fabellas disseminantes, &c.*

QUEST. XXV.

Quanam Idumæorum sapientia?

REm in loco versant Rupertus, Carthusianus, Lira, Arias Mont. Gaspar Sanch. Castro ibid. & ad Ierem. cap. 49. num. 11. & ad Baruch cap. 3. num. 12. §. *Themanitas*. Bolduc ad Iob cap. 2. v. 11. Pineda ad cap. 4. v. 1. num. 3. Si autem, vt aliqui, de Astrologiâ intelligas, huc veniet sect. 18. quæst. 56. & seqq. atque in Astrologos quæst. 63.

Verf. 8. *Perdam sapientes de Idumæâ, & prudentiam de monte Esau*. Statim, ex eorum opportunitate, quæ de Idumæorum sapientiâ hîc observant interpretes, venit inquirendum.

QUEST. XXVI.

Num, & ubinam apud Idumæos aliqua fuerit scientiarum Academia?

MEnochius lib. 7. *de Rep. Hebr.* cap. 1. quæst. 6. Bolduc in Iob cap. 2. v. 11. Pineda in cap. 4. v. 1. num. 3. Gaspar Sanch. in Abd. num. 30. ad Baruch. cap. 3. num. 22. & in Iob Proleg. 4. num. 31. & huius loci est sect. 18. quæst. 1.

Quæ ad Rhetoricam spectant, Paræcias observat ad verf. 4. 5. 6. & 7. Ioan. Payva lib. 17. *Phras.* cap. 11. ac de horum, & similium vsu satis sect. 9. quæst. 4. & sect. 11. quæst. 30.

Ad verf. 7. *Vsq; ad terminum, &c.* Quomodo dispungenda hæc periodus? notant S. Hieronymus, Remigius, & alijs. Quod ad Grammaticam pertinet, de cuius utilitate in disputatione sect. 8. quæst. 34. & sect. 18. quæst. 11.

Ad eandem quoque spectat temporum mutatio, ut observat Rupertus ad vers. 8. & ad vers. 13. Castro num. 15. Ribera num. 63. Cuius documentum est Sect. 10. quæst. 11. & sect. 18. quæst. 10. §. 12.

QUEST. XXVII.

Qualis fuerit Idumais Reipublica civilis administratio?

Gaspar Sanch. ad 1. Paralip. cap. 1. num. 2. & 5. Abulens. ibid. quæst. 25. & seqq. Pineda in Iob. 1. v. 1. num. 34. & 35. Fernandez ad Genes. 36. sect. 1. num. 9. Bonfrenius ibidem ad v. 10. & 31. & ad Numer. cap. 20. v. 14. Lorinus ad Deuteronom. cap. 2. v. 12.

Item qui ritus quo ad iudicia? Gaspar Sanch. ad Iob 5. num. 18. & ad cap. 9. num. 85. ac de re quidem iudiciali sect. 16. quæst. 19. & de civili Hebræorum institutione sect. 18. quæst. 77.

DICTIO XIX. PROMISSA.

Plenus promissorum est Abdias á vers. 17. imò usque ad exitum vaticinij vers. 21. nihil aliud est, quam continuata divinarum promissionum series, quam sic explicare aggreditur Arias Mont. ad v. 17. *Maximum illud publicæ salutis Sacramentum, cuius causâ antiqua omnia dicta, factaque sunt, cuius rationes nulli Vatum ad promittendum non sunt divinitus commissæ, hoc iam in loco Abdias de more significat, &c.* Et iure ille, hoc in loco dixit: hinc enim incipit, ut notat Hugo Card. *Secunda pars Prophetia, ubi prospera promittuntur Iudæis, &c.* Ait igitur Abdias vers. 17. *Et in mente Sion erit salvatio: Vbi statim rogabis,*

QUEST.

QUEST. XXVIII.

Quam rem salvas sit hic à Vate promissa?

Explofis Rabbiorum nugis, qui hanc salutem per suum illum Messiam in fine mundi expectant affuturam contra Idumæam, quam Romani esse somniant, ut notant hic Castro, Cornelius, & Ribera: duplex extrema sententia est, quâ tota Prophetæ mens ab hoc vers. usque ad exitum volvitur. Alij quippe hæc omnia, quæ supersunt, literaliter accipiunt de temporali Iudæorum felicitate à Babylone redeuntium, eaque partim sub Zorobabel, Esdra, & Nehemia, partim verò sub Machabæorum principatu, per quingentos annos, qui ab hoc reditu fluxerunt, usque ad Christum, completa esse censent: Ita S. Hieronymus, Cyrillus, Remigius, Hugo Card. & Victorinus, Carthusianus, & ex Recentioribus quidam Castro num. 21. Ribera num. 83. Emmanuel Sá, Cornelius, & Petrus Redanus ad lib. 1. Machab. cap. 5. num. 5.

Quidam ex adverso hæc temporaliter in Iudæis adimpleta fuisse negant, imò mysticè tantum de salute, ac spirituali felicitate, quam mortalibus attulit Christus omnium assertor, de quæ toto negotio Evangelico exactè interpretantur, ut S. August. lib. 18. de Civit. cap. 31. S. Isidorus lib. 1. *Proæmiorum* in Abdia, Theodoretus, Arias Mont. Vatablus, Rupertus, & omnium acerrime Legionensis, & Lira, qui his mentem suam aperuit ab hoc vers. *Istud (ait) usque ad finem capituli literaliter expesat de adventu Christi, propter quod de aliâ expositione pertranseo.* Cum ergo iuxta literæ sententiam hæc promissiones sint de Christo literaliter accipiendæ, ac discussione dignum sit, vtrum aliquis Prophetarum textus inveniantur absque sensu literali, ut sect. 5. quæst. 14. erit pariter inquirendum An quod in typo prædictum fuit à Prophetis, necessario habeat duos sensus literales? ut eadem sect. quæst. 10.

Aptissimè Rupertus omnia hæc Abdiæ promissa percensens in septem distinguit, quod erit vtile coram exponere: *Cursæ ergo (inquit) quia spiritualia sunt, spiritualiter examinantes, promissionum istarum primò numerum consideremus, quia septem sunt.*

Vv 2

Pri-

Prima est, vers. 19. Et hæreditabunt hi qui ad Austrum sunt Montem Esau.

Secunda, ibid. Et qui in campestribus Philistijm.

Tertia, ibid. Et possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ.

Quarta, ibid. Et Benjamin possidebit Galaad.

Quinta, vers. 20. Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel omnia loca Chananæorum vsque Sareptam.

Sexta, ibid. Et transmigratio Ierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit civitates Austri.

Septima vers. 21. Et ascendent Salvatores in Montem Sion, iudicare Montem Esau.

Ista septem salutares, atque consolatoria promissiones laudem Domini complent dicendo: Et erit Domino regnum.

Hic et nas, ille totam promissionum seriem exposuit, quæ licet de temporali Iudeorum salute, & felicitate factæ videantur, tamen spiritualiter esse capiendas volunt quotquot præcedenti quæst. in 2. sententiâ produximus, quibus accedunt Cornelius, Sanchez, Castro, Ribera, & alij. Cui argumento congruit sect. 19. quæst. 6. & 7.

Eodem vers. *Et erit Sanctus.* Ex Hebræo legit Arias Mont. *Et erit Sanctitudo, vel sanctum.* Vatablus: *Erit Sanctitas.* LXX. apud S. Hieronymum, S. Cyrillus, & Theodoretus: *Erit Sanctum:* Vbi vestigandum merito est.

QUÆST. XXIX.

De cuius nam Sanctitate sit ista promissio?

Remigius expressè, Castro, ex Hieronimi sententiâ, Carthusianus iuxta literam, Licinus, & alij ad Montem ipsum *Sion* referendum censent, qui *Sanctus* apertè compellatur. Psal. 2. v. 6. Psal. 3. v. 5. & alibi frequenter. Dionysius in explanat. mysticâ Legionensis, Gaspar Sanch. Ribera, Cornelius, ad Templum Ierosolimitanum in pristinum decorem restitutum, quod respicit sect. 21. quæst. 16.

Ex Typiâ Templi a Iumbratione ad Christi Ecclesiam deducunt S. Cyrillus Hugo Uctoria Arias Montean. Quæ non ineptè congruunt quæ de Ecclesia habes sect. 14. quæst. 12.

Ru-

Rupertus illud, *Et erit sanctus,* sic exponit: *Ipse videlicet Christus, qui est salus, & salvator eius.* Similiter Vatablus, & Ioannes Mariana: atque huc adduces, quæ de prænuntiatis Christi mysterijs habes sect. 14. quæst. 7. & 16.

Vers. 19. *Et hereditabunt, &c.* Rogabis illico.

QUÆST. XXX.

Quanam promissa hereditas?

Hanc ex instituto habent Lira, Legionensis, Figueiro, Hugo Card. Castro, Remigius, Theodoretus, Hugo Victorinus, & plures in loco, insuper & Guevara, in Habac, cap. 2. n. 58. Vers. 21. *Et ascendent Salvatores, &c.*

QUÆST. XXXI.

De quibus hac accipienda promissio?

Arius Montan. Remigius, S. Hieronymus, demum omnès Abdia commentatores, rursus alibi plures S. August. lib. 18. *de Civit.* cap. 31. Galatinus, lib. 4. *de Arcan.* cap. 28. Rupertus, lib. 4. *de Victor. Verb. Dei.* cap. 6. Barradas, tom. 4. lib. 10. cap. 9. & quonam sensu homines aliorum dici possint *Salvatores,* docent Rupertus nuper citatus, S. Aug. in Iudic. quæst. 18. Serarius, ad cap. 3. quæst. 4. & ad Iosue, cap. 2. quæst. 19. Lorinus, in Epist. S. Iacobi. cap. 5. v. 20.

Vers. eodem: *Et erit Domino regnum.* Quodnam, & quale hoc regnum? tradunt in loco Lira, Cornelius, Arias Mont. Castro, Figueiro, Gaspar Sanch. Estio: quo venit de Christi rebus, & imperio sect. 14. quæst. 6. 7. & 16.

Hinc opportunè S. Chrysostomus, Homil. 20. in Matth. agens de imperio, triumphis, atque victorijs: *Et hæc (inquit) quotidie Propheta varijs modis prædicant, & vnusquisque eorum eximie clarum hoc canit trophæum, &c.* Quod adductis Prophetarum testimonijs disertè confirmat: quò sponte conveniunt omnia, quæ de Christo sparsim præmissa sunt, sect. 2. quæst. 4. & 14.

DICTIO XX. EXCIDIA.

Prolutionem ad hæc explicanda præmittit Hugo Victor in. sic in Abdie vers. 8. scribens: *Iuxta Historiam excidium committitur Dominus Idumææ plebi, &c.* Remigius ita: *Prædixit mala, quæ super ventura erant Iudæis, &c.* Sic etiam adnotat Arias Mont. ad vers. 1. Cornelius, ad v. 12. Gaspar Sanch. ad vers. 16. & in Prophetæ commentarijs plures: Abulens. tom. 1. in Epist. S. Hieronym. ad Paulin. cap. 7.

QUÆST. XXXII.

An, & qualiter ab alijs quoque Prophetis præ-nuntiatum Idumæorum excidium?

Protinus ad illos recurre in Idumæam vaticinantes, quos indicamus dictione 7. §. 1. ex quibus, & alijs Sacræ Historiæ locis, à varijs gentibus vastationem excidiumquæ passos fuisse Idumæas, agnosces.

Potissimum à Babilonijs, Assyrijs, seu Chaldæis, vt ad Isaia cap. 34. v. 5. notat Cornelius, & ad Ieremiæ cap. 49. in Synopfi: ex eiusdem Vatis cap. 25. v. 9. & 21. observat Arias Mont. ad Abdie, v. 10. Item sub Holoferne, *Judith.* cap. 3. v. 24. & 15. vt ibidem docent Serarius, & Gaspar Sanch. Paulus de Palacio, ad Malach. cap. 1. v. 3. ex Ieremiæ cap. 27. v. 3. & 6. Torriellus Ann. Mund. 3446. n. 7. Remigius, Hugo Card. & Arias Mont. ad Amos, cap. 1. v. 12. & quotquot expositores ad vers. 1.

Abdiæ Legatum, esse voluit ad Nabucodonosor Regem Babylonis, item qui ab Assyrijs inferendum Idumæis ignem existimant ad vers. 18.

QUÆST.

QUÆST. XXXIII.

Quas à Iudæis strages, vastationesquæ portulerint Idumæi?

Subactos sæpius Idumæos, attritos, atque vexatos à Iudæis sacra narrat Historia, cuius potissimos hic locos indicamus, vt eorum interpretes cum adeas, rem omnem plenius agnoscas lib. 1. Reg. cap. 14. v. 47. & lib. 2. Reg. cap. 8. v. 14. Abulens. ibi. quæst. 16. & 17. & 1. Paralip. cap. 18. v. 13. vbi Abulens. quæst. 25. 30. & 31. lib. 3. Reg. cap. 11. á v. 15. lib. 4. Reg. cap. 8. v. 21. Abulens. quæst. 32. & seq. & eiusdem libri cap. 14. v. 7. Gaspar Sanch. ibi num. 4. & Abulens. quæst. 7. & 8. Sallianus, Ann. Mund. 3209. num. 8. ex lib. 2. Paralip. cap. 25. v. 11. & 12. lib. 1. Machab. cap. 5. v. 3. idem Gaspar Sanch. ibidem, & Redanus, num. 5. lib. 2. Machab. cap. 10. v. 16. & seqq. & adde. si libet, ex lib. 3. Esdræ nondum canonico, cap. 4. v. 45. & 50.

Ex sacris interpretibus Bonfrerius, ad *Genes.* cap. 27. v. 40. Pererius, ibidem num. 100. Abulens. ad Numer. cap. 24. quæst. 6. §. *Et erit,* & ad 2. Reg. cap. 8. quæst. 18. & 3. Reg. 1. quæst. 24. & 4. Reg. 14. quæst. 42. §. *Et Edom.* & ad 1. Paralip. 1. quæst. 30. Cornelius, ad *Ezechiel.* cap. 25. v. 14. Castro, ad *Malach.* cap. 1. num. 8. Paulus de Palacio, ibid. ad v. 4.

Vers. 16. Et bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sint: Et vers. 18. Et non erunt reliquia domus Esau: Vbi potissima interpretum controversia est.

QUÆST. XXXIV.

An, & quâ ratione dicantur Idumæi peritus excisi?

Versant ex instituto quæstionem multi: Cornelius, ad vers. 18. quæst. 2. Castro, ibid. num. 22. Arias Mont. ad v. 4. Riberronum, 32. 56. 79. 86. & seqq. & ad Malachias, cap. 1. num. 13. Cornelius, ibid. ad v. 4. Castro, num. 8. Redanus ad 1. Machab. cap. 5. num. 5.

Vv4

QUÆST.

Q V Æ T S. XXXV.

Qualiter bibendi similitudine significatum excidium?

Theodoretus, *ibid* : *Vini autem potionem vocat vltionem*: Quam paritatem explicant in loco plures, Rupertus, Remigius, Arias Montan, Carthusianus, Gaspar Sanch. num. 49. Cornelius, Ribera, num. 72. Castro, num. 18.

Verf. 18. *Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula, & succendentur in eis. Vbi oportet inquiras.*

Q V Æ S T. XXXVI.

An, & cur Ignis nomine Idumææ Vastatio prænnuntiat?

Expressè prædixit Amos, cap. 1. & 12. futuram ab igne vastationem. Consonat Isaias cap. 34. v. 9. vbi Gaspar Sanch. num. 18. & in præcitatum cap. Amos, num. 67. de quo videndi ad hunc Abdie locum Carthusianus, Ribera, num. 84. ad Zachar. cap. 9. Gaspar Sanch. num. 16. ad Amos, cap. 7. num. 15. ad Malachie, cap. 1. v. 3. vbi de postremo Idumæorum excidio, ita scribit Rupertus: *Vt secundum literam ita factum fuerit. notum non habemus à scripturis, videlicet, quod Idumæa sic destructa fuerit, ut montes eius in solitudinem sempiternam, & hereditas in dracones deserti redacta sit, &c.* Ideo iure vestigandum erit.

Q U Æ S T. XXXVII.

Vtrum iam adimpletum, vel quando, & quomodo sit adimplendum hoc vaticinium?

Arius Mont. ad verf. 10. Hugo Card. ad v. 17. *ibidem* Cornelius, & ad v. 18. quæst. 2. & ad Malachie, cap. 1. v. 4. Ca-

Castro, *ibid*, num. 8. Ribera. num. 13. & 15. & in *Abdiam* num. 86. & seqq. Gaspar Sanch. à num. 50. & alij, Torriellus, Ann. Mund. 3446. num. 8. Del Rio, *ad Thren.* cap. 4. v. 21. Lorinus, *ad Psal.* 116. v. 7. Atque huius argumenti sunt sect. 6. quæst. 16. & sect. 19. quæst. 5.

D I C T I O. XXI.
T R A C T V S.

Verf. 1. *Ad Edom.* plerique legunt. *Ad Idumæam*: Omnes Idumæorum regionem intelligunt, de quâ occurrit inquirendum.

Q V Æ S T. XXXVIII.

Quanam, & Qualis Idumæorum Regio?

Alfonsus Espina, lib. 3. *Fortalic.* cap. 24. Adrichomius, *The atr. Terr. Sanct. in Iuda*, num. 106. *in Manasse*, num. 83. Pineda, lib. 4. de Rebus Salomon. cap. 7. num. 2. & cap. 8. & in cap. 1. *Iob.* v. 1. num. 28. & seq. Salmeron, *Proleg.* 41. §. *Præter hanc.* Salianus, Ann. Mund. 2546. num. 4. Torriellus, Ann. 2319. num. 7. & 8. Abulens. tom. 1. in *Epist.* S. Hieronym. ad Paulin. cap. 2. & *Genes.* 32. v. 3. Fernandez, sect. 2. num. 1. Bonfrierius, Leonardus Marius, Castro, *ad Ierem.* 49. num. 10. Lorinus, *ad Numer.* cap. 24. v. 18. & in *Psal.* 62. v. 1. Alvarez, *ad Isaiæ*, cap. 34. num. 59. Barradas, lib. 8. *Itiner.* cap. 9. *in Abdiam*, plures, S. Hieronym. ad v. 5. & 8. Remigius, ad v. 2. Rupertus, ad v. 3.

Verf. 8. *Et prudentiam de monte Esau.* Rursusquæ verf. 9. & 21. vbi quærendum occurrit.

Q V Æ S T. XXXIX.

Quis, & qualis fuerit Mons Esau?

EVandem esse, qui & Mons Seir, ab Esau Patre Idumæorum in habitationem electus, constat ex lib. Genes. cap. 36. v. 8. *Habitavit Esau in Monte Seir, ipse est Edom: hæc autem sunt generationes Esau, patris Edom in Monte Seir.* Ac propter illa, quæ de hoc Monte in Sacrà Historiâ sæpe leguntur, potissimum adversus eum vaticinantur Ezechiel, cap. 35. v. 2. 3. 7. & 15. Malachias, cap. 1. v. 3. de quo apud horum Interpretes non pauca.

Præterea plures alibi: Adrichomius *Theatr. Terr. Sanct.* in *Manasse*, num. 83. Guevara, in cap. 3. *Habac.* num. 35. & 36. Pineda, in cap. 1. *Iob.* v. 1. num. 30. Abulens. ad Genes. cap. 32. v. 3. Lorinus, ad *Numer.* cap. 24. v. 18.

Verf. 9. *Et timebunt fortes tui à Meridie.* Vbi LXX. Pagninus, Vatablus, & alij pro *Meridie*, reddunt ex Hebræo *Theman*, & communis est interpretum adnotatio, sed adhuc videndum.

Q V Æ S T. XL.

Quenam fuerit apud Idumæos Theman?

IPSO Hebræico nomine Idumææ Metropolis expriment in Editione vulgata Ieremias, cap. 49. v. 7. & 20. Baruch, cap. 3. v. 22. & 23. Amos, cap. 1. v. 12. ut est in horum commentarijs obviunt: præterea in Abdiæ locum Cornelius, Gaspar Sanch. num. 34.

Infuper alibi plures Pineda, in cap. 1. *Iob.* v. 1. num. 28. & 29. in cap. 4. v. 1. num. 3. Ribera, in *Habacuch.* cap. 3. num. 12. Guevara, *ibid.* num. 26. & seqq. Cornelius, ad v. 3. eiusdem. Boiduc, in *Iob.* cap. 2. v. 11. Adrichomius, *Theatr. Terr. Sanct.* in Pharan, num. 103.

Sin autem pro *Meridie*, ipsam orbis plagam intelligas, consulendi tibi sunt *ibid.* Hugo Card. Cornelius, Figueiro, Ribera, Gal-

Gaspar Sanch. Pineda, in *Iob.* cap. 4. v. 1. num. 3. Ribera, in *Habac.* cap. 3. num. 12. Guevara, *ibid.* num. 28. Cornelius, ad v. 3. tum pro hac, & pro illâ verf. 19. *Qui ad Austrum sunt*, erit pariter inquirendum, quâ ratione considerandi sint in Sacro textu orbis plagæ, seu climata? Ut habes *sect.* 21. quæst. 6. 7. & 8.

Verf. 19. *Et hereditabunt hi qui ad Austrum sum montem Esau, &c.* Quid autem intendat Abdias hoc, & sequenti verf. tot regionum mentione, satis explicat ex S. Hieronymi sententiâ Remigius: *Cum Tribus Iudæa* (inquit) *de captivitate*, in regnum suum redierit, quæ prius angustis terminis arctabatur, dilatatis finibus suæ sortis, possidebit Montem Esau, id est montana omnia; quæ Edom ante possederat, cuius terra Australis est, & *Vicina possessioni Iudæa.* Sic ille secutus eius terræ divisionem, quæ habetur *Numer.* cap. 34. v. 3. & *Iosue* cap. 15. v. 1. & potissimum ad Abdiæ mentem, ut notat ad v. 19. Theodoretus, hæc regionum restitutio ab Idumæis occupatarum, Iudæis tandem promittitur ab Ezechiel. cap. 48. v. 5. 10. & 11. de quo consulendi sunt eius interpretes.

Nos autem ab horum tractuum prolixâ descriptione prudenter abstinemus, secuti doctissimum Serarium, qui de re profusus simili admonuit in cap. 15. *Iosue*, quæst. 1. *Opera non videtur pretium in his immorari diutius, aut locorum picturis Theologia perdiscenda cupidus implere mentes:* Idè propriæ de singulis interpretum notationes erunt observandæ, quas affatim offerunt S. Hieronymus, Remigius, Arias Montan, Castao, Ribera, Cornelius, Gaspar Sanch. & alij.

Verf. 20. *Transmigratio Ierusalem, quæ in Bosphoro est:* Pagninus, Vatablus, & plures pro *Bosphoro* legunt ex Hebræo: *Quæ est in Sepharad.* Vbi quidam inquireunt.

Q U Æ S T. XLI.

Quenam Sepharad regio sit, & utrum Hispania?

Differtè Arias Montan. ibi Castro, num. 25. Gaspar Sanch. num. 69. Ribera, num. 103. & seqq. Cornelius, §. *Porro*, Ma-

Marian 2, Sá, & alibi quidam, Espina, lib. 3. *Fortalic.* cap. 24. Cantapetrensis, lib. 10. Reg. 8. Malvenda, lib. 3. de Antichrist. cap. 17. Basilius Ponce, 1. part. var. quæst. 8. exposcit. cap. 4. Iosephus Acoſta, lib. 1. *de Nat. nov. orb.* cap. 15. Sherlogus tom. 3. *in Cant.* vestigat. 35. num. 48. Fr. Gregorius Garcia, lib. 1. *de Indor. orig.* cap. 3. s. 6. Solorzano, *de Iure Indiar.* lib. 1. cap. 15. á num. 29. vsque 36. Guido Fabritius, Epist. ad Philippum II. prævia in tom. 5. *Bibl. Reg.* Zerda, Adversar. cap. 154. num. 31. Possevinus, lib. 16. *Biblioth.* sect. 5. cap. 13.

An verò si, vt par est, vulgata S. Hieronymi translatio, quæ habet: *in Bosphoro*: retinenda omnino sit, illam Serarius, lib. 2. *de Rabbis.* scrupul. 4. acriter defendit contra Drusium, & alios Novatores, decem adductis rationibus, modisquæ intelligendi hanc vocem *Bosphorus*, ad mentem vaticinij. Vnde libet investigare.

Q V Æ S T. XLII.

Quid Bosphorus apud Abdiam?

Totus difficultatis nodus eo tantum implicat vulgatam editionem secutos, vt explicent, quorsum vox ista *Bosphorus* apposita sit, quæ vt tradit Plinius, lib. 6. cap. 1. angustum mare significat, sive fretum, vt latini dicunt á boum meabili transitu sic appellatum. Duos autem Bosphoros orbe toto celeberrimos agnoscunt Prophæti, Thracium videlicet, & Cimmerium: Plinius, lib. 2. cap. 9. lib. 4. cap. 12. Aristotel. lib. 8. *de Hist. animal.* cap. 15. & lib. 1. *Metecr.* cap. 14. Polybius lib. 4. *Histor.* Diodorus Sicul. lib. 12. *Biblioth.* Herodotus, lib. 4. Strabo, lib. 7. & 12. De quibus multa ex eiusdem Abraham Ortelius, *in Thesaur. Geograph.* Paulus Merula, differt. *de Marib.* cap. 3.

Vnde difficultas emergit, quis ex duobus Bosphorus veniat, hinc intelligendus? Serarius, citatus scrup. 4. Possevinus, lib. 16. *Bibl.* sect. 5. cap. 13. Ribera *in Abdiam*, num. 113. Castro, num. 25. Cornelius, ad vers. 20. Gaspar Sanch. num. 72. & 79. & ad illud Zachariæ, cap. 10. v. 11. *& transibit in maris freti.* S. Hieronym. Hugo Card. Arias Montan. & plures.

EO-

Eodem vers. *Possidebit civitates Austri: LXX.* habent *Civitates Nageb*: Sic etiam Theodoretus, & S. Cyrillus: atque ita explicat: *Quibus verbis India videtur significari: sunt enim Indi, & eorum regiones in primis maxime Australes, &c.* De his sect. 21. quæst. 13. §. *India.* & vniuersim de Barbaris Gentibus, sect. 13. quæst. 21. ac signatè de Indis ad Isaïæ, cap. 18. v. 1. & seqq. præter quosdam interpretes in loco, Thomas Bozius, lib. 20. *de Signis Eccles.* cap. 3. Roa, part. 2. lib. 5. *Singul.* Del Rio, tom. 1. Adag. 723. super hoc Isaïæ vaticinium, addunt ad rem, & aliud Sophoniæ, cap. 3. v. 10. Bozius, cap. citato, Ioann. Ferdinand. lib. 1. *Thesaur.* cap. 58. num. 4. Franciscus Colin. *India Sacra*, lib. 4. cap. 1. cum seqq. & cap. 7. & alia rursus eiusdem argumenti vaticinia Iosephus Acoſta, *de Cbrist. revelat.* lib. 5. cap. 4.

Hactenus, ô docti Prælectores, tota Methodi Species ad finem vsque deducta, cuius in descriptione, vt ingenuè fatear (cum Constantino Imper. orat. ad Sanct. coetum, cap. 2.) *Nec summam quidem requiratis doctrinam, sed instituti potius fidem approberis*: et fidem inquam in primis, quam in evolvendis, allegandisque Auctorum scriptis factam integramquæ servare conatus sum: & singulorum equidem vestrum industriæ, ac studio dictum idem volo, quod ad Flavianum Symmachus, lib. 2. Epist. 25. *Si quid ibi adhuc novum legeris, à te inventum putata, quod ab amante suggeritur: subiici capita rerum, quia complerè literis fastidij fugâ nolui: tuum erit insinuata trutinare: ita enim meo officio functus sum vt tibi iudicium reservarem*: Tantum cuiusque Libri, & ingenio deferendum censeo cum Chryseſtomo in Epist. ad Roman. Homil. 1. *Id verò vobis investigandum relinquo* (inquit præalij) *neque enim res oportet, à nolis omnia discere, sed & ipsos res elaborare, & inquirere*.

Et vos inquam, hæc veluti semina Biblicè differendi tractatu es eo nempe studio, atque industriâ, quam ad rem præscripsit Origenes, in Ioann. tom. 16. *Existimo (inquit) etiam in omni arte & scientiâ, qua pluribus speculationibus constat, seminare qui principia inveniat, quæ alij assumentes, cum suscipi examinantes, ricissimquæ alijs tradentes inventa sua, Auctores sunt posteris ex his, quæ invenerint (non valetius principia invenire, & sequentia coniungere, & summam manum attulit, & scientijs in-*

imponere) vt plenum fructum precipiant, &c. Atque vtiā, vr spe-
ro, Deus votis annuat: iam enim me S. Hieronymus, Proœm,
in *Abdiam*, huius partis vocat ad metam: *Et nunc dedimus,*
quod habuimus: & nunc si tamen aliquid profecimus,


Domino suum reddimus. Eiusdem ope,

auxilio reliquam Methodi Pa.

de Argumentatione Biblicâ

pariter regressuri.

(505)



ME-

METHODI

DIDASCALICÆ

PARS III.

RATIONEM, AC FORMAM,

Biblicè arguendi præscribens.

PRÆLOCVTIO.

Idem, mihi, fateor, consilium, atque institutum fuit hæc de
argumentatione Biblica præceptiones meditantī, quod &
Claudio Mamercō, Præfat. in lib. *de Stat. Anim.* ita prælo-
quenti: *scripsi* (inquit) *paucâ hæc veluti quædam rationum se-*
mina, qua studiosus quisque suon otiose capessat, vr ego arbitrer, multa
exinde derivare poterit, qua & si angustis emanantia venulis, in mag-
nos tamen amnes longiore prokursu exuberabunt. Nec insuetum id na-
turæ legibus, nam: Et Flumina magna vides parvis è fontibus erua.
Quæ plurimum quoque rivulorum accessu in gentes alveos implent.

Hoc ego ductu studui, quibus possem canalibus, pertenuis
nostri laboris rivulos in quædam veluti stagna vberes veterum
scriptorum fontes derivare, queis Biblicus Prælector, sin minus
ingurgitari plenius, leviter saltem linguam valeat intingere, dum
libet, aut vacat, ipsas ad fontium scaturigines otiosius accedere;
novi enim veram Hieronymi sententiam Præfat. in lib. *Didymi de*
Spirit. Sanct. de germanæ eruditionis studioso ita scribentis. *Con-*
temnet rivulos, cum cæperit haurire de fontibus. Atque ex his equi-
dem, quas hauri Præceptorum stillas, non sane affluenter, sed
haud invidiose propino: *Vt non meis solis tantum fuerint contentus*
inventis; quod prudenter admonuit Primasius, Proleg. in Apocal.
Nam si mea tantum ambitosè proferrem, superbiæ convincerem,
invidiæ autem, si tantis ex fontibus hauste, Prælectorum utilitati

sub-

subtraherem: *Sicut enim* (ait Fulgentius *Mytholog.* lib. 2.) *livoris nota est, filere, quod noveram, ita crimen est non enarrare, quod senseram: ergo si his amplius sapiis (& quis non tenuitate nostra sapientior erit?) lauda mentem purissimam, quæ quod habuit, non negavit. Sed si hæc, ante nescieras, habes arcanam nostri studij, ubi tui exerceas palestram ingenij.*

Exercete igitur, ni dedignemini, docti Prælatores, hisce velitationibus ingenij vestri robustissimas vires; quæ proferimus è multis paucula, veluti à doctissimis Magistris accepta probate, ac monente Petro Damiano, serm. 72. *Hæc interim vos nosse sufficiat, per hæc, quæ dicimus, valeatis & illa conijcere, quæ tacemus.* Hæc enim (vt in re non dispari lib. de ortu, & interitu Patrum, Scribit S. Isidorus) *quamvis omnibus nota sint, qui per amplitudinem percurrunt scripturarum, facilius tamen ad memoriam redeunt, dum brevi sermone leguntur.* Nam quæ nimis diffusa, vel acervatim, adglomerata, vel vsque ad minutias exiliter dissectæ sunt, onerant potius, quam instruunt, ideo hæc ego arte curavi disponenda, quam me docuit Præfat. ad lib. *advers. Hæres. Vincentius Lirinens.* *Vt pleraque significata potius, quam explicata videantur cautè & accuratè.*

Hæc demum (modo nil aliud afferant utilitati) tenui licet initio exorta, suo ipse Prælector ingenio, atque eruditione minoribus incrementis augere poterit, atque amplificare, & exiguo quasi seminario nata germinum plantarum foecundis, cultoribusq; tradere viridarijs, quod in mente habuit S. Irenæus, lib. 1. *advers. Hæres.* vt quibus suam ille lectorem, eisdem ego verbis Prælectorem meum iure valeam asseri: *Simplicitèr, & verè, & Idiomaticè ea, quæ tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione percipies, & ipse auget ea penete, vt magis idoneus, quam nos, quasi semen. & initia accipiens à nobis & in latitudine sensûs tui in multum fructificabis ea, quæ in partibus à nobis dicta sunt.* Sic ille: habes igitur exiguas hæc observationes de argumentatione Biblica, veluti quedam rationum semina, quod ait Claudianus, quæ tu met ipse in latitudine sensûs tui in multum fructificabis: Vt spondet Irenæus, & nos cum vtroque speramus.

Hæc autem omnia, quæcumque illa sint, vt verum fatear cum Augustino lib. 11. *Contra Faustam*, cap. 5. ita de suis quibusdam libris scribente: *Non præcipiendi auctoritate, sed proficiendi exercitatione scribantur à nobis, &c.* Hoc enim feci (ait idem Epist. 113.) *non doctor perfectus, sed cum docendis persuetendus.* Atque vtrumque votis succedat eventus, in hac quoque nostræ Methodi parte, quam

vt percurras expeditius, in semitas, & vestigia partimur; has tu, si libet, ingredi, cuncta primùm vnico simul obtutu contemplatus in subiecto

I N D I C E.

- SEMITA 1.** An disputatione, & argumentis vtendum sit, in Sacri Textus expositione?
- Vestig. 1. Quedam rationes dubitandi solutæ.
- Vestig. 2. Causæ rerum, atque rationes etiam in Sacro Textu inquirendæ.
- Vestig. 3. Vnus argumentationis in Sacræ Scripturæ tractatione probatur.
- Vestig. 4. Qualis propriè sit argumentatio Biblica.
- Vestig. 5. Quisnam Biblicè differendi modus, & ratio?
- §. 1. Ex ambiguo.
- §. 2. Ex scripto, & sententiâ.
- §. 3. Ex contrarijs legibus,
- §. 4. Ex ratiocinatione.
- §. 5. Ex definitione.
- SEMITA 2.** Sedes, seu locos argumentorum investigat.
- Vestigium 1. Quænam, & qualia sunt eiusmodi, quæ ipsorum intentio, vtilitas, & vsus.
- Vestig. 2. Multiplicem harum sedium lapicidinam ostendit.
- Vestig. 3. Duas singulatim sedes Biblicæ argumentationis statuit, auctoritatem, atque rationem.
- Vestig. 4. Quid sit Auctoritas, quid ratio?
- Vestig. 5. Cur Scriptores Canonici aliorum Auctoritatem interdum adhibeant?
- Vestig. 6. Num, & quibusnam rationibus vsi quandoque fuerint Scriptores Canonici?
- SEMITA 3.** Qualiter Auctoritas, & ratio conferantur, & vsurpentur à Sacris Doctoribus?
- Vestig. 1. Quis vtriusque modus, seu habitus inter se?
- Vestig. 2. Auctoritas citra Rationem adducta.
- Vestig. 3. Ratio absque Auctoritate prolata.
- Vestig. 4. Auctoritas ante rationem propositam.
- Vestig. 5. Ratio ante Auctoritatem adhibita.

- Vestig. 6. Alterutra disiunctim vsurpanda?
 Vestig. 7. Veraque simul æquè coniuncta.
 Vestig. 8. Mutuus vtriusque nexus adhuc indicatus?
 Vestig. 9. Quidnam Auctoritas conferat Rationi?
 Vestig. 10. Quid item ratio præstet Auctoritati?
 Vestig. 11. Quibus cum alterutra sit modo vtendum?
 SEMITA 4. Vltimam Auctoritatis in argumentatione Bibli-
 ca persequitur,
 Vestig. 1. Principia huius argumentationis quænam, &
 qualia sint?
 Vestig. 2. Argumentatio Biblica, potissimum Auctori-
 tate constat.
 Vestig. 3. Auctoritas in suas classes distributa, & explicata.
 Vestig. 4. Indicati sensus Biblicæ Auctoritatis in argu-
 mentationem producendæ.
 Vestig. 5. Pro vsu argumentationis ab auctoritate, moni-
 tiones quædam.
 SEMITA 5. Qualiter in argumentatione Biblicâ, sit vtend-
 um Ratione?
 Vestig. 1. Rationis munus, & utilitas in Biblicam Dis-
 fertationem.
 Vestig. 2. Ratiocinatio ex adductis textibus concinnanda.
 Vestig. 3. Exempla instituendæ Biblicæ Ratiocinationis.
 Vestig. 4. De Ratione adhibendâ quædam Sanctorum
 Patrum Præceptiones.
 SEMITA 6. Frequentiores Biblicarum argumentationum
 Species, ac formas aperit.
 Vestig. 1. Quotuplex sit argumentatio Biblica.
 Vestig. 2. Syllogismus.
 Vestig. 3. Biblici Syllogismi Typus.
 Vestig. 4. Argumentationis Biblicæ species aliæ Logicæ.
 Vestig. 5. Rhetoricæ quædam argumentandi formulæ.
 Vestig. 6. Extremæ præceptiones aliæ, pro disputatione
 Biblicâ.
 Vestig. 7. Totius Methodi clausula.

AN DISPUTATIONE,
 & argumentis vtendum sit in Sacri
 Textus expositione? Perquirat,

SEMITA I.
 VESTIGIVM I.

QVÆDAM RATIONES
 dubitandi solutæ.

Primò quidem ex iuris Cæsarei paritate suboriri dubium
 posset, cuius ab scholâ placitum illud est l. 20. ff. de Legib.
 & Senat. Consult. ita conceptum: *Non omnium, quæ à maio-
 ribus constituta sunt, ratio reddi potest.* & l. sequent. *Rationes
 eorum, quæ constituuntur, inquiri non oportet; alioquin multa ex ijs, quæ
 certa sunt subvertentur, &c.* Argumentis ergo, atque disputatione
 discutienda non suat, quæ in iure statuta leguntur; siquidem eorum
 rationes inquiri non oportet. Atque hæc iuris paritas etiam Sacro
 Volumini congruenter aptatur, ex eorum notatione quæ S. Bo-
 naventura, Princip. in lib. Sac. Script. observata reliquit, ita de ip-
 sius stylo scribens: *Procedit enim narrando, præcipiendo, prohibendo,
 comminando. promittendo, qui modus potius ad legem pertinet, quam ad
 artem, quæ procedit per modum questionis, responsionis, oppositionis,
 solutionis, nunc definiens, nunc arguens, nunc concludens, &c.* Cum
 ergo modus procedendi Sacri sermonis, potius ad legem pertineat,
 in quâ *Rationes eorum, quæ constituuntur, inquiri non oportet.* Ideo
 non erunt disputationum argumentis ventilanda, quæ in Sacro
 volumine continentur, cum ad eam artem non pertineant, quæ
 procedit per modum questionis, &c.

Sed vero ex ipsa Legislatoris, & iudicis paritate, quam Deus
 induit in divino Codice loquens, opportunè respondet Lactan-
 tius, lib. 3. *Divin. Instit. cap. 1. Neque enim decebat, vt quam Deus*

ad homines loqueretur argumentis assereret suas voces (idest argumentatione probaret) tanquam aliter fides ei non haberetur; sed ut oportuit est locutus , quasi rerum omnium maximus iudex , cuius non est argumentari , sed pronuntiare verum , &c. Atque hoc quidem iuris ac legum esse munus , ut etiam sine probationibus discernant , ac statuta suadeant , disertè tradit Seneca , Epist. 94. *Si dubia sunt* (ait) *quæ præcipis , probationes adijcere debebis : ergo illa ; non præcepta proficient : quid quod etiam sine probationibus ipsa monentis auctoritas prodest : sic quomodo Iurisperitorum valent responsa etiam firmiter non redditur : Postmodum addit : Legem brevem esse oportet , quò facilius ab imperitis teneatur : velut emissæ divinitus vox sit : iubeat , non disputet . Aptissimè Stoicus : non ergo decebat summum omnium Legislatorem in arcano volumine sacratissima iura condentem probationibus , & argumentis decreta divina firmare , quæ soli dicentis auctoritati nituntur : at quia hæc summa divinæ legis dignitas est .*

Cecinit in eius laudem Regius Licen Psal. 18. v. 8. *Lex Domini immaculata convertens animas .* Vbi statim appositè notat Genebrardus : *Per legem autem aliqui intelligunt totam Scripturam Sacram , &c. Cuius absolutam undiquè in docendo perfectionem nonnulli commendant ex Hebræo reddentes Lex Domini perfecta : Latini Patres apud Lorinum , irreprehensibilis .* En maximam legis commendationem , & ab auctore Deo potissimam , ut notat ibi Hugo Cardinal. *Commendat legem multipliciter primo ab Auctore , &c. Mentem autem eius , intentionemquè illud ostendit Convertens animas : cum ergo animorum eruditio , atque ad cœlestem doctrinam conversio legis divinæ scopus sit , eo debuit uti loquendi caractere , quo hunc maximè effectum præstaret . & assereretur : uti disertè docet S. Bonaventura , Prolog. in Breviloq. tit. De modo procedendi sacra Script. his verbis : Et quia magis movetur affectus ad exempla , quam ad argumenta , magis ad promissiones , quam ad ratiocinationes , magis per devotiones quam per definitiones , ideo Scriptura ista non debuit habere modum definitivum , divisivum , & collectivum ad probandum passionem aliquam de subiecto , ad modum aliarum scientiarum ; sed oportuit quod haberet modos proprios secundum varias inclinationes animorum , diversimodè animos inclinantes . &c. Quæ persequitur : Ecce tibi quâ ratione Lex Domini , hoc est . Scriptura Sacra , in suo producendi modo , perfecta , & irreprehensibilis ,*

fit ad doctrinam , & conversionem animorum , sed veram sapientiam , ut ab Auctore Deo profecta .

Addit propterea David : *Testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis ;* ut planè perspicias omnem divini sermonis dignitatem , qui cœlestem tribuit sapientiam , non argumentorum probatione , sed vnius Dei asserentis testimonio fulciri , atque firmari : quod apertè discis à Salviano , lib. 3. de Provident. Sic asserente : *Alia enim omnia , idest humana dicta , argumentis , ac testibus egent ; Dei autem sermo , ipse sibi testis est* (O nimis fidele testimonium !) *quia necesse est quidquid incorrupta veritas loquitur , incorruptum sit testimonium veritatis .* Quàm ille elegantè , ac verè , atque ut in loco notat appositè S. Thomas , iure David Testimonium appellavit : *Quia lex divina* (inquit) *procedit ex necessitate super aliquam credulitate , & ideo necessaria sunt testimonia , per quæ recta fides hominis probetur , &c. Quæ omnia , non probationes per argumenta , sed vnam divini legislatotis auctoritatem respiciunt , ut statim subdit : Testimonia propriè dicuntur in lege , illa quæ generant auctoritatem præipientis in corde subditorum , &c. Ita S. Doctor .*

Hæc autem licet ita vera sint , ut iura nihil argumentis , ac disputatione discutiant , sed tantum lata lege statuant , præcipiant , atque decernant , non tamen obest , quominus de legum ipsarum interpretatione , ac intelligentiâ frequenter quæstiones excitentur , quæ fixis , suppositisque iurium sanctionibus , de illorum sensibus , nexu , ampliatione , limitatione , antinomia , &c. Alijsquè sexcentis multam disputandi , & arguendi segetem suggerant : atquæ utinam non tam in ijs frequentes essent controversiæ , imò & ineptæ quandoque disceptationes , quàm eas iure reprehendunt cordati scriptores : S. Isidorus , lib. 3. Sent. cap. 56. Ioannes Sarisberienf. lib. 5. Policrat. cap. 10. & 12. Cassiodorus , lib. 3. Var. Epist. 46. Petrus Blesens. Epist. 140. & ex prophanis , Seneca , lib. 6. de Benef. cap. 5. Quintilian. lib. 5. cap. 14. Sextus Empiricus , lib. 2. contra Mathem. Plinius , lib. 2. Epist. 3. Ammian. Marcellin. lib. 30. Iulius Firm. Præfat. in lib. 4. Mathes. & alij ; pro multis S. Bernard. lib. 1. de Consider. cap. 4. Certè (ait) *lex Domini immaculata convertens animas ; hæc autem non tam leges , quàm vites sunt , & cavillationes subvertentes iudicium : Sic ille ; sed pergo equidem .*

Altera dubitandi causa suscitari posset ex his , quæ de Sacri Sermonis stylo apud quosdam observata reperio . Abulensis quidem , Præfat. in Mat th. quæst. 5. *Quidam* (inquit) *putaverunt*

scientias esse maioris Auctoritatis, eo quod illa probant, & clarè ostendunt; libri autem Sacra Scriptura referunt, & non probant. Horum autem quos innominatos ille reliquit, quosdam expressit Ambrosius Catharin. Clavi. 1. Sacra. Script. sc&. 2. Vulgo fertur (ait) de Aristotele, quamquam ego non credo, qui Moysen dicitur despexisse, quodd, qua proponeret, non probaret; sic Averroes, & alij, qui illum secuti sunt ei similes: Sed huic in Moysen obiectioni satis aptè respondet Benedictus Pererius, Praefat. in Genes. num. 2. & alios item eiusmodi censors indicavit S. Bonaventura, Princip. in lib. Sacra Scriptura, ex Rabani sententiâ, Dialecticas differendi leges in arcano sermone desiderantes ad assertorum in eo probationem: unde quis inferre contendat, argumentatione utendum non esse in Sacri Codicis interpretatione, quandoquidem, & ipsius sermo probatione non utatur.

Sed esto id aliquando dixerit Aristoteles, ineptè ille quidem, & iniquè, non enim Moysis, aut cuiusvis Scriptoris Canonici, sed Dei per ipsam loquentis censendus est sermo, atque adeò quæ loqueretur probare, & argumentis fulcire Deum, fas non erant, neque decorum: cur enim, vel Ethnicus homo ab eius quodcumque coleret, numinis Oraculo, responsi causas, atque rationem exigeret? Nam de his, sed falso credebant, quod Statius cecinit 1. Thebaid.

-----grave, & immutabile Sanctis
Pondus adest verbis.

At in eo maximè peccavit Aristoteles, quod ignoraret, fuisse Deum eorum, quæ Moyses loquebatur, primariam Auctorem, hunc verò divini tantum sermonis velut organum, & ad ministrum: quod vitium in his dignoscendis, etiam in Philosophorum vetustissimis notavit S. Augustinus, lib. 18. de Civit. cap. 41. ita scribens: Quisquid Philosophi quidam interfalsa, qua opinati sunt verum videre potuerunt, & laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt, &c. Quamvis nescientes ad quem finem (id est Auctorem) & quoniam modo essent ita omnia referenda Prophetis, hoc est, divinis verbis, quamvis per homines in illa civitate populo commendata sunt, non argumentationum concertationibus inculcata, ut non hominis ingenium, sed Dei eloquium contemnere formidaret, qui illa cognosceret. Quid elegantius, & opportunius? Ex eo Chrysostomus Inellius, Philos. Christ. part. I. cap. 2.

Reliqui verò, si qui sunt, qui adhuc in arcano sermone probationes ineptè reposcant, audiant S. Ambrosium, lib. 1. de Abraham. ad Genes. cap. 15. Bonum est ut rationem praeveniat fides, ne tanquam ab homine, ita à Domino Deo rationem videamur exigere: Etenim quam indignum, ut humanis testimonijs de alio credamus, Dei creatis de se non credamus? Optime: non ergo Dialecticis probationibus committi oportuit dictorum à Deo fidem, quod aptè persequitur Lactantius, lib. 3. Divin. Inst. cap. 13. & S. Chrysostomus, tom. 5. orat. 10. de Sigillis Libror. His germanam addit causam S. Bonaventura, Proleg. in Breviloq. tit. citata: Ne Scriptura ista tanquam dubia bacillaret, ac per hoc minus moveret, loco certitudinis rationis providit Deus huic Scripturae certitudinem Auctoritatis, quae adeò magna est, quod omnem perspicuitatem humani ingenij super excellit. Sapienter ille: nutaret enim maiestas divini sermonis, si veluti auxilio probationis indiga, ratione potius, quam autoritate niceretur, quod efficacitè virget Origenes, Philocal. cap. 1. Si enim (inquit) prorita, & usitata apud homines via demonstrationem sanctis libris comprehensa valuissent ad vincendos homines, merito quis existimaret, fidem nostram in humana sapientiâ, non in virtute Dei firmam esse, &c. Hoc est rationum probatione potius consistere, quam numinis auctoritate veritatem Sacrae Script. ergo ad citat tractationem inquis, minimè sunt argumentationes adhibendae.

Nihil verò conficis, ut statim ostendam, nam quod divinus sermo nec argumtatis utatur, nec probationibus ad sui ostentationem, firmamquè stabilitatem, quæ tantum Auctoritati dicentis innitur, idem est ac si dicas, eas quæ in Sacro Textu revelatae sunt, veritates esse velut divini scientiæ prima quaedam principia, quæ supponi potius, & credi, quam argumentatione probari, necesse sit, ex quibus fide tantum statutis, atque firmatis ad Biblicam subinde disputationem velut argumentationum semina producantur. Quod aperre docet S. Thomas, 1. part. quæst. 1. art. 8. his verbis: Sicut alia scientia non argumentatur ad sua principia probanda, sed ex principijs argumentatur ad ostendendum alia in ipsis scientijs, ita haec doctrina non argumentatur ad sua principia probanda, quæ sunt articuli Fidei, sed ex eis procedit ad aliquid ostendendum, &c. Additquè consequenter Ariminensis, Praef. lib. Sent. quæst. 1. art. 2. Principia Theologiae sic sumpta, quæ scilicet per Theologicos discursus acquiruntur, sunt ipsæ Sacri Canonis veritates, quoniam ad ipsas stat videtur resolutio totius discursus Theologici, &c. Nempe tanquam ad prima huius scientiæ principia, quæ propterea, ut

talia, probatione non egeant, ut communis est Theologorum sensus, de quo plura rursus Semita 4. Vestig. 2.

Vnde licet sponte demus, quod omnibus notum est, Sacri Canonis veritates revelatas nequaquam ex argumentorum probatione procedere, sed ex solâ numinis auctoritate, non ideò prudenter infertur, ab earum discussione argumentationem fore reiiciendam; cum & ipsæ tamquam prima Biblicæ disputationis principia differendi materiam, suggerant, & argumentorum veluti sobolem generent: licet enim ea, quæ creduntur, fides argumentis non probetur, ipsa tamen argumentum est ad probandum, quod arcanè docuit Apostolus, ad Hebr. cap. 11. v. 1. *Est autem Fides* (inquit præalijs) *argumentum non apparentium*. Vbi belè commentatur S. Anselmus. *Idest certa, & rationalis probatio inuifibulum, ac præmonstratio futurorum: argumentum enim dicitur esse, ratio rei dubiæ faciens fidem*. Item, ut appositè Scholasticus S. Thomas. *ibid. le. 1. probat eiusmodi definitionem Fidei: Quam* (inquit) *Apostolus vocat, argumentum, accipiens causam pro effectu, quia argumentum facit fidem de re dubiâ, &c.* Hugo Cardinal. *Fides accipitur pro effectu argumenti, idest pro certitudine, quam facit argumentum; in Theologicis verò accipitur fides non pro effectu argumenti sed pro principio, vel ipso argumento, &c.* Appositè quidem Fides accipitur pro Principio apud Theologos: hoc enim probat; non probatur, ut locum exponit Alensis, 1. part. *summa*, quæst. 2. memb. 3. art. 4. *Cum ergo fides sit argumentum* (inquit) *ergo probans; non probatum*. Et iterum ad 2. videndus: cui explicationi paria tradunt ad Pauli locum S. Remigius, & Primasius, eiusquè mentem illustrat Ludovicus Tena, *ibid. Diffic. 1. le. 4.*

Horum ex sententia planè perspicis, qua ratione Fides veritatum in sacro textu revelatarum radix, & fundamentum his eisdem veluti proprijs fulta principijs, *argumentum sit rei dubiæ faciens fidem*. Imò & fides ipsa rei dubiæ faciat, & præstet argumentationem; quin vllâ suorum egeat principiorum probatione, cum superiorem sibi scientiam non agnoscat, à qua probari opus habeant, ut in reliquis scientijs evenire constat: & quidem omnis hæc Biblica observatio ex mente Angelici Doctoris est, 1. part. quæst. 1. art. 8. *Inferiores* (inquit) *scientiæ non probant sua principia, sed hoc relinquunt superiori scientiæ (scilicet Metaphysicæ) vnde Sacra Scriptura cum non habeat superiorem, disputat argumentando quidem ex ijs, quæ per divinam revelationem habentur, &c.* Hoc est, in conficiendis, concinnandisque argumentis ad sua recurrit principia, velut

ad

ad germanæ, ac potissimæ probationis originem; non quidem curat, ut per aliam superiorem scientiam illa probentur, *cum non habeat superiorem*, quid enim Auctoritate divinâ sublimius? Sed ut ex ipsis à superna revelatione firmis, & inconcussis certò permanentibus ad alia discutienda, & investiganda tuto progrediatur: *Simplicitas enim fidei nostra* (inquit S. Eustathius, in *Hexahemero*, utpotè quæ tantum divinâ revelatione nitatur) *demonstrationibus diuinitatis longe validior est.*

Et hinc est, quòd Scriptores Canonici, cum superius nihil habuerint, utpotè ab inspiratione divinâ omni scientiâ superiores, nihil de dictorum probatione curarint, ut qui altissimè supra omnem scientiæ demonstrationem erecti, suarum ipsi veritatum, ac principiorum locupletissimi testes, & fautores existeret: quæ omnia complexus est S. Iustinus Mart. Dial. cum Tryphone, sic à Gelenio Latinus, de Prophetis elocutus: *Manent eorum scripta, & hodie licet lectori ex his utilitatem capere maximam discenti de principijs, sinequè, ac cæteris, quæ oportet scire Philosophum illis credulum: non vtuntur enim in differendo demonstrationibus, utpotè veritatis testes fide digniores, quàm ut his opus habeant, &c.* Sic ille: Tu expende singula: habes enim in eius testimonio, & commendata Biblicè differendi principia, *discenti de principijs*: *Laudatum ex his utilitatem maximam, & cætera, quæ oportet scire Philosophum illis credulum*: Idest factæ argumentationis cupidum, qui omnem illis fidem principijs abhibeat, quæ non vsa sint, *in differendo demonstrationibus*, utpotè ab illis profecta testibus, qui essent: *Fide digniores, quàm ut his opus habeant*. Eòdem S. Pater inclinatur, dum observat, cur historici sacri rationem dictorum non reddant, in *ad Orthodoxos*. q. 27. & *Exhort. ad Gent.* Sic vniversim de Canonicis Scriptoribus: *Qui non opus habent* (inquit) *arte differendi, aut contentiosè disputandi, &c.*

Habet enim Biblica Theologia demonstrationes ad eò sibi germanas, ut nullius alterius scientiæ sint, quas indicare visus est S. Paulus, 1. ad Corinth. cap. 2. v. 4. *Non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus, &c.* Vbi Syriaca translatio habet, *in Demonstratione*, quam Origenes lib. 1. *Contra Celsum*, sic ad rem aptissimè commentatur: *Hic adijciendum, disciplinam nostram habere quandam demonstrationem propriam diviniorem, quàm sint Graecorum demonstrationes, quam Apostolus nominat, demonstrationem spiritus, & virtutis, utpotè spiritu per Prophetias fidem adstruente ijs, quæ de Christo feruntur, &c.* Et quid apertius, & elegantius?

Tera

Tertio revocari posset in dubium usus argumentationis in Biblicâ Prælectione, propter quasdam SS. Patrum sententias, quæ huic de divinis disputationi videntur refragari: Nam (ut monuit Apostolus, 2. ad Corinth. cap. 10. v. 4.) *arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitio- num, &c. Id est secularium doctrinarum, & argumentorum; ut ad rem explicat S. Anselmus: Muniunt enim (ait ibi S. Hierony- mus) & circumdant doctrinam suam falsi doctores astutiæ argumen- tis: Addit propterea S. Bruno, ibidem: Ut facile per hæc arma destrua- mus, quælibet munitissimas hæreses, vel Philosophicas rationes, &c. Theophylatus: His armis (inquit) Gentilium Syllogismos, & cap- tiunculas, & tumorem prostravimus, &c. Uocant verò, quas Pau- lus munitiones, Cornelius, Rationes, Syllogismos, sophismata, &c. Iu- stinianus, versutias, & calliditates argumentantium, &c. Salmeron, ibid. disp. 1. 1. Syllogismos, & Humanas Captiones. Plura similiâter alij, de quibus elegantè Rupertus, lib. 3. in Apocal. & quæ sequuntur Patrum dicta.*

S. Gregorius Nazianz. orat. 26. *Nihil fide nostra iniquius fingi possit, si in eruditos tantum, dicendiquè facultate, ac logicæ demonstratio- nibus excellentes caderet. Rursum orat. 35. Cum enim relicta fide (hoc est dogmatum in Scriptura revelatorum veritate) vim, facultatem- què differendi præterdimus, spiritus certam Auctoritatem per quæstiones delemus, ac postea oratio rerum magnitudini cedit, &c.*

S. Ambrosius lib. 1. de Fide, cap. 5. Sic Hæreticum allocutus: *Mens tua percipit lectionem edat lingua confessionem: aufer hinc argu- menta, ubi fides, quaritur: in ipsis Gymnasijs seu iam dialoctica taceat, &c. Demum addit: Vide quàm Fides argumentis præponderet, &c. Vi- dendus etiam, lib. 8. in Lucam.*

S. Cyprianus, tract. de simplic. Prælat. Sic ait: *Tractatu longo, atque argumentis opus non est; probatio est ad Fidem facillè compendio veritatis, &c. Nempe in Sacrà Scripturâ revelatæ: iterumquè lib. 2. Epist. 2. ad Donatum.*

Fulbertus Carnotens. Epist. 1. de humana sapientiâ locutus: *Semper (inquit) querit, & nunquam invenit, quia profunda mysteriorum Dei non humanæ disputationi, sed Fidei oculis revelantur: mox inferte ergo mens humana, cum divine dispositionis causas argumentis per se dis- cutere non valet; ad hoc, quod comprehendere non valet, reverentè erro- neæ disputationis oculos claudit: Mox rationem adhibet: ne dum cæca disputatione clausa, pueri, & operta non videt proprijs definitionibus capti-*

captivata, & cæcum sensum sequens, in erroris præcipitium cadat. Sal- vianus, lib. 3. de Provident. Ita rationem adhibet: Neque enim neces- se est, ut argumentis à me probetur, quod hoc ipso, quia à Deo dicitur, comprehendatur, &c.

S. Gregorius, Homil. 26. in Evang. hac super causâ frequen- ter auditus: *Sciendum (inquit) nobis est, quod divina operatio, si ra- tione comprehenditur, non est admirabilis, neque fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Quibus simili quid præmo- nuit S. Crisostomus, sermo. 143. & 166. & expresse docent Sancto- rum Patrum plurimi, quos indicamus Semita 4. Vestig. ubi de usu rationum in argumentatione Biblica. Vnde velut omnium mentem complexus Claudius Altrissiodor. in cap. 6. ad Galat. Sic absolutè constituit: Non debemus de Scripturaram interpretatione contendere, &c.*

Sed horum sententijs, & pluribus, quas omitto, ut equidem planè respondeam, non est cur diutius immorer, cum id iam satis superquè præstitum sit à S. Thoma, 1. p. q. 1. art. 8. ad 1. 3. p. q. 55. art. 5. ad 1. & 2. & in Proleg. lib. sent. q. 1. art. 5. ad 4. ubi pro mul- tis ita disertè: *Argumenta (inquit) tolluntur ad probationem arti- culorum Fidei; sed ad defensionem Fidei, & inventionem veritatis in quæstionibus, ex principijs Fidei oportet argumentis uti: sic etiam Apa- stolus fecit, 1. ad Corinth. Si Christus resurrexit, ergo & mortui resur- gent, &c. Ex quo etiam textu solutionem hanc probat Richar- dus in eundem Prolog. q. 7. ad 1. eamquè paratam habet, satis oppor- tunam ad quascumque in contrarium Auctoritates, S. Bonavent. ibidem, q. 2. Resp. ad argum. Alensis. 1. part. summi. q. 2. memb. 3. art. 4. & idem S. Thomas, in Procem. Boetij. de Trinit. q. 2. art. 1. Resp. ad argum. Vnde patet instituendam esse argumentationem eo qui- dem proposito, ac fine, quem S. Hilarius, lib. 4. de Trinit. ingenio- se præfixit: Non enim (inquit) divinorum dictorum sed intelligentia no- stra à nobis Ratio præstanda est. Verè S. Doctor, & eleganter.*

Claudat ergo S. Bonaventura, Prolog. in Breviloq. ita præ- coronide statuens: *Progresus autem sacra Script. non est coarctatus ad leges Ratiocinationum, definitionum, & divisionum iuxta morem aliarum scientiarum, &c. Quod nullatenus tollit, Scripturæ expli- cationem argumentis, & ratiocinatio fore tractandam: hoc enim profundissimæ ipsius difficultates exigunt; illud verò summam eius laudem cumulat, ac dicendi maiestatem extollit: quod ele- ganter expressit Escalante, lib. 1. Clypeus, cap. 10. Sacra (inquit) Scriptura excellentiam ostendit modis, quo procedit, nimirum sine argu-*

mentis, & rationibus: unde, quanto minus probat, tanto magis se divina ostendit, quia sine probatione fidem facit, &c. Auget quæ, & illustrat hanc virtutem eius, ac dignitatem, Salmeron, Proleg. 1. num. 13.

VESTIGIVM II.

CAVSÆ RERV, ATQVE

rationes etiam in Sacro Textu inquirenda.

Latent in Stylo divini sermonis abditæ quædam arcanorum scintillæ, non secus ac

*semina flammæ
abstrusa in venis silicis,*

quæ si crebris ingenij veluti & ictibus excitentur, ingentes pariunt ignes; sed audis libentius à Magn. Gregorio, in Ezech. Homil. 22. cui ergo (inquit) verba sacri eloquij, nisi lapidi similia dixerim, in quo ignis latet? Qui manu quidem frigidus tenetur, sed percussus ferro per scintillas micat. Et statim addit: Sic verba sacri eloquij, quæ quidem per narrationem literæ frigida tenentur; sed si quis adspirante Domino, intento intellectu pulsaverit, de mysticis eius sensibus ignem producit, &c. Eadem quæ silicis paritate vsus S. Petrus Chrysologus, serm. 96. ignis (ait) ferri, ac lapidis collisione flammatur: Sic obscurum verbum verbi ac sensus collatione resplendet. Similiter iterum serm. 98.

Id autem hac similitudine latenter intenditur, ut sciamus omnia, quæ in arcano sermone scripta sunt, occulta rationis, & causæ fulguratione interius promicare, atque his veluti scintillis consistere, quoad rem dertse præmonuit Tertullianus, aduers. Hæret. cap. 9. Nulla (inquit) vox divina ita dissoluta est, & diffusa, ut verba tantum defendantur, & ratio verborum non constituatur. S. Chrysostomus, in Genes. Homil. 28. Nihil enim (inquit) in divina Script. continetur, quod non aliqua ratione dictum sit. S. Hieronymus, in cap. 1. ad Galat. ita sapienter: Nec pure in verbis scripturarum esse Evangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla, non in ser-

sermonum folijs, sed in radice rationis: Etenim velut arbor radice consistit, ita divini sermonis eloquium ratione firmatur: sic enim idem, Proem. lib. 1. in Epist. ad Ephes. de. Canonicis Scriptoribus agens: Aliud est (ait prælijs) intelligere, cur scripserint, quæ sententiam suam ratione sumaverint, &c.

Horum itaque Patrum sententijs monitum se Prælector existimet, expendendos diligenter esse sacros textus, ac profus examinandos, ut ex illis intentâ meditatione pulsatis velut ex chalybis, silicisque collisione abditæ rationum scintillæ penitus excitentur, & excutiantur, quibus splendorem ratiocinijs, ignem quæ inferat argumentis: etenim & investigandam, dum latet in arcano sermone rationem, & postquam eruta sit, reddendam esse quoque à Biblico differtore, monent doctissimi Patres, S. Iustinus, Dial. cum Tryphone, ita: Nisi quis (inquit) adeptus fuerit intelligentiam dictorum, factorum quæ Prophetarum, nihil ei proderit scire, vel dicta ipsa, vel facta, ni possit etiam rationem corrupti reddere. Sic ille, interpretæ Gelenio.

S. Augustinus, lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 28. ita de Sacri Codicis interpretatione: Vbi autem talis sensus eruitur, cuius in certum certis Sanctarum Scripturarum testimonijs non possit aperiri, restat ut ratione reddita manifestus appareat. Quibus omnino similia tradit, Epist. 7. atque ex eius doctrinâ Rabanus Maur. lib. 3. de Instr. Clericis cap. 17. transcripsit.

S. Hilarius, lib. 1. de Trinit. textum discussurus ex Proverb. cap. 8. v. 22. ita præloquitur: Verum nos nihil novum, nihil extrinsecus præsumptum afferentes in ipso illo sapientia testimonio veritatem dicti, rationemque præstabimus. Et iterum lib. 4. sic univèrsim enuntiat: Intelligenti enim dictorum ex causis est assumenda dicendi quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus; verum omnia editis simul, & dicendi causis, & dictorum virtutibus prosequemur.

S. Hieronymus, ad Zachar. cap. 6. Non enim (ait) quid vbi scriptum sit, sed quæ ratione scriptum considerandum est. Et lib. 3. in Mattheo ad cap. 8. Causa (inquit) querenda sunt singulorum Domini dictorum, atque factorum, &c. Quod ipsum à se alibi monicum præmiserat. Pariter Euthymius, ad Ioan. cap. 5. v. 30. Oportet itaque in huiusmodi verbis, non ad ipsa tantum respicere, sed etiam ad causam ipsorum.

Gentianus quoque Herbetus Clementis Alexand. doctus Scholiaste. ad lib. 6. str. mat. cap. 7. Sic etiam docuit: Accipitur explicatio Scripturarum ex cognitione seu scientiâ, quæ efficit, ut non satis sit, nude & simpliciter credere, nisi verbi Dei rationes, & causas intelligamus quantum li. et homini, &c.

Demum hanc fuisse veterum Oratorum doctrinam constat ex Tullio, lib. 2. ad Heren. cap. 3. vbi de illis agens quæstionibus, quæ in scripto versantur: Deinde (inquit) à nobis sententia reperitur, quare id scriptor senserit, quod prescripserit; & demonstrabitur, scriptum illud esse dilucide, breviter, commode, perfecte, certa cum ratione. Vide quot rerum causas, rationesquæ à bono differtatore inquirendas, explicandasquæ moneat Doctus Præceptor.

Maxime autem investigandas esse in Sacro Textu aptior ipsius exponendi methodus manifestè convincit: etenim S. Augustinus lib. de Genes. imperfect. cap. 2. ita prescribit: Quatuor modi à quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponenda secundum Historiam, secundum Allegoriam, secundum Analogiam, secundum Ætiologiam, &c. Reliquos transeo; hic enim postremus ad rem nostram solus est, quem ita describit S. Doctor: Ætiologia est, cum dictorum, factorumquæ causa redduntur: Id est cur, & qua ratione, aut causa, seu sine scriptum sit aliquid, aut gestum in sacro volumine.

Et huius quoque modi meminerunt in artis oratoriæ schematis Ethnici Scriptores: Quintilianus, lib. 1. Instit. cap. 15. Sententia (inquit) & Chria, & Ætiologia subiectis dictorum rationibus scribuntur. Rursumquæ lib. 9. cap. 3. Seneca, Epist. 95. de Possidonio locutus: His adijcet causarum inquisitionem, quam cur Ætiologiam dicere non audeamus? Sed redeamus ad nostros; S. Augustinus, item lib. de Utilit. Credend. c. 3. Traditur (ait) scriptura secundum Ætiologiam, cum ostenditur, quid, qua de causa, vel factum, vel dictum sit, &c. Tractaruntquæ post Augustinum hanc de Ætiologia observationem non pauci: S. Isidorus, lib. 2. Etymol. cap. 2. S. Antoninus part. 4. tit. 11. cap. 2. §. 12. Cassiodorus, in Psalm 138. v. 10. Abulensis, ad Matth. 13. quæst. 28. Pagninus, lib. 1. Isag. cap. 17. Lorca, tract. de Locis, disp. 15. n. 7. Vañez, in 1. part. q. 1. art. 10. dub. 1. §. vlt. Fasolus, ibidem, dub. 5. n. 6. Burgenf. in Addit ad Lire Prolog. nisi quod horum aliqui pro Ætiologia, quæ causæ, vel rationis redditionem ex Græco sonat Ethimologiam ponunt; & nescio an profus incuriæ Typographi sit adscribendum: huius enim vocis alius longè significatus est, vt est omnibus obvium.

Aptissimum Ætiologiæ producit exemplum loco proximè indicato S. Augustinus; nempe celebrem illam Phariseorum Christo Dom. propositam quæstionem, Matth. cap. 19. v. 7. ita sitantium: Quid ergo Moyses mandavit, dare libellum repudiij & dimittere? Quibus respondit optim. Magister. v. 8. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere viros vestras: Quæ super controversiâ sic

sic differit S. Doctor: Ad Ætiologiam vero illud pertinet, quod cum Christus prohibuisset uxorem abijci, &c. Relatumquæ esset ab interrogantibus, Moysen libello dato repudiij permisisse licentiam: hoc, inquit Christus, Moyses fecit propter duritiam cordis vestri: Hic enim causâ reddita est, cur illud à Moysè pro tempore bene permissum sit, &c. Quod & in loco quidam alij subnotarunt.

Et hunc quoque cautionem explicandi per Ætiologiam sacri voluminis arcana præscribunt ipsorum interpreti Sixtus Senens. lib. 3. Biblioth. Pagninus lib. 1. Isag. cap. 27. Episcopus Oxomens. de Sens. Script. Regul. 11. Galarza, lib. 2. Evangel. Inst. cap. 3. Cantapetrenf. lib. 7. cap. 1. & lib. 9. Hypoth. regul. 1. 26. & 37. Ioann. Payva, de Sens. Script. lib. 1. cap. 12. n. 9. Didacus Valades, Reth. Christ. part. 2. cap. 13. Viguierus, Institut. cap. 15. §. 1. vers. 10. Alentis, in Sum. q. 1. art. 4. Franciscus Ruiz, Regul. 46. qui omnes rimandas, eruendasquæ è sacro textu causas, atque rationes, & suadent, & confirmant exemplis ex ipso productis: cum sit igitur Ætiologia in divini codicis explicatione, quando ostenditur quid, qua de causa, vel factum, vel dictum sit. Erit ex interpretis munere, omnem ad hæc vestiganda diligentiam, studiumquæ conferre, vt ex inspectis causarum latentium veluti fibris, ac medullis ratiocinandi, ac facundius differendi materiam eliciat.

Hoc autem vtendum erit artificio in ea, quæ de sacris textibus concinnatur, argumetatione. Primò vt textum ad rem producias: inde mentem eius exponas, ac firmes: mox latentes rationum scintillas excites; vnde elicita demum ratiocinatione concludas: qua differendi methodo Paulus Apost. vsus est ex veteris Scripturæ textibus arguens, ad Rom. cap. 3. à v. 10. vsque ad 19. vbi S. Thomas, lect. 21. Sic eius animum aperuit: Manifestat auctoritatem inductam tripliciter: primò quidem exponendo sensum eiu: secundò exponendo intentionem ipsius ibi, v. 19: vt omne os obstruatur: Tertio assignando rationem dictorum in ipsa: ibi v. 20. quia ex operibus legis, &c. Sit modo satis hoc vnum boni Præceptoris exemplum, & mihi ad vltiora properanti, & tibi, cum de verandâ in argumētis Auctoritate tractamus, plura deinceps inspecturo: memineris tamen huic spectare quæstiones illas, quas ex rationis, & causæ latentis indagacione à S. S.

Patribus excitatas præsumamus,

1. part. Præmonit. 14.

§. 4.

VESTIGIVM III.

VSUS ARGUMENTATIONIS

in Sacra Scriptura tractatione

probatur.

FRemant licet, ac resistant Manichæi olim docere soliti (ait S. Augustinus, lib. 12. *Contra Faustum*, cap. 1.) *Idcirco nihil esse curiosius exquirendum, quia simplex sit, & absoluta Christiana credulitas.* Suus tamen est argumentis, ac disputationi locus etiam ad arcanos divini voluminis sensus vestigandos, ac ventilatione discutendos: idque multipliciter potest evinci, & ostendi.

Primo ex ijs, quæ præmissa sunt vestigio præcedenti: nam si rationes, & causæ dictorum, factorumque in sacro sermone oportet indagare: atque hæc non nisi ratione atque discursu possunt sufficienter inquiri: quod nemo negabit: argumentis ergo, ac disputationibus utendum erit in divini sermonis discussione, ac eius difficultatibus enodandis. Urgetque hanc rationem S. Ambrosius, in Psal. 118. ferm. 8. ita fatus elegantè: *Multa obscuritas in Scripturis Prophetis; sed si manu quadam mentis tuæ: Scripturarum ianuam pulses, & ea, que sunt occulta diligenter examines. paulatim incipies Rationem colligere dictorum:* Vnde planè inferas manu quadam mentis scripturarum ianua pulsanda est, igitur argumentis, & ratione pulsanda: quod enim mente, atque ingenio fit, non aliter quam mentis, & ingenij operatione; hoc est ratiocinio, atque discursu fieri necesse est: præterea si quæ in sacro sermone sunt occulta, diligenter examines quando id sine rationis, & argumentorum discussione prorsus assequaris plane non video: rectè igitur concludit Ambrosius: *Incipies Rationem colligere dictorum:* Egregiè; sed colligere rationem, ut patet, idem omnino est, atque argumentari, sive inferre ratiocinando, nam ratiocinatio, & Syllogismus apud Dialecticos, & Rhetores, idem quod collectio est: ergo dictorum in Sacro Textu ratio non nisi argumentis, ac disputatione colligi potest. Secundo (ut rationem maniat Auctoritas) S. Augustinus, lib. 2. *de Doctr. Christ.* cap. 31. Sic statuit:

Dis-

*Disputationis disciplina ad omnia genera questionum, qua in literis sanctis sunt, penetranda, & dissolvenda plurimum valet. Idem in Enchirid. cap. 59. ita de Bibliis questionibus: Cum ista queruntur, & ea sicut potest quisque coniectat, non inutiliter exercentur ingenia si adhibeatur disceptatio moderata, &c. Quam sententiam iterum firmat lib. 1. *Contra Cresconium*, cap. 14. & 15. & alibi: Docuitque disertè olim Origenes *Philocal.* cap. 23. & 24.*

Gilbertus Abbas, ferm. 47. in *Cant.* ita pie pariter, ac verè de Probaticâ Piscinâ loquens: *Bonus aqua motus disputatio, & exagitatio Sacra Pagina: bene enim movetur cum prudenti ventilatione ad spiritualem promovetur intellectum: bene movetur, cum eius discussione auditor promovetur, &c. Vberem ecce tibi proventum ex Bibliâ disputatione, quam etiam argumenta comitentur ad vberiore sui explicationem: Credo namque sine dubio (inquit Richardus Victorin. lib. 1. *de Trinit.* cap. 4.) quoniam ad quorumlibet explanationem qua necesse est esse (quod in Sacro Textu revelata fiat) non modo probabilia, imò etiam necessaria argumenta non deesse, quamvis illa interim contingat nostram industriam latere, &c. Sic ille: Cuius ex sententiâ vsum argumentationis in Sacra Scripturæ doctrinâ probant Alexander Alenf. 1. *part. summ.* q. 2. memb. 3. art. 4. Sanctus Bonaventura, *Prolog. in lib. Sent.* q. 2. in *sed Contra.**

Hunc quoque multo ante noverat Tertullianus, lib. *de Patient.* cap. 5. Sic asserens: *Verum tamen procedere disputationem de necessarijs Fidei non est otiosum, quia neque infructuosum.* Et huius quoque vsum Apostolis à Christo Dom. permissum censuit S. Ambrosius, in *Lucam*, lib. 5. Ipse Dominus (ait) *Apostolus destinaverat, ut fidem populi Iudæorum, vel disputatione, vel signis, miraculisque fundarent.*

Eamdem Biblicæ differendi facultatem, vñus pro multis Paulus ostendit, ut qui eruditus iuxta veritatem paternæ legis, quod ipse fatetur. *Act.* cap. 22. v. 3. & à Dialecticâ commendamus à S. Hieronymo, *Epist.* 155. ab Augustino, lib. 1. *Contra Crescon.* cap. 14. Isidor. lib. 2. *Etymol.* cap. 9. Quod, ut apertè capias, leges caput 17. *Actor.* quod totum præreliquis, est de hisce Pauli disputationibus: ibi enim (ut aliqua saltem attingam) v. 2. ad Iudæos ingressus, *differere eis de Scripturis adaperiens, & insinuans, quia Christum oportuit pati, &c.*

Est autem differere apud bene Latinos, materiam aliquam disputando versare; sic enim Tullius, cum in lib. *de Nat. Deor.* multas

de Religionē quæstiones discuteret: tandem lib. 3. Cottam illas terminantem inducit in hæc verba: *Ego verò, & opto redargui me, & es, quæ disputavi differere malui, quam iudicare*: Idest malui in controversiam, & argumentationem afferre, quam ex propriâ sententiâ quidquam decernere, ac definire: eodemquæ sensu S. Hieronymus, Epist. 150. q. 10. ita de ipso locutus Paulo: *Veniente è latere quæstionem more suo proponit, & differit, &c.* Idest productis testimonijs eliciti quæ ex inde illationibus ingeniosè persequitur, qui proprius est *differendi* significatus, de quo quædam Abulens. ad Prolog. S. Hieronym. in *Iosue*, quæst. 14. & ad rem aptissimè Sextus Empiricus, *Advers. Mathematic.* lib. 2. de Platonis, & Stoicis agens: *Dicere autem* (inquit) *utrique assumant, ut differens ab eo, quod est, differere quandoquidem hoc fitum in compendiaris brevitate, & accipiend. à & dand. à ratione, munus est Dialectica.* Quod ipsum de differente Pauli logicâ minimè dubites asserendum.

In hac igitur acceptione *differerebat de Scripturis*, ubi amphibologiâ à particulâ *de* natam substituit Caietanus: *Non enim* (inquit) *de ipsis Scripturis disputabat, sed ex Scripturis; illinc enim adducebat testimonia*, ut Vatablus explicuit: quod expressit Syriacus, *verba fecit ad eos ex Scripturis*, & in loco notant Beda, Carthuf. Erasmus, alij, *differerebat ergo de Scripturis* Paulus idest per textus ex Sacro Volumine productos disputationem instituebat, concinnabatquæ, & compositis ingeniosè argumentationibus urgebat.

Ipsam verò disputandi modum, adhuc exponit S. Lucas, dum addit v. 3. *ad aperiens, & insinuans*: in quo si proprium insinuationi significatum retineas, mirum Paulinæ disputationis artificium animadvertes: *Etenim insinuatio* (ut Tullius docet, *de Invent.* lib. 1.) *est oratio quædam dissimulatione, & circuitione obscure subiens auditoris animum, &c.* De quâ etiam Quintilianus, lib. 4. cap. 1. & Iacobus Valades, *Rhet. Christ.* part. 5. cap. 2. nam cum apud Hebræos ageret, propositis ex suâ ipsorum lege textibus, quam negare non auderent, sensim, ac latentèr audientium mentes irrepibat, quod artificiosè insinuationis ingenium est ad efficacius disputandum, ac persuadendum: id ipsum Græca, vox; quam Latine venit, *insinuans*, ex illius idiomatis proprietate confirmat, ut curiosè notavit eo loci Ioan. Gagneus: *Significat* (inquit) *in medium assero, atque etiam allego, sive exemplum cito, & auctoritatem scriptoris præmo.* Omnia satis opportunè.

Ea propter Arias Mont. reddidit: *Ad aperiens, & proponens* Vatablus, & Erasmus: *allegans*, transulere, quod ad productorum

à Paulo textuum citationem spectat, idem quippe valet, ut ex Syræ vocis significato docet tibi Lorinus, atque *in medium asserens exemplum citans, auctoritatem scriptoris premens, seu componens*: hoc est collatis inter se textibus comparans, & ex collatione ratiocinationis argumenta deducens. Sive ut notat Cornelius ex Græco, *inferens*; quæ omnia Syllogisticam illationis artem satis ostendunt in Paulo fuisse differatissimam, illamque merito commendat Tertullianus, lib. *de Resurrect. Carnis*, cap. 39. de quâ Salmeron, tom. 12. tract. 47. Tu quoque potiori iure quam olim, in *Clariss. Orator.* de Crasso, Tullius, de Paulo poteris enuntiare: *Erat in differendo mira explicatio, cum de iure civili, de equo, & bono disputaretur, argumentorum, & similitudinum copia, &c.*

Ideo suos differendi modos nobis Paulus ipse commendans, 2. *ad Chorith.* cap. 10. v. 4. quos prius, *arma spiritualia dixerat*, mox aptè compellat, *consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei.* Quo loci plures variè, *consilia*, vel exponunt, vel transferunt: S. Ambrosius ibidem *in cogitationes*, S. Chrysostomus, tom. 5. Homilia, *contra Anomeos*, S. Hilar. lib. *de Trinit.* 12. *Rationes*, Arias Mont. *Ratiocinationes*, Theophylactus ex Græco, retinet *Logismos*, de quibus S. Ambrosius, lib. 1. *ide Iacob.* cap. 2.

S. Bruno sic explicat: *Idest exquisitas rationes destruentes etiam omnem altitudinem Physicalis scientia*: hoc est, quæ tantum naturalibus sibi principijs, divina se penetrare posse præsumit: Sic exponit Dioysius Carthuf. illud: *Extollentem se adversus scientiam Dei; idest* (inquit) *Theologica veritati, seu Fidei assertionibus contradicentem, &c.* Ex quibus ita licet argumentari: omnis Pauli disceptatio, eò potissimè vergebat, ut Philosophorum rationes, ratiocinationes, ac logismos concinnatâ ex Biblicis textibus argumentatione, quod de more habuit, disputando destrueret, ac penitus everteret: *Et omnem altitudinem Physicalis scientia, Theologica veritati, seu fidei assertionibus contradicentem.* At qui hæc omnia, utpote quæ Syllogismis, & argumentatione nituntur, non nisi argumentis eiusmodi profus everti, ac dissipari possunt, talis ergo differendi, ac disputandi methodus erit in Biblico certamine adhibenda, quæ etiam argumentatione nitatur.

Huc inclinavit, ut reor, S. Hilarius nuper indicatus Apostolice mentem sic exponens: *Fidem non nudam Apostolus, atque inopem rationis reliquit, quæ quamvis potissimè ad salutem sit, tamen nisi per*

Doctrinam (idest Biblicè differendi artem) instruat , habeat quidem inter adversa, tutum refugiendi recessum ; non etiam retinebit constantem obtinendi securitatem, &c. Argumentis ergo, atque disputatione adstruenda, defendendaquè contra adversarios est, ut non tantum habeat intra munitioem Sacræ Auctoritatis tutum refugiendi recessum, sed etiam disputatione, atque argumentis instructa, obtinendi de hostibus victoriam, constantem retineat securitatem, &c.

Aptissimam denique methodum, ac potiore agendi rationem in Sacræ Scripturæ tractatione (modo illam Theologicam dicas, aut sapientiam, aut scientiam, vel Sacram Doctrinam, his enim nominibus ab antiquis Patribus scholasticis, & interpretibus appellatur) argumentativam esse frequenter iidem omnes statuunt, ac probant cum S. Thom. 1. p. q. 1. art. 8. magno rationum, auctoritatumquè consensu, & argumentationum exemplis in sacro ipso textu sæpe vîtatîs, ex quibus quoniam plura sunt, quædam indicabo.

Paulus, ad Titum, cap. 1. v. 9. eam Doctrinam amplecti hortatur, ut potens sit eos, qui contradicunt, arguere. Petrus item Epist. 1. cap. 3. v. 15. Christi fideles paratos esse voluit, ut respondeant, omni poscenti rationem, &c. Et ex utroque præmissis rextu sic ad rem intulit S. Thom. 1. in Prol. lib. Sentent. q. 1. art. 5. Hoc autem sine argumentis fieri non valet: ergo debet quoque argumentis uti: rursum in corpore art. ita pergit: Proceditur in Sacra Scripturâ, scilicet ad destructionem errorum, quod sine argumentis fieri non potest, & ideo oportet modum huius scientiæ esse quandoque argumentativum tum per auctoritates, tum etiam per rationes, &c. Addit insuper: Proceditur ad contemplationem veritatis, in quæstionibus Sacræ Script. & ad hoc oportet modum etiam esse argumentativum. Ita S. Doctor. (videndus etiam in Proem. Boëtij, de Trinit. quæst. 2. art. 1. Sed contra) Ad sunt huic sententiæ Richardus ibid. q. 7. 5. Bonaventura, q. 2. in Resp. ad arg. Ariminensis, q. 1. art. 2. Durandus, q. 1. num. S. Antoninus, 4. part. tit. 1. cap. 2. §. 10. Carthusianus, lib. 1. Summ. Fidei. art. 2. dub. 3.

Iterum Paulus, 2. ad Timoth. cap. 3. v. 16. Sic univèrsim statuit: Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, &c. Quod postremum explicant S. Anselmus, ad convincendum eos, qui resistunt. Similiter S. Beuno, Dionys. Carthuf. ad probandum ea, quæ fidem concernunt. Hugo Cardin. modum probationis expressit: Ad arguendum (ait) in disputationibus per argumenta:

Quem

Quem S. Ambrosius, Vatablus, Arias Mont. & Brasimus, dicunt ad redargutionem, quo loci videndi sunt Ambros. Catharin. & S. Thomas, lect. 3. quibus ut palam est, sic efficacitè evincitur, Biblicè differendi rationem esse argumentativam, ut apertè asserat Bañez, ad S. Thomæ art. 8. præcitatum dub. 1. Est igitur talis certa conclusio ut oppositum non debitem erroris damnare: Sic ille ex indicato Pauli textu concludit, de quo ad rem Gillius, lib. 1. tract. 1. cap. 8. num. 5.

Sic etiam, & nos vestigium hoc de usu argumentationis ad rem Biblicam: qui verò plura exoptat de arguendi, ac disputandi commodo, atque utilitate, maxime in Sacri Codicis intelligentiâ, legat S. Gregor. Nazianz. orat. 34. S. Athanas. q. 1. ad Antioch. Origin. tract. 23. in Matth. & Philocal. cap. 23. S. August. lib. 1. Contra Crescon. cap. 14. & 15. lib. 2. de Doctrin. Christ. cap. 3. 1. Exord. lib. 1. quæst. in Genes. Sanct. Prosper, Prolog. in lib. 1. de Vita contempl. Optat. Milevit. lib. 1. advers. Parmenian. Paschas. Prolog. lib. 1. in Matth. Lactant. lib. 5. Divin. Institut. cap. 1. atque ex Recentioribus Iulium Rogerium opusc. de Quæstionibus, Nicol. Everard, Proem. ad Locos legal. Serarium, Apolog. Pro Lutheri Magistro, cap. 29. 30. & 31. Doct. Jacob. Perez, lib. 3. de Sacra Ration. Conc. cap. 1. de què nos plura superius 1. part. Prænot. 7. dedimus, quæ tu repetas inde, dum ego ad ulteriores festino.

VESTIGIUM IV.

QUALIS PROPRIE SIT argumentatio Biblicæ?

Oportuna, quod suspicor, paritate ab argumentatione iuridicâ, quæ potiffimè textuum auctoritate nititur, & in iurium intelligentiâ, legumquè discussione veritatur, Biblicam tibi argumentationem ostendam; illam ita describit Silvester, in Summ. titul. de Argum. Iuridic. num. 1. Argumentatio iuridica est, illatio consequentis ex antecedenti iuridico, sive contento in iure; & argumentari iuridicè est, illud quod impliciè, & virtualitèr continetur in unâ lege, vel sententiâ legali, explicare: Quo autem ille iure hæc de tali argumentatione protulerit, discas à-

Tullio, qui lib. *de Orat.* Sic de civili, seu legali scientiâ fidenter enunciat: *sive quæ in ista præpotens, & gloriosa Philosophia del. etat. dicam audacius hos, e habet fontes omnium disputatum suarum qui iure civile, & legibus continentur. Ac si clarius ille diceret, omnino in legali scientiâ disputandi, & arguendi methodum, velut à fonte rivulos, ex legum voluminum origine percussere, & in legum, iurisque intellectu, ac ventilatione, confirmato ex his ratiocinio, proprio veluti cardine, versari.*

Et huius quidem sententiæ rationem idem Cicero, lib. *Topic.* congruenter adhibuit: *Sed quoniam (inquit) lege firmiter, in controversijs disceptandis esse nihil debet, danda est opera, ut legem adiutricem, & testem adhibeamus.* Et aptè ille quidem, leges, de quibus fit disceptatio, vocat ipsius disputationis *adiutrices, & testes*: nam ut *testes*, ad probationem testimonia, & textus offerunt differentij; ut *adiutrices*, ratiocinationi ex ipsâ discussione legum exortæ subsidio, & adiumento sunt, quibus plena, & integra, suisquæ partibus absoluta iuris argumentatio consistat, in qua resultat *illatio consequentis ex antecedenti iuridico, seu in iure contento, quæ iuridica, ut patet, argumentatio est.*

Eiusmodi autem argumentationem germanam fuisse, ac propriam præcis oratoribus, constat ex Quintiliano, lib. 7. *instit.* cap. 7. vbi de controversijs, quæ ex scriptâ lege nascuntur, aptè disserens: *Fieri tamen potest (inquit) ut ex alijs legibus exempla (hoc est testimonia) ducamus, per quæ appareat, semper stari scripto non posse.* Quam argumentandi methodum orat. pro *caecinna* servatam à Tullio tradit ibidem Fabius, & ab eodem Cicerone commendatur, & exponitur in *Topic.* lib. 2. *de invent.* lib. 1. & 2. *ad Herenn.* & alibi: at qui talis disceptatio ex legum testimonijs nata, non alia ratione fieri potest, quin, *illud quod implicite, & virtualiter in vnâ lege, vel legali sententiâ continetur, ratiocinando explicet, ac differendo discutiat*: atque antiqui Rhetores, quæstionem modo, aut disceptationem, vel constitutionem *legitimam, sive legalem* appellare soliti sunt, ut quæ ex legum tractatione nascatur, ut docet indicatis locis, Tullius, S. August. in *Princ. Rhet.* cap. 6. S. Isidorus lib. 2. *Etymol.* cap. 5. Cassiodorus, lib. *de Rhet.* cap. *de Statibus*, Alcuinus, *ibide sept. art.* cap. 2. & dial. *de Rhet.* vnde ad huiusmodi controversiæ legalis exemplar (quâ nulla similiter existit) quomodo Biblica dissertatio versanda sit, commodius sequenti vestigio trademus.

Sed ad iuris argumentationem redeo, cuius arguendi artificium,

cium, quam amicè cum Sacri Voluminis argumentatione conveniat, facile sibi persuaserit, qui Silvestri descriptionem, mutato solum iuris, aut legis nomine, trasferat: lege igitur in hunc modum, & rem confecisti omnem: *Argumentatio Biblica est, illatio consequentis ex antecedenti Biblico sive contento in Scripturâ: & argumentari Biblice est, illud, quod implicite, & virtualiter continetur in vno textu, vel sententiâ Biblicâ, explicare.* Vides quam compat sit in vtraque schola instituendæ argumentationis artificium, quoniam & simillima est differendi, ac disputandi methodus.

Iam igitur notam argumentationem Biblicam superest, ut veterum quoque Theologorum scriptis expressè delineatam ostendam. Et verò S. Dionysius, lib. *de Divin. Nomin.* cap. 2. ut illum latine transtulerunt Perionius, & Lanffelius, de instituendo sacro dissertatore ita præmonuit: *Nam si is quidem omnino divinis scriptis adversatur, procul, & omni ex parte à nostrâ Philosophiâ aberit, & abhorrebit; ac nisi ei cura est sapientia, quæ ex divinis libris hauritur, quomodo nobis cura erit illius in divinâ scientiâ institutio? Sæ autem divinatorum scriptorum veritatem sibi habeat propositam, nos quoque hac quasi normâ, & luce adhibita constanter ad defendenda nostrâ pro virili parte veniemus.* Hæc S. Doctor; quæ licet aliter habeant in alijs translationibus, ista mihi clarius, & expeditius visa est mentem eius aperire, quam pro re nostra subiectis notatiunculis illustrabis.

Primò totam eius intentionem referat, & exponit Gregor. Ariminens. in *Prolog.* lib. *Sextent.* q. 1. art. 2. §. *Quinto*, vbi post omnem præmissum textum subdit: *Ex istis patet, secundum intentionem B. Dionysij, quod non assentiendi Sacro Canonis (hæc est Scriptura) Theologicè probari non potest veritas illa, quæ secundum istum Doctorem, etiam propriissimè dicitur Theologica, &c.* Quod etiam indicat S. Thomas in hoc caput. S. Dionys. *lett.* 1. quin & ex eodem textu argumentationem exactè Biblicam, nempe ab auctoritate nascituram probat ipse Doctor Angelicus 1. p. q. 3. art. 1. *Corp.*

Secundo quod ait S. Dionys. *à nostrâ Philosophiâ aberit.* Sic explicat paraphrasticè Carthusianus, *ibid. att.* 7. *Id est multum dissentiet à verâ intelligentiâ Scripturarum pro ut nos accipimus, & intelligimus eam.* Quod alia translatio habet apud Ariminensem s. præ: *Longe erit omnino à sapientiâ quæ apud nos est, Nulla quippe Philosophia, sine sapientiâ, potior antiquis Patribus fuit, quam vera intelligentiâ scripturarum.* Ex quarum testimonijs argumentationes suas omnes differendo concinnabant.

Tertio pro illis in *divinâ scientiâ institutio* : habet editio S. Thomæ: *Quemodo nobis cura sit illius manuuctionis ad Theologicam scientiam?* Sic etiam translatio, quâ usus est Ariminensis, Ioannes Scotus paulò aliter: *in Theologicam scientiam sua manuuctione*. Carthusianus exponit, seu *introductionis in verum intellectum Theologica sapientia*. Bene: nam verus intellectus Biblicæ Theologiæ, non nisi per eam manuuctionem acquiritur, quæ ex Sacræ Scripturæ textibus ratiocinando, ad sapientiam introducat.

Quarto quod addit: *Hæc quasi norma, & luce adhibitâ*. Scotus reddidit. *Hæc & nos regulâ, & lumine videntes*. S. Thomas, & Ariminensis. Et *Canone, & lumine*, quod idem est: Hæc autem quorsum tendant, fatetur S. Dionysius: *Ad defendenda nostra veniemus*. S. Thomas, *ad excusationem*: Ariminens. *ad responsionem*; Scotus, *ad Apologiam*, quod sic aptissimè commentatur Carthusianus, *ipsam Scripturam pro regula nos dirigente, ac luce ducente habentes, ad Apologiam, id est ad disputationem huius materia pro viribus procedemus*. En vides, quam propriè argumentatio Biblica, sit *illatio consequentis ex antecedenti Biblico*. Siquidem maximus olim Theologus Dionysius Scripturam, pro regulâ dirigente argumentationem habens, ad Theologicas disputationes ex ipsius testimonijs ratiocinando procedere solitus est.

Sed malo equidem, totam vt laudem deferas Ariminensi Gregorio, qui ex premissâ Dionysij sententiâ rem omnè, aptius quàm possem excogitare, ingeniosè differendo confecit. *in respons. ad art. 2. indicatum: Discursus* (inquit) *propriè Theologicus est, qui constat ex dictis, sive propositionibus in Sacra Script. contentis, vel ex his, quæ deducuntur ex ijs, vel saltem ex alterâ huius: id est probatur ex auctoritate præallegatâ B. Dionysij: vult enim quod non assentiendi eloquijs Sacræ Scripturæ non potest manuuctio fieri ad Theologiam scientiam. Sapienter ille: si igitur ex assensu præstito rebus in Sacro sermone revelatis mens manuuctitur ad Theologiam, certum est ex textibus divini Codicis, accedente ratiocinio, ac discursu differentis, Biblicam fieri argumentationem, sive illationem ex antecedente Biblico, quod adhuc probat Ariminensis ita pergens argumentari.*

Cum ergo non aliud sit manuuctio ad Theologicam scientiam quam discursus gignitivus Theologica scientia, &c. Sequitur, quod nullus discursus non procedens ex dictis Sacræ Scripturæ, vel ex his, quæ deducuntur ex eis, est Theologicus. Mox acurè infert, si autem nullus alius est: ergo ille est, qui ex Sacra Scriptura procedit, &c. Quod iterum firmat

ex

ex communi omnium suasionem: Nam omnes (addit) *arbitrantur se solum Theologicè aliquid probare, cum ex dictis probant Sacra Scripturæ*. Quod adductis ex ipsâ probationum exemplis aflatim evincit: ibidem, videndus etiam eiusdem quæst. art. 4. conclus. 2. & 4. & quæst. 2. art. 2.

Interim tamen audiendus est Durandus, qui in eundem *Prologo sent. q. 1. super Theologia* acceptiones edifferens, ad probandam Biblicam argumentationem argutè; ac solidè philosophatur: *Si enim* (inquit) *scire ea, quæ continentur in libris naturalibus Aristotelis, & quoruncumque aliorum Philosophorum, vocatur communiter naturalis philosophia; multo magis scire ea, quæ in Sacra Scripturâ continentur debet vocari Theologia, quia naturalis philosophia non est scire, quid Aristoteles, vel alij Philosophi senserint; sed quid habeat veritas rerum, &c.* Vides acutissimam paritatem ad nostræ mentis confirmationem? Etenim, si rerum veritatem inquirere, ac investigatam tenere in Philosophorum libris, Philosophia verè est; id quidem nulla ratione poteris assequi, nisi propositas ipsorum sententias examinando discutias, ex ipsis differendo ratiocineris, ac demum argumentando conclusiones elicias, vt veram adipiscaris scientiam Philosophiæ: eritquè tunc propriè argumentatio Philosophica illatio consequentis ex antecedenti Philosophico, seu tradito in libris Philosophorum: similiter ergo in argumentatione Biblicâ, quod ad rem coaptat Durandus ita subiiciens.

Sed verè Theologia dicitur, scire eorum mentem, qui Sacrum Canonem Spiritu Sancto inspirante tradiderunt, quia intellectus eorum nunquam deviat à veritate rerum, &c. Demum inter alia huius instituti, quæ tu ipse perlegas, ita claudit num. 8. *Accipitur Theologia communis pro habitu eorum, quæ deducuntur ex Articulis Fidei, & ex dictis Sacra Scripturæ sicut conclusiones ex principijs, &c.* Quis autem intelligere valeat, quomodo hæc sine argumentatione fiant, & ex principijs eliciantur, nisi quod implicite, & virtualiter continetur in vno textu Biblico, ratiocinando explicet, ac illationes ex propositis textibus eliciendo discurrat? Idem quæque probat Ariminensis citatus, q. 2. art. 2. eiusmodi de habitu loquens: *Quo quis* (inquit) *novit sensum Sacræ Script. & scire vnum dictum eius per aliud exponere, & probare, nec non alia, quæ non secundum se formaliter continentur in ipsa, ex his, quæ in ipsa continentur, deducere, & inferre, &c.* Vides apertè premissam argumentationis Biblicæ descriptionem, & statutam, abunde probatam ex istius Auctoris doctrina: Hoc enim est *argumentari Biblicè: illud, quod implicite, & virtualiter continetur in*

vno textu, vel sententiâ Biblicâ, explicare: & ex his, quæ in ipsâ continentur deducere, & inferre. Cuius argumentationis plura subdit exempla Rodericus Dosma, lib. 3. de Artor. Sacr. Script. cap. 5.

Hanc ipsam argumentationis descriptionem arcanè vius est indicare Salomon, Proverb. cap. 22. v. 20. Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in cogitationibus, & scientiâ, &c. Quod de triplici Sacræ Script. sensu exponunt non pauci, S. Hieronymus, ad cap. Ezech. 16. v. 31. & Epist. 150. q. 12. Origenes, lib. 4. Periarch. cap. 2. & Philocat. cap. 1. Ioann. Cassianus, Collat. 14. cap. 8. in loco Carthusianus, & interpretes alij. Addit præterea Salomon huius descriptionis causam v. 21. Ut ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis; respondere ex his illis, qui miserunt te; Scilicet ad me, ut te erudirem: quamquam paulò aliter habent LXX. sed ad rem aptissimè: Ut respondeas sermones veritatis his, qui proponunt tibi. Nec dissentiant S. Hieronymus, & Origenes ferè paria reddentes: sive, ut respondeas ad ea, quæ tibi proponuntur.

Omniem autem huius loci mentem pro re natâ digerit S. Bonaventura Præfat. in Centiloq. ex quo ista carptim transfero: Quatuor innuit studioso discipulo videnda, scilicet in quo est studendum, quia in trinâ traditione, cum dicit, ecce descripsi eam, scilicet doctrinam sacram tripliciter, mox addit Scripturæ sensus, quorum ex præiactâ intelligentiâ ducenda omnis argumentatio est.

Secundò, de quo est conferendum, quia de auditâ lectione cum addit, in cogitationibus, & scientiâ; id est, ut cogites, quæ audisti, ut scias ibi audita. Hæc autem omnia præparatio sunt, ut à cogitatis, & per scientiam adquiretis ad instruendam denique argumentationem gradus fiat.

Tertiò, quid proponendum in prædicatione, quia præcepta moralia: cum dicit: Ut ostendam tibi firmitatem, & eloquia veritatis, quæ, quoniam ad conciones tantum expectare videntur, transeo.

Quartò, per quid respondendum in interrogatione; quia per ea, quæ sunt in lectione præcepta, in ratione collecta, &c. Cum subiungit: respondere ex his, id est examineribus illis qui misisti sunt, &c. Huc usque Sanctus Doctor.

Cuius ut sententiam collectim teneas, regredere, & ex ordine dispice: proponit enim quæ sint Biblicæ dissertationis studioso consideranda. Primum, ut in triplici descriptione tres potissimos Sacræ Script. sensus, ex quibus validior sit argumentatio conformanda, notos sibi, ac penitus inspectos habeat: mox ut in ipsiis sensibus cogitata, & per Scripturæ scientiam comperta discutiat,

cutiat, & ventilet: demum ut ad respondendum interrogatis, & in disceptatione propositis ea concinnè digerat, ac disponat, quæ sunt ex lectione percepta, & in ratione collecta. Ratione verò colligere, ut patet, nihil est aliud, quam per discursum inferre, & ex præmissis elicere ratiocinando, quod appositè lib. Dialect. monuit Cassiodorus: Collectio (inquit) quæ & ratiocinatio vocatur, est, quando ex eo, quod scriptum est, quid invenitur: Hoc est; aliud illatione deducitur; id autem in Sacris Textibus, nisi Biblicâ, quam hucusque probamus, argumentatione, fieri omnino non potest; cuius est, ex scriptis, non scripta ingeniosè deducere, veluti de Sacræ Paginæ studio monuit prudenter Origenes, in Matth. Homilz 3 secundum ea enim (inquit) quæ scripta sunt, tractare debemus, & ea, quæ scripta non sunt, &c. Quod argumentationi munus nemo negabit, ut satis ostensum est.

VESTIGIVM V.

QVIS NAM BIBLICE differendi modus, & ratio?

Cum igitur omnis Biblica disputatio ex Scripto, nascatur, ut patet, & in ipsiis quæ scripta sunt, veluti cardine versetur, haud dubium est, quin ad illius controversiæ speciem, normamque sit exactè conformanda, quæ ab Oratorum Magistris modò Scripti controversiæ: modò legitima, seu legalis constitutio dici solet, ut potè quæ ex ipso legum tenore nata in earumdem intelligentiâ, tractationeque versatur: sic enim de hoc controversiæ genere Tullius, lib. 1. de Invent. cap. 3. Scripti controversiæ est ea, quæ ex descriptionis genere nascitur. De hac etiam Quintilianus, lib. 7. Instit. cap. 7. Alcuinus Dial. de Reth: Similitèr: Scripti controversiæ est, quæ ex scriptâ lege nascitur. Iterum Tullius, ad Herenn. lib. 1. cap. 5. Legitima constitutio est, cum ex scripto, aut ex scriptis aliquid controversiæ nascitur, &c. Sic etiam Rhetores.

Et huius quidem speciei (licet plures ab alijs, modo etiam à quibusdam pauciores nominentur) quinque potissimè sunt, quas ex indicato Ciceronis loco de Invent. Sacri quoque Scriptores assignant. Boëtius lib. 4. de Different. Topis. Cassiodorus lib.

Rhet. cap. de Statibus, & in Dialect. cap. de Locis, S. Isidorus, lib. 2. Etymol. cap. 5. Vincencius Bellovacens. Specul. doctrinal. lib. 3. cap. 104. Alcuinus, Dialog. de Rhet. vbi de Legali constitutione. Didacus Valles, Rhet. Christ. part. 6. cap. 14. nisi quod collectionis loco quintam assignat. à Translatione, Has Tullius lib. 2. de Invent. ita disertè proponit: In scripto versatur controversia, cum ex scriptio- nis ratione aliquid dubij nascitur: id fit ex Ambiguo, ex scripto, & sen- tentiâ, ex contrarijs legibus, ex ratiocinatione, ex desinatione. Hactenus Cicero.

Atque has totidem controversiæ species, cum supra nume- rassent Boëtius, & Cassiodorus, & singulas brevi explicatione percurrerent, mox addunt: Hæc autem speculanda dectis, non rudibus discenda proponimus. Et nos itidem singulas, vt. verlandæ Bi- blicæ disputationi viam aperiant, & in Sacrà de Scripto controvet- sia methodum suggerant, sumptis ex Cassiodoro inscriptionibus, quæ Tullianæ nominationi respondeant, seorsim apponemus. Sic Magnus Aurelius primam eiusmodi controversiæ speciem, inscri- bit.

I. EX AMBIGVO.

Ambiguitas est, cum id, quod scriptum est, duas, aut plures res signi- ficare videtur.

Hanc Tullius, lib. 2. de Invent. ita clarius exponit: Ex ambi- guo autem nascitur controversia, cum quid senserit scriptor, obscurum est, quod duas plures vè res significet. Cuius mox ap. illi dum appo- nit exemplum ex ambiguo scripti significato an. seu aldam testa- mento: rursum, lib. 1. ad Herenn. cap. 5. Ex ambiguo controversiâ nas- citur, cum scriptum duas, aut plures res significat. Quod etiam exem- plo legis illustrat, sicut & Alcuinus. Dialog. de Rhet. ita breviter: Ambiguitas sæpe in scripta lege facit questionem. & lib. de Sept. Artib. cap. 2. eisdem verbis cum S. Isidoro, lib. 2. Etymol. cap. 2. Sic: Am- biguitas est, cum id, quod scriptum est, duas, aut plures res significare videtur. Similiter lib. Dialect. Cassiodorus, & fuscè versat Quinti- lianus, lib. 7. Institut. cap. 10. Quorum ego ad verbum sententias in reliquis sciens, & lubens producarn, vt præ oculis inter se collata mutuam sibi lucem, & explicationem impertiant.

Ad Biblica verò quod attinet, audiat in primis, quæso, meus Prælector magnum Præceptorem Augustinum, lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 1. ita præloquentem: Vt autem signis ambiguis non

decipiatur, quantum per nos instrui potest, fieri autem potest, vt istas vias, quas ostendere volumus, tamquam pueriles, vel magnitudine inge- nij, vel maioris illuminationis claritate derideat; sed tamen quantum per nos instrui potest, sciat ambiguitatem scripturæ, aut in verbis proprijs esse, aut in translatiis. Sed quorsum omnia, quæ sapienter Augusti- nus? Silto, & esto me iure derideas; at magni facies, si legas, tanti Doctoris præcepta, quæ pro tollenda in Sacro Sermone significa- tionis ambiguitate, & multa, & vtilia congerit eiusdem libri, cap. 2. 3. & 4. Cuius disciplinam omnem summam complexus est Driedo, lib. 3. de Regul. tract. 1. cap. 3. quem vt adeas, moneo.

Atque huius quidem controversiæ, quæ ex ambiguitate nasci- tur, aptum abducit exemplum ex Sac. Textu Salmeron. Proleg. 9. can. 37. multaquè eiusmodi alia, Proleg. 13. §. Dices igitur, quæ tu ipse consules: accipe modo S. Hilarium, in Psalm. 118. lit. Van. ita de ambigua quandoque divini sermonis significatione monen- tem. Quia vtrumque (inquit) ex testimonijs Scripturarum intelligi promptum est, aut vtrumque significatum existimetur, aut quod magis videbitur probabile, eligatur. Sic ille: vtile quoque monitum fugge- rit eiusmodi ambiguitati tollendæ S. Augustinus, lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 27. hæc in verba conceptum: Quando autem ex eisdem Scripturæ verbis non vnum aliquid, sed duo, vel plura sentiuntur, etiam si laet, quid senserit ille, qui scripserit, nihil periculi est, si quodlibet eorum congruere veritati, ex alijs locis sanctarum Scripturarum, doceri potest: id tamen eo conante, qui divina scrutatur eloquia, vt ad voluntatem perveniat Auctoris, &c. Quæ subdit opportuna huic menti: quibus etiam similia tradit lib. 1. de Genes. ad Liter. cap. 18. & 21.

Sed & istud in primis curandum, vt sublatâ significationis amphibologiâ, literalis Scripturæ sensus purior, atque germanior emergat, cui potissimum studio suffragatur optimarum cognitio regularum ad ipsius intelligentiam, vt observat Dionysius Car- thus. Proem. in Psalm. §. 4. Per quas (inquit) omnes ambiguitates contrarietatis literalis explicantur, & dissolventur. De quo nos quæ- dam obitet indieavimus part. 1. Prænot. 4. §. 9. & Prænot. 14. §. 16.

Superst vt quomodo controversia ex ambiguo nata versanda sit, statim exponam, quod quâ ratione melius faciam, nescio, quam proponis ipsius Tullij præceptis ex oratoriâ facultate, quæ studio- sus quisque Prælector ad omnino similem Biblicæ disputationis tractationem, facilè, ac vtilitèr levi ductu derivet, par enim est, in vtrisque, vt constat, genus controversiæ: en quædam habes, quæ insti-

instituti potissima sunt, nam cur te transferendis omnibus onerabo? Quædam, inquam, conceptis ipsius verbis expressa (vt nihil & eiusdem stylo, & utilitati tuæ subtraham) ac veluti præceptionum loco seorsim divisa.

Lib. 1. ad Herenn. cap. 3. Si ambiguum est scriptum, vt puta quod induas, aut plures sententias trahi possit, hoc modo tractandum est.

Primum sit, ne ambiguum quærendum est: deinde, quomodo scriptum est: & si id, quod adversarij interpretantur, scriptor fieri voluisset, ostendendum est.

Deinde, id quod nos interpretemur, & fieri posse, & honestè, lege, more, &c. De quo Quintilian. lib. 7. cap. 10. Cicero, lib. 2. de Invent. cap. 6. si fieri poterit, demonstrandum est, non esse ambiguum scriptum: propterea quod omnes in consuetudine sermonis, sic vti solent eo verbo, &c.

Deinde ex superiore, & inferiore Scripturâ docendum, id quod quærat, fieri perspicuum.

Quæ autem ex omni consideratâ Scripturâ perspicua fiant, hæc ambigua non oportere existimari.

Deinde quâ in scientia scriptor fuerit, ex cæteris eius scriptis sumi oportebit, & eam ipsam Scripturam, in qua inest illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus ex partibus percontare, &c.

Nam facile quod veri simile sit eum voluisse, qui scripserit, ex omni Scripturâ considerabitur.

Deinde erit demonstrandum si quid ex ipsa re dabitur facultatis, id quod adversarius intelligat, multo minus commodè fieri posse, quam id, quod nos accipimus.

Ac diligenter illud attendere oportebit, num illo probato quod adversarius intelligat, vtilior res, aut honestior, aut magis necessaria à scriptore neglecta videatur.

Deinde si in lege erit ex ambiguo controversia, dare operam oportebit, vt de eo, quod adversarius intelligat, talia in lege cautum esse doceatur.

Per multum autem proficiet, illud demonstrare quemalmodum scripserit, si id quod adversarius accipiet fieri, aut intelligi voluisset.

Quare hoc genere magnopere talibus in causis vti oportebit, si hoc modo scripserit, isto verbo vsus non esset: non isto loco verbum illud collocasset: nam ex his sententia scriptoris maximè pers-

perspicitur. Hastenus ex Tullio monitiones: perge ad alteram huius controversiæ speciem.

II. EX SCRIPTO. ET SENTENTIA.

Scripti, & voluntatis est controversia, quando verba ipsa cum sententia scriptoris pugnare videntur.

Consonat Tullius, lib. 1. ad Herenn. cap. 5. Ex scripto, & sententia nascitur controversia, cum videtur scriptoris voluntas, cum scripto ipso dissentire, &c. Statimquè legis exempla producit, ac discutit; & hanc explanationis, & vsus gratia paulo aliter tradit lib. 2. de Invent. his verbis: Ex scripto, & sententiâ controversia consistit, cum alter verbis ipsis, quæ scripta sunt, vritur, alter ad id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adiungit dictionem. Quod totidem vocibus expressit Alcuinus; brevius tamen in Dialect. Cassiodorus: Cum hic scriptoris verba defendit ille sententiam; appellatur scriptum, & voluntas: de hac ita Quintilianus, lib. 7. Instit. cap. 7. Scripti, & voluntatis frequentissima inter consultos quæstio est; & pars magna controversia in his hinc pendet: eius genus est, in quo de scripto, & de voluntate quæritur, &c. S. Isidorus, lib. 2. Etymolog. cap. 5. scriptum, & voluntas est, quando verba ipsa videntur cum sententiâ scriptoris dissidere, &c. Luculenter ille: huius quæstionis aptissimum apponit exemplum Alcuinus, Dialog. de Rhet. quæ omnia replicatis Auctorum verbis ex primo, vt ex variâ singulorum descriptione ad verandam Biblicam controversiam, cum similis se species offerat, an suam opportunius arripas.

Multe vero sunt in Sacro Sermone, quæ ad hanc controversiæ speciem spectant, in quibus quandoque videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire, dum aliud verba sonant exterius, quam ille intelligi voluerit ex animo: & horum ego quædam exempli tantum loco subijciam; quorsum enim omnia congeram? Celebris in multis textus est apud Ezechiel. cap. 20. v. 25. Ergo, & ego dedi eis præcepta non bona, & iudica, in quibus non vixerent, & pollui eos in muneribus suis, cum offerrent, &c. Huius autem in stylo verba ipsa videntur cum sententiâ scriptoris dissidere. Nullus enim audacè asserimet, mentem fuisse divini Scriptoris, vt sanctissima illa Der præcepta propriè, ac rigidè non bona compellaret, vt hæc vocesi-

latinis accipientur, & bonitatem, ac rectitudinem ab illis excluderet, quod impium est, vel suspicari.

Effet præterea iniquum ijs tunc præceptis vitam non afferri servantibus affirmare, & illud in quibus non vivunt, ita pressè capere vt voces enuntiant; sicut & iniurium ipsi Deo esset, qui hæc Vati verba dictavit eisdem afferere à numine pollutos in munerum oblatione, quibus ad abstergendam omnem criminis maculam hæc offerri à Deo præcepta sunt: cum ergo mens longe alia fuerit Auctori, quam voces ipsæ, auribus insonant; locus datur huic quoque parti controversiæ, quæ in illorum maximè disceptatione versatur, in quibus videtur scriptoris voluntas cum scripto dissentire: Vt in hoc Ezechielis textu manifestè conspicitur: cuius difficultatem nostrum non est modo discutere, & absolvere, in quâ eruditè laborant Gaspar Sanch. & Cornelius, alijquæ in loco interpretes; quin, & S. Thomas, 1. 2. quæst. 98. art. 1. ad 1. & cum eo ibidem Scholastici, & quidam alibi: Suarez, lib. 9. de Legibus, cap. 4. à num. 3. Salas, disp. 22. sect. 1. Menochius, lib. 5. de Repub. Hebr. cap. 1. q. 2.

Aliud succurrit exemplum, in quo, quæ latinè sonant *Benedicere*, pro maledictione sunt accipienda, vt 3. Reg. cap. 21. 13. & Iob. cap. 2. v. 9. quod hic observat Pineda, num. 8. Gaspar Sanch. num. 58. Cornelius. in Prophet. can. 54. Ioann. Ferdinand. lib. 2. Theaur. cap. 30. num. 20. Galarza, lib. 2. Instit. Evang. cap. 22. Carolus Regius, Orat. Christ. lib. 8. cap. 13. Atque his proxima sunt, vt potè quorum verba ipsa videntur cum sententiâ scriptoris dissidere, quæ in Sacro Volumine per Antiphrasim, vel ironicè dicta leguntur, cuius exempla proferunt Driedo lib. 3. tract. 2. cap. 3. Salmeron, Proleg. 12. can. 15. Ioannes Payva, lib. 22. Phras. Sacr. Script. cap. 36. Franciscus Ruiz. Regul. 24. Arriaga, Rhet. Christ. part. 4. cap. 11. & frequenter interpretes.

Hæc quoque *Scripti, & voluntatis controversia*, in eo potissimè versatur, vt supra docuit Tullius: *Cum alter verbis ipsis, quæ scripta sunt, utitur; alter ad id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adiungit dictionem.* Propterea oportebit, & huius etiam partis exemplum aliquod indicare. Atque id mihi præreliquis aptissimum visum est, quod apponit, versat, ac discutit S. Augustinus. Epist. 7. de animarum origine, seu traduce ex Sacr. Script. textibus fusè disputans: vbi cum ad huius Biblicæ quæstionis examen præmonuisset, inquirendam potius, ac penetrandam mentem Sacri Sermōnis, quàm proprium cuiusque sensum ipsis textibus intrudendum,

ita

ita dissertationem exorditur, ex quâ tantum illa, quæ propositum exemplar ostendunt, selectim exerpo.

Qui hoc facit (inquit S. Doctor) *non scripturarum illarum sensum, ad quem penetrare non potuit; sed suum potius obijcit veritati, nec quod in eis, sed quod in se ipso, velut pro eis invenit; opponit: exempli gratia: diligenter attende, quod dicam: scriptum est prope finem libri, qui vocatur Ecclesiastes; &c. Nempe: cap. 12. v. 7. Et revertatur pulvis in terram suam, unde erat: & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.*

En textum, super quo disceptatio est, *de scriptis, & voluntate;* quam sic Augustinus aggreditur: *Sententia huius auctoritatis procul dubio certa est, nec quemquam decipit falsitate, sed si quispiam voluerit, eam sic interpretari, vt inde animarum propaginem, quod ex illa vna, quam Deus homini dedit, omnes ceteræ veniant, conetur adstruere; videtur illi suffragari, quod ibi de carne dictum est, pulveris nomine, &c.* Ecce qui hanc ita textum intelligat, *ad id quod scriptorem sensisse dicet, omnem adiungit dictionem.* Quod de hac controversiâ docebat Tullius; vt hanc fuisse scriptoris sententiam conetur evincere, qui sic eius voluntatem interpretetur.

Alter verò, qui contrariam partem tueri velit, *verbis ipsis, quæ scripta sunt, utitur:* Ex quibus pariter intentum firmare contendit, vni tantum sono verborum inhærens, quod etiam cernis in his, quæ subdit Augustinus: *Verumtamen, si illud est verum, quod animas non ex illa vna propagatas, sed alibi creatas singulis singulas Deus dat, etiam huic sententiæ congruit quod dictum est: Spiritus revertatur ad Deum, qui dedit illum; quia si fierent in singulis hominibus animæ propria, cum creantur, non putaretur dici debuisse: Spiritus revertatur ad Deum, qui dedit eum, sed ad Deum, qui fecit eum, &c.* Deinde quod dictum est: *revertatur ad Deum, vrgent verbo, & premunt dicentes. quomodo revertetur, vbi nunquam antea fuerit; potius enim dici debuisse, afferunt: ad Deum, vel pergat, vel vadat ad Deum quàm revertatur ad Deum, si nunquam illic antea spiritus iste fuisse credendus est, &c.* Hæc tenus S. Doctor, videndus etiam de hac locutione, lib. de Quant. Anim. cap. 28. & 1. Retract. cap. 8. Ex quibus, vt vides, dum quidam in eiusmodi controversiâ versantes, *vrgent verbo, & aliam pro alia vocem in textu subrogandam esse contendunt, apertè cognoscitur prædicta disceptationis species, in qua alter verbis ipsis, quæ scripta sunt, utitur: alius verò scriptoris mentem, sententiamquæ perscrutatur; & ad id, quod scriptorem sensisse dicit omnem adiungit dictionem, & alia subinde verba substituit, aut*

mutuatur, quibus scripti voluntatem clarius suam ad rem possit adducere.

Atque hæc pro exemplo satis: qua vero ratione species hæc versanda sit, docet lib. 2. de Invent. Tullius: *Scriptoris* autem sententia ab eo, qui sententiã se defendet, semper ad idem spectare, & idem velle demonstrabitur.

Quare, aut ita sententia inducetur, ut vnum quiddam voluisse scriptor demonstratur; aut sic, ut in eiusmodi re, & tempore, hoc voluisse doceatur.

Ergo qui scriptum defendet, his locis poterit uti. Nihil eos, qui iudicent, nisi id, quod scriptum sit, spectare oportere; & hoc magis, si legitimum scriptum proferetur: multa incommoda seorsum, si instituantur, ut a scripto recedatur.

Multò propius accedere ad scriptoris voluntatem eum, qui ex ipsius eam literis interpretetur, quam illum, qui sententiam scriptoris non ex ipsius scripto spectet, quod ille sue voluntatis quasi imaginem reliquerit, Scriptori neque ingenium, neque operam, neque ullam facultatem defuisse, quominus posset aperte perscribere id, quod cogitaret.

Aut si causæ, & rationes afferentur, quare, & quo consilio ita sit in lege, aut testamento scriptum, ut sententia quoque, & voluntate scriptoris non ipsa solum Scripturæ causâ confirmatum esse videatur.

Contra scriptum autem, qui dicit, primum eum inducet locum: illum scriptorem, si scripta sua stultis hominibus committeret, omnia summâ diligentiam prescripturum fuisse; nunc verò eum quæ perspicua videret, non adscripsisse, nec enim nos scripti sui recitatores; sed voluntatis interpretes fieri putavit.

Deinde nullam rem recte posse administrari, si vnusquisque velit verba spectare, & non ad voluntatem eius, qui verba habuerit accedere. Deinde leges, nobis charas esse non propter literas, quæ tenues, & obscuræ notæ sint voluntatis, sed propter earum, rerum de quibus scriptum est, utilitatem, & eorum qui scripserunt sapientiam.

Postea quid sit lex, describere, ut ea videatur in sententijs, non in verbis consistere, & Iudex is videatur legi optemperare, qui sententiam, non qui scripturam sequatur: quã indignum sit, equitatem literis vrgeri, quæ voluntatem eius, qui scripserit defendatur.

Huic, qui contra scriptum dicit, plurimum dederit, ex ipsa scripta aliquid ad suam causam convertere: aut verbi definitionem

in:

inducere, & illius verbi vim, quo vrgeri videatur, ad suæ causæ commodum traducere, aut ex scripto, non scriptum aliquod inducere per ratiocinationem.

Addit post alias huius instituti monitiones Quintilianus, lib. 7. Instit. cap. 7. *Sub hoc statu generales sunt quaestiones, scripto, an voluntate standum sit; quæ fuerit scribentis voluntas? &c.* Ex Rhetorum scholâ indicavit Sextus Empiricus, lib. 2. *Adversus Mathematicam*. ita breviter. *Suadent (inquit) neque scriptum, neque verba, sed sententiam esse sequendam*: Sic ille præ alijs de legum interpretatione, quod & apto probat exemplo.

III. EX CONTRARIIS LEGIBUS.

Legem contrariarum status sunt, quando inter se duæ, aut plures leges pugnare videntur.

Nec minus apte, ac dilucide Tullius, lib. 2. de Invent. citato: *Ex contrariis (inquit) legibus controversia nascitur, cum inter se duæ videntur leges, aut plures discrepare.* Mox legem ostendit, & confert exempla; de quo etiam lib. 2. ad Herenn. cap. 3. & lib. 1. de Orat. & lib. Topic. meminit; nec non, & Quintilianus lib. 7. Instit. cap. 8. disertè, in *Dialect.* rursum Cassiodorus: *Si inter se leges quadam contrarietate dissentiant, quarum ex adversa parte alia defendunt, faciunt controversiam; atque hic vocatur status legis contraria*: Brevis adhuc Alcuinus, *Dialog. de Rhet.* *Ex contrariis quoque sepe legibus quaestio nascitur, dum de vna re aliter aliqua lex caret; aliter altera*: Quod etiam legis exemplo demonstrat. omnium denique clarissimè S. Isidorus lib. 2. *Etymol.* cap. 5. *Legis contraria status est, quando inter se duæ leges, aut plures discrepare nascuntur, &c.*

Tam verò necessarius est hic controversiæ status ad Sacræ Scripturæ studium, quam frequens in ipsa reperitur Antilogia, hoc est pugnantium ad speciem textuum apparens quædam oppositio, quam ex toto divino Volumine hinc inde colligere, atque componere quorundam interpretum strenuus iam labor fuit: quo autem modo sit hæc in Sacro Sermone, & inveniendâ diligenter, & amice conciliandâ, satis, superque traditum a nobis, part. 2. sect. 7. quæ tota de Antilogijs est, ac de quaestionibus ex hoc fonte natis, quasdam è SS. Patribus exempli loco notavimus, 1. part. Prænot. 14. §. 7. Vnde plura contrariarum veluti legum exempla

Z z 2

re-

repetere, atque huc transferre poteris; tantum enim reliquos veterum Patrum, ibi non productos, hic addam, qui congrua huius Antilogiæ componendæ præcepta tradidere.

S. Gregorius Homil. 7. in *Evang.* de his agens: *si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc, quod inter se contrarium non sit invenitur.* Videndus etiam lib. 4. *Moral.* cap. 1. et S. Augustinus, lib. *Contr. Adm. ant.* cap. 3. *Intelligenda enim sunt, non temere accusanda, qua imperitis videntur esse contraria: Cuius imperitiæ causam aperit S. Hilarius, lib. 1. de Trinit.* Sic quamdam Christi Domini Antoniam versans: *stultissimi, atque imperitissimi homines non intelligentes, nihil contrarium in rebus ipsidem ab eodem dictum fuisse, verbis tantum inhaerentes causas ipsas distortum reliquerunt.*

S. Ioannes Chrysoft. in cap. 2. *Isaia*, vers. 2. componens eius testimonium cum Paulo ad Roman. cap. 2. v. 16. quæ sibi videntur invicem dissidere, sic observat: *Verba quidem vidisti differentia, sententia tamen consentiunt, &c.* Quibus paria notavit Ioannes Trithemius, ad *Maximil. Cesar.* quærit. 4. ita de Sacris eiusmodi Textibus agens: *Cum verò dissonantiam in eis aliquam offendimus, non sensuum, sed verborum esse dumtaxat intelligamus, &c.* Quæ omnia quam directè respiciant hanc *ex contrarijs legibus*, controversiam, non multis opus est ostendere; hoc enim ex fonte nascitur, cum inter se dua videntur textus, aut pures discrepare: quorum appositioni versandæ, atque componendæ, hæc superant monita Tullius lib. 2. ad *Herenn.* cap. 3. cum duæ leges inter se discrepant, videndum est primum, num quæ abrogatio, aut derogatio sit.

Deinde utrum leges ita dissentiant, ut altera iubeat, altera vetet, an altera cogat, altera permittat.

Cum hæc ita erunt considerata, statim nostræ legis expositione, recitatione, colludatione utemur: deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, se eam trahemus ad nostræ causæ commodum.

Et lib. 2. de *Invent.* ita, *primum igitur leges oportet contendere: hoc est collatas inter se comparare (quod ex Iuris Civilis præcepto ibidem exequitur Cicero) deinde operam dare, ut sua lex ipso scripto videatur niti: postremo facere, si causa dabit facultatem, ut nostrâ ratione utraque lex conservari*

videatur: de his alia Quintilianus lib. 7.

Instit. cap. 8. Plinius lib. 2.

Epist. 19.

IV. EX RATIOCINATIONE.

Collectio, quæ & ratiocinatio vocatur, est quando ex eo, quod scriptum est, quid invenitur.

Designat & hanc quoque speciem Cicero, lib. 2. de *Invent.* ita describens: *Ex ratiocinatione nascitur controversa, cum ex eo, quod vsquam est, ad id, quod nusquam scriptum est, pervenitur, &c.* Quam ipsarum etiam legum exemplis illustrat, videndus quoque lib. 1. cap. 3. & lib. 1. ad *Herenn.* cap. 5. *Ex ratiocinatione (inquit) controversa constat, cum res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab alijs legibus similitudinem quamdam aucupatur: Cuius etiam ex iure producit exempla: breviter, ac dilucidè S. Isidorus, lib. 2. *Ety-mol.* cap. 5. Ratiocinatio est, quando ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non est scriptum, invenitur. Id vero qua ratione fiat, ita docet Quintilianus, lib. 7. *Instit.* cap. 9. Hic status (ait) ducit ex eo, quod scriptum est, id, quod incertum est, quod quoniam ratiocinatione colligitur, ratiocinativus dicitur Cassiodorus, in *Dialect.* hunc controversiæ statum ita delineat: *Cum in eo, quod scriptum est, aliud non scriptum intelligitur; quod quia per ratiocinationem, & quamdam syllogismi consequentiam vestigatur, ratiocinativus, vel Syllogismus dicitur. Quod eiusdem verbis expressit Vincentius Belloc. *Specul. Doctrin.* lib. 3. cap. 104. de collectione Iacobus Valades *Rethet. Christ.* part. 6. cap. 8.**

Hic autem differendi modus *ex Ratiocinatione* quam utilis, imò & necessarius fit ad Sacræ Pagine discussionem, discas à magno quondam Auctore (sive is Augustinus, seu quisvis alius sit, dignus quidem, qui inter eius opera censeretur) tom. 9. tract. de *Assumpt. B. M. Virginis*, cap. 1. *Quadam (inquit ille) Scriptura sancta veris indagacionum studijs quærenda reliquit, quæ non sunt superflua estimanda, dum vera indagacione fuerint patefacta: fecunda est enim veritatis auctoritas (sic Sacram Scripturam appellat & dum diligenter discutitur, de se gignere, quod ipsa est, cognoscitur: sæpe enim discussa veram convenientiam parit, quam manifestis sermonibus abscondit, & sæpe apertis sermonibus insinuat, in quibus nihil, præter id quod sonat, quærendum invitat, &c.* Cuius monitionis apta producit exempla ex Sacro Sermone deprompta.

Rursum cap. 2. pergit: *Sunt & quodam, quæ quamvis commemorari ex toto omissa sint, vera tamen ratione creduntur; atque ipsa convenientia rei quodammodo, quemadmodum dux, & prævia creditur, &c.*

Alia simul exempla subnectit, & statim infert: *Vnde divinas scripturas nihil commemorat, nisi quarendum ratione, quod conveniat veritati: fiatque ipsa veritas auctoritas, sine qua nec est, nec valet auctoritas.* Patrem differendi normam expropositis Sacris textibus, & ostendit, & sequitur Origenes lib. 1. *Periarch. cap. 5.* ex quibus patet, quantum utilitatis ad Biblicam dissertationem ex ratiocinatione proveniat ad veritatis indaginem, & aliorum illationem de ijs, quæ in Sacro Textu expressa habentur, quod ratiocinationis proprium munus est, ut aiebat Isidorus: *Quando ex eo, quod scriptum est, aliud quoque, quod non est scriptum, invenitur.* Et ira faciendum monet S. Augustinus, Epist. 7. Sic fatus de quodam Exodi testimonio: *Hoc enim quibusdam Scriptura illius locis apertissimè expressum admonet, etiam ubi non dictum est, quid intelligi debeat.*

Hac differendi ratione usus est Christ. Dominus in illâ celebri cum Sadduceis de Resurrectione controversiâ Matth. cap. 22. v. 31. adducto Exodi testimonio cap. 3. v. 6. quo clariores alios textus ad rem adduci posse, in loco notat S. Hieronymus, S. Thomas, S. Paschasius, lib. 10. Abulens. q. 214. & alij, varia quæ aliorum rationes adhibent; sed cur hunc potissimè Christus adduxerit? Ita pro instituto respondet Iansenius, in *Concord. cap. 117.* *Ex Moysæ tale profert testimonium, quod apertè quidem resurrectionem non adstruit; sed tantum ex consequenti, ostendens suam inscripturarum intelligentiâ sapientiam, & docens quanta cum attentione, & expensione sint Scripturae legenda, & tractanda, ut non hæc tantum sint spectanda, quæ in ejs apertè pronuntiantur; nec per aperta testimonia tantum agendum contra Hæreticos, sed & per ea, quæ argumentatione non coactâ, & consequentiâ necessariâ eorum destruunt errorem.* Hactenus appositè Iansenius: pari quæ notatione Salmeron, tom. 8. tract. 1. loco 5. per quod differendi genus, ut planè cernis, ex eo quod scriptum est, aliud quoque quod non est scriptum, invenitur.

Tale quid iam est, quod Scholastici docent, inter quos Gabriel in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 1. sic ad rem scribit: *Catholica veritas est, veritas revelata à Deo in se, vel in suo antecedenti.* Quod statim explicat: *Dicitur vel in suo antecedenti, propter veritatis, quæ ex conventis in Biblia possunt in consequentiâ necessaria inferri; seu de uci, &c.* Cuius appositum subdit exemplum: atque ex eiusdem sententia subintulit Velader, *Reih. Christ. part. 2. cap. 10.* favet quæ assertioni Greg. Ariminensis in *Prol. lib. sent. q. 1. art. 2.* ubi conclusionis Theologicæ esse dicit, ac probat: *Omnes veritates non secundum se formalitè in Sacra Scriptura contentas, sed ex contentis in ipsa*

ipsa de necessitate sequentes, &c. De quibus ad rem disertè, ac Theologicè Franciscus Picus Mirandul, de *Fide, & ordin. credend. Theorem. 5. 7. & 24.* quem vide pro illationibus eiusmodi.

Has autem elici non posse, nisi Ratiocinatione manifestum est, cum in eo, quod scriptum est, aliud non scriptum intelligitur, quod in talibus necessarium est, ut constet ex Dialecticæ regulis, & aptè notavit Carthusianus, in S. Dionys. de *Divin. Nomin. cap. 1. art. 2.* *Ad verò (inquit) quæ virtualitè, & implicitè continentur in Scripturis, æquivalenter nobis in illis prolata censentur, &c.* Eaque mens fuisse videtur Augustino, Epist. 222. sic asserenti: *Video tamen inveniendum esse ijs, quæ in Scripturis sunt apertissima, ut ex ijs revelentur obscura, &c.* Id est, quæ in expressè revelatis, abdita delitescunt, donec ratiocinatione deductâ clarescant: hoc illationis modo usus est Moyses Barcephas, 1. part. de *Paradis. cap. 1. & alibi.*

Sic etiam quædam Dei attributa, quæ in Sac. Scriptura explicitè non reperiuntur, ex ea tamen apertè colligi docuit S. Greg. Naziancenus, orat. 37. *Non ne (ait) perspicuum est, hæc de ijs sumpta esse, ex quibus colliguntur, tamen si minimè dicantur?* Sic ille: cuius ex sententia Canonem hunc concinnavit Franciscus Ruiz, *Regul. 74.* *Quæ colliguntur ex Scripturis, perinde habenda sunt, ac si in illis scripta essent.* Quod etiam explicitè firmat Mirandula citatus *Theorem. 7.* *Quidquid (inquit) de his, quæ propriè, & absolutè divinitus revelata sunt, creditur: id ipsum de eis, quæ ex illis certa, & nota connexionione dependent, credendum est.* Quin & Salmeron, *Proleg. 9. cap. 7.* quædam observat exempla eorum, quæ ab aliquibus Ecclesiæ Synodis, ex Sacro Textu per Ratiocinationem deducta velut Fidei dogmata comprobantur: Atque huius quidem generis sunt Biblicæ Quæstiones, quas ex textuum illatione suscitatas à Sanctis Patribus indicavimus, 1. part. Præmonuit. 14. s. 6. Pro hoc verò statu, tales sunt apud Rhetores præceptiones: Alcuinus *Dialog. de Rhet.* ita monet: *Fiunt per ratiocinationem legis quæstiones, dum alia ratione alter scriptum interpretari nititur, aliâ alter.*

Cicero, lib. 2. de *Invent.* hoc modo: ex cæteris legibus per ratiocinationem veniendum est, ad eiusmodi rationem: locos autem in hoc genere argumentandi hos, & huiusmodi quosdam esse arbitramur.

Primum eius scripti, quod proferas, laudationem, & confirmationem. Dende eius rei, de qua quærat, cum eo, de quo constat collationem eiusmodi: ut id, de quo quæritur, rei de qua constat, simile esse videatur.

Deinde, id circo de hac re, nihil esse scriptum, quod is qui scribebat, neminem dubitaturum arbitratus sit: postea multis in legibus multa esse præterita, quæ id circo præterita nemo arbitretur, quod ex cæteris, de quibus scriptum sit, ad id, intelligi possunt.

Loci communes à Ratiocinatione, oportere coniecturâ, ex eo quod scriptum sit, ad id, quod non sit scriptum, pervenire; & eum commodissimè scribere, qui curet, ut quædam ex quibusdam intelligantur; & stulti scriptoris esse, non posse omnibus de rebus cavere, quibus velit.

V. EX DEFINITIONE.

Definitio legalis est, cum vis verbi, quasi in definitivâ constitutione, in qua posita est, quaritur.

Extremam denique legalis controversiæ speciem, quam ex definitione vocant, sic exponunt Auctores prædicti: Cicero, lib. 1. de Invent. cap. 3. Tum (inquit) vis verbi quasi in definitivâ constitutione, in quo posita sit, videtur quari: rursum lib. 2. adhuc clarius: Definitio est cum in scripto verbum aliquod est positum, cuius de vi quaritur. Quod apto satis legis exemplo confirmat: Demum lib. 1. ad Herenn. cap. 5. Ex definitione (ait) constat causa, cum in controversia est, quo nomine factum appelletur, &c. Quam similiter probat iuris exemplo: brevissimè in lib. Dialect. Cassiodorus aperuit. Cum sermo scriptus est, cuius non facili vis, ac natura clarescat, nisi definitione detecta sit. Et hanc quoque speciem exemplo legis illustrat Alcuinus, Dialog. de Rhetor. de quâ plura Quintilianus lib. 7. Instit. cap. 4. Ciceroni consonat S. Isidorus lib. 2. Etymol. cap. 5. ac de speciebus definitionum plura toto cap. 29.

Exactas definitionis leges, & usum iam olim in Sacro etiam Eloquio notavit Cassiodorus, prolog. in Psalm. cap. 15. de Divinæ legis Eloquio, sic elegantè: Hæc multis modis genera sua locutionis exercet; definitionibus succinta, schematicibus decora, verborum proprietate signata, &c. Hæc propriè relucet in Scripturâ, & ab alijs sanctis vsurpantur, &c. Ex quo hausit ad verbum Sanctus Bonaventura, in Princip. Sacr. Scrip. §. Tertius error. quin, & plures definitionum species toto in Psalmos commentario frequentè observat, & exponit idem Cassiodorus.

Atque hinc est, quod Scriptores Sacri plures in arcano sermone

mone definitiones, & instituendam ex illis argumentationem observant, & illustrent; Doctor Iacobus Perez, lib. 2. de Sacr. rar. conc. cap. 17. sic univèrsim adnotabat: *Frequentius est in Scripturis à definitione argumentum, &c.* Cuius appositum ostendit exemplum ex Christ. Domin. argumentatione: Ioann. cap. 8. v. 37. & 44. & alijs. Augustinus Valerius, Rhet. Eccles. lib. 1. cap. 27. *A sensibus hominum (inquit) ducta est ea definitio vitæ hominis, quam affert S. Iacobus Apostolus, &c.* nempe Epist. Cathol. cap. 4. v. 14. & hanc etiam inter alias è Sacro Textu indicavit Carolus Regius, Orat. Christ. lib. 5. cap. 4.

Celebris maximè præ omnibus est apud Scholasticos, & interpretes illa Fidei definitio ab Apostolo tradita cap. 11. ad Hebr. v. 1. de qua sic S. Thomas ibi lect. 1. *Definitionem Fidei ponit complete quidem, &c.* Et hanc etiam omnibus Dialecticæ numeris absolutam probat. 2. 2. quæst. 4. art. 1. quin & Iacobus Perez nuper indicatus ita de ipsa scriptum reliquit post alia: *Quo fit, ut nullam ferè accuratam definitionem in scripturis reperias præter illam Pauli, &c.* De qua videndus ibi Tena, difficult. 1. lect. 1. indicato loco ad Hebr.

Etiam inter Biblicas definitiones assignat Arriaga, Rhet. Christ. part. 2. cap. 3. illam Iobi, cap. 14. v. 1. ex qua sic argumentationem conficit Carolus Regius, cap. 4. citato: *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, &c. En hominis descriptio, ex quâ conclusio subditur: & dignum ducis super huiusce modi aperire oculos tuos? &c.* Tantum ille disertè.

Aliam etiam indicat Arriaga, Rhet. Christ. part. 4. cap. 18. ex lib. 1. Reg. cap. 24. v. 15. de toto item Rhetoricæ definitionis artificio, usu, ac methodo, quâ dissertationem Biblicam spectare potest, aut fortè iuvare, & veluti exhibito exemplari aliquatenus inservire, videndus est Boëtius, lib. 1. in Topic. Cicer. vbi de loco à definitione, de qua multa docet eruditè Cassianus, lib. 4. Parallel. à cap. 15. & sequenti, usque ad 26. & plura Sanctorum etiam Patrum exemplis illustrat, quæ tu ipse consulas, precor, & hanc à Doctore Iacobo Perez, ex cap. 17. indicato monitionem accipias: *Obsecro autem Theologos, ut huiusmodi præsertim argumentationes, quæ à definitione traduntur in divinis libris, in formam redigant, proprietatem expedientes: faciet enim illos exercitatio hæc ad argumentandum expeditiores, &c.* Sic ille; nos vero reliquia Oratorum iduimenta, pro versandis ex definitione argumentis, breviter subijciamus.

Tullius, lib. 2. de Invent. exemplo ex lege subiecto, mox casum apponit, unde sic edocet. *ex nominis vi nascitur controversia, nam & relinquere navem, & remanere in navi, denique navis ipsa quid sit, definitionibus quaeritur, ac de his pulchra lib. 1. ad Herenn. de causarum constitutionibus.*

Rursum, lib. 2. cap. 3. cum definitione utemur, primum afferemus brevem vocabuli definitionem. Subditque statim exemplum. Igitur vocabuli sententia breviter, & ad utilitatem causae accommodate describetur: deinde factum nostrum cum verbi descriptione coniungetur.

Deinde contrariae descriptionis ratio refelletur, si aut falsa erit, aut inutilis, &c. Id quoque ex iuris partibus sumetur. Haec & plura Tullius.

En habes omnes legalis controversiae species, cuius ad similitudinem, ut ex praemissis Sacrae Paginae exemplis aperte constat, possis & tu Biblicam dissertationem ad amussim concinnare, quod ut facilius assequaris, Topicarum te sedium investigatio docebit, de qua nos statim.

SEDES, SEV LOCOS ARGUMENTORUM INVESTIGAT.

**SEMITA II.
VESTIGIVM I.**

**QUAenam, ET QVALLIA SINT
eiusmodi, quae ipsorum intentio, utilitas, & usus.**

Elegantèr, ac verè Cassiodorus lib. *Dialect. de Topicis* acturus, sic exorditur: *Nunc ad Topica veniamus, quae sunt argumentorum sedes, fontes sensuum, Origines dictionum.* Quae totidem laudibus efferunt, S. Isidorus lib. 2. *Etymol.* cap. 29. Alcuinus, *Dialect.* cap. 17. ex quibus etiam recentiores.

Et

Et Tullius quidem differendi Praeceptor, lib. de *Topicis*, horum inscriptionem interpretatus in Aristotele, sic breviter exposuit: *Disciplinam inveniendorum argumentorum: quod ita commentatur lib. 1. in Topic.* Boëtius: *Se exposuisse commemorat inveniendorum argumentorum illis in libris scientiam, ut sine vilo errore, ad argumentorum inventionem vi à quadam, & recto filo, atque artificio veniretur.* De his iterum Cicero lib. 2. de *Orat.* cap. 12.

Hanc Topicorum definitionem à Tullio sumptam latè probat lib. indicato Cassiodorus: consonat Quintilianus lib. 5. *Instit.* cap. 10, *sedes* (inquit) *argumentorum, in quibus latent, ex quibus sunt petenda.* Similiter Boëtius, de *Different. Topic.* lib. 1. *Locus est sedes argumenti, vel id, unde ad propositam questionem conveniens trahitur argumentum.* Quod eisdem verbis tradit in lib. *Dialect.* Cassiodorus. S. Isidorus lib. 2. *Etymol.* cap. 30. Sic definit: *Topica est, disciplina inveniendorum argumentorum: ex quo Vincentius Bellovac. Specul. Doctrin.* lib. 3. cap. 46.

Atque hinc patet, quæ sit Topicorum intentio, sic ipsam ostendente, vbi supra, Cassiodoro: *Topicorum verò intentio est verisimilitudinem argumentorum copiam demonstrare, designatis enim locis, è quibus, probabilia argumenta ducuntur, abundans, & copiosa necesse fiet materia differendi, &c.* Iterumque in Psalm. 144. v. 21. Ex quibus (inquit) *ad faciendam fidem velut elementis quibusdam conficitur intentio differentis.* Eundem Topicis Scopum praefixit Boëtius, lib. 1. Ciceronis mentem exponens: *In hoc namque* (inquit) *videatur esse comprehensum quæ sit intentio Topicorum: quod ait disciplinam esse argumentorum, &c. Ut sine vilo labere, ac sine vlla confusione, non casu ad ea mens, sed quadam via ductione perveniat.* Sic ille: atque de hac Topicorum intentione plura dabunt ad rem Cano lib. 1. de *Locis*, cap. 3. Salmeron, tom. 8. *tract.* 1. Nicolaus Everardus, *Præambul. ad Topic. seu locos legal.* §. 2. Vazquez, in 1. *part. disp.* 12. cap. 1. Caussin, lib. 4. *Parallel.* cap. 13. & 14.

Intentionem sequitur utilitas Topicorum, quam ut mirandum, atque ingeniosum humanæ mentis artificium investigandi prore qualibet argumenta, sic extollit S. Isidorus lib. 2. *Etymol.* cap. 30. *Mirabile plane genus operis, in vnum potuisse colligi quicquid mobilitas, ac varietas humanae mentis in sensibus exquirendis per diversas causas poterat invenire.* Statimque subdit: *Nam quocumque se verterit, quascumque cogitationes intraverit, in aliquid eorum, quae praedicta sunt, necesse est cadat ingenium:* Sic ille: cuius tan arduæ promissionis causam ostendit Cassiodorus: *Magnum enim aliquid*

(in)

(inquit) locorum consideratio pollicetur, scilicet inveniendi vias, quod quidem hi, qui sunt huius rationis expertes, soli prorsus ingenio deputantur, neque intelligunt, quantum hac consideratione queratur, qua in artem redigit vim, potestatemque naturæ. Hæc ille de Topicorum utilitate, de qua etiam Quintilianus lib. 5. cap. 13. sub finem.

Quæ vero spectat ad Topicorum usum, prudenter in primis docet Tullius, lib. 2. de Invent. differendi studiosos sic allocutus: Quos quidem locos multa commentatione, atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis, &c. Quod ipsum sacrum disertatorem admonuit Arriaga, Rhet. Christ. part. 7. cap. 2. n. 9. Locos (ait) Topicos, & Theologicos communes, & peculiare cuiusvis generis optime calleat; ne desint efficacia argumenta, &c. Quam autem efficacia hæc sint ex robore, ac pondere loci Theologici, sapienter tradit Valentia, *Analyti Fidei*, part. 6. 7. & 8. & tom. 3. disp. 1. q. 1. punct. 7.

Redit Cicero, lib. Topic. ita rursus moniturus: *Expositis omnibus argumentandi locis, illud intelligendum est; nec ullam esse disputationem, in quam non aliquis locus incurrat; nec ferè omnes locos incidere in omnem questionem; & quibusdam questionibus alios aptiores locos.* Prudens sanè monitum pro Topicorum usu, qua verò ratione, ac modo singuli tractandi sint loci, cum res exiget, à Biblico disertatore propositis ex Sacro Sermone quibusdam exemplis appositè monet, & exequitur Carolus Regius *Orat. Christ.* lib. 5. cap. 4. & lib. 6. cap. 32. quæ tu ipse consulas, hortor.

Ast numquid ego singula percurrere, separare, ac divisim exponere satagam? Infiniti sane laboris (ne dicam quod forte verius) importuni, imò & infani res erit, implexas tot locorum salebras tantum velle penetrare, quæ tot olim veterum Oratorum in dustris, atque sudori vix perviæ fuerunt; sed sisto, dum ab hoc me conatu Sapienter Tullius exonerat lib. 2. de orat. apta satis paritate, sic elocutus: *Vt enim, si aurum tui, quod esset multifariam defossum, commostrare vellem, satis esse deberet, si signa, & notas ostenderem locorum, quibus cognitio ille sibi ipse foderet, & id, quod vellet, parvo labore, nullo errore inveniret: sic has ego argumentorum notas, quæ illa mihi querenti demonstrant, ubi sint: reliqua curâ, & cogitatione eruuntur.* Tantum Cicero pro indicandis Topicorum sedibus, quas nos vestigio sequenti breviter citatis tantum Aucto-ribus ostendemus: Modo cum Cassiodoro, qui huic dedit initium, finem facimus: *Topicorum pariter utilitas intentioque patefacta est; his enim, & dicendi facultas, & investigatio veritatis augetur, &c.* Hæc tenus ille: Hinc & nos ulteriore gradu semitam persequamur,

VE-

VESTIGIUM II.

MULTIPLICEM HARVM sedium lapidearum ostendit.

Sed cuius tandem disciplinae sit, has argumentorum sedes aperire, apertas explicare, explicatisque ut proprijs cuiusque facultatibus uti, discas à S. Isidoro lib. 2. *Etymol.* cap. 30. sic asserente: *Topica Oratoribus, Dialecticis, Poëtis, & iuris peritis communiter quidem argumenta præstare; sed hoc tamen discrimen assignat doctus Pater: Quando aliquid specialiter probant, ad Rhetores, Poëtis, iuris peritosque pertinent.* Nempe cum aliquid loci tales differendo contendunt, quod propriam cuiusque ex prædictis facultatem signatè respiciat: pergit Isidorus; *Quando verò generaliter (Topica) disputant, ad Philosophos attinere manifestum est: Quod ipsum eisdem verbis expressit in lib. Dialect. Cassiodor. cap. de Topic. nisi quod ad Dialecticos attinere, dixit.* Sed, si quos Isidorus Philosophos asserit, Rationales intelligas, ijdem, & Dialectici sunt, ut inter utrumque scriptorem conveniat: quin, & quaedam quandoque Topicorum sedes communes esse Oratoribus, ac Philosophis observat Boëtius lib. 5. in *Topic. Ciceron.*

Item ergo dimissis Poëtis, quibus hæc in re usus non est; reliquos ex indicata ab Isidoro serie producamus. Et etiam primum Oratores præalijs maxime Topicorum laude gloriantur: de quibus ex instituto differunt Aristotel. lib. 2. *Rhet.* cap. 23. Tullius, lib. 2. de *Orat.* cap. 13. & *Topic.* cap. 1. quo super multa Boëtius integris 6. *Comment.* libris: Quintilian. lib. 5. *Instit.* cap. 10. S. Isidorus, lib. 2. *Etymol.* cap. 30. Vincentius Bellovac. *specul. Doctrin.* lib. 3. cap. 6. Cassianus. *Parallel.* lib. 4. cap. 13. Mendoza, lib. 7. *Viridar. Compend. Rhet.* cap. 4. Atque ex Sacris etiam Rhetoribus Augustinus Valerius, Didacus Valades, Iacobus Perez, Ludovicus Granatens. Carolus Regius, Fabianus Justinianus, Iosephus Arriaga, mox cum se dedat occasio proprijs locis allegandi: Demum ferè quotquot ex utraque literatura sacra, prophanaque de arte Rhetorica scripserit at:

His succedunt *Dialectici* qui & proprias sibi vè in argumentorum sedes: *Locus autem logicus* (inquit Sextus Empiricus, *advers.*

Ma-

Mathem. lib. 7.) *continet contemplationem eorum per quæ possimus iudicare; & demonstrationum;* è quibus Petrus Hispanus unum, & viginti locos assignat apud Christoph. Iavellum tract. *de Locis Dialect.* tom. 1. Quosdam etiam Cassiodorus in *Dialect.* capit. *de Topicis*, Alcuinus, *Dialect.* cap. 17. Vincent. Vellov. lib. 3. citato cap. 46. & sequent. de quibus Aristoteles plurali libris 8. *Topic.* in quos vide commentaria Roberti Balforei, & Paulum Vallium, *Introduct.* *Logica*, 3. part. cap. 20. & 21. quid sit autem discriminis inter Dialecticos Rhetoricosquè, appositè tradit Boëtius, lib. 4. *de Different. Topic.* quibus nostrum non est immorari, quod etiam aptè præmonuit Didacus Valades, *Rhet. Christ.* part. 6. cap. 17. *Quoniam* (inquit) *Christianorum Rhetorum cognitionem habere cupimus, de monstrativorum, & sophistarum locos misos faciamus.*

Quin & Iure Consulti suos sibi locos præfigunt, ex quibus iuris argumenta deducant; hos inter Nicolaus Everard. *Topicorum, seu locorum legalium centuria.* Cuius in Proemia alios memorat iuris Doctores eorumquè hac de re tractatus: *Quibus* (inquit) *in locis plures in iure argumentandi forma ponuntur.* Quosdam etiam indicat Silvester, in summ. tit. *de Argumentat. Iuridica*, plures, Baldus, in l. *Canventicula* 16. Cod. *de Episc. & Cleric.* n. 3. & Tuschus, volum. 1. lit. A. concl. 490. & deinceps, vsque ad concl. 511.

Sed ut ad sacra propius accedamus, prænotandum est, in computandis argumentationum Theologicarum locis, non vnam esse Scholasticorum sententiam; alij quippe plures, alij pauciores enumerant, ut præmonuit Cano, lib. 1. *de Locis*, cap. 3. & Fasolus, in 1. part. quæst. 1. art. 8. dub. 5. n. 13. quid autem de mente S. Thomæ, dicam postmodum: si prius variam Doctorum enumerationem præmiserò, tantum ut præ oculis habeat cuiuslibet Auctores Biblicus disputator.

Didacus Valades, *Rhet. Christ.* part. 6. cap. 19. ab Auctoritate *Quatuor* expressit.

Ludovicus Granatensis, lib. 2. *Rhet. Eccles.* cap. 5. item ab Auctoritate *Quinque* consignat.

Valentia, in 1. p. q. 1. punct. 5. §. 1. Machin. ibidem disp. 7. sect. 1. Salmeron, tom. 8. tract. 1. & 2. & tom. 13. disp. 6. Ioann. Haye, *Apparat. Evang.* cap. 5, n. 19. Iacobus Perez, *de Sacra rat. concion.* lib. 2. cap. 19. *Septem* apponunt.

Augustinus Valerius, lib. 1. *de Rhet. Eccles.* cap. 41. Fabianus Iustinian. lib. 2. *de Sacra Script.* part. 2. cap. 1. *Octo* notant.

Rodericus Dosma, lib. 3. *de Auth. Sacra Script.* c. 1. *Novem* assignat. Cano,

Cano, lib. 1. *de Locis*, cap. 3. Bañez, in 1. part. q. 1. art. 8. dub. 2. §. *Tertius*, Molina, in comment. eius art. Zumel ibid. q. 3. Vazquez, ibid. disp. 12. cap. 1. Arriaga, *Rhet. Christ.* part. 2. cap. 16. Carolus Regius, *Orat. Christ.* lib. 5. cap. 6. & 7. *Decem* exponunt.

Demum Gillius, lib. 1. tract. 7. cap. 1. n. 6. vsque ad *Duodecim.* pervenit. Hactenus Auctorum sententiæ in locorum numeratione: de quibus (ut claudam cum Tullio, lib. 3. *de Orat.*) *si non sunt omnes patefacti, at certè commonstrati loci.*

Circa mentem verò S. Thomæ hæc obiter observavi: Cano, lib. 12. *de locis* cap. 3. D. Thomas (inquit) *restrictè breviterquè, ut sollet, Theologia locos indicavit, non omnes, sed plerosque. &c.* Fasolus supra citatus dub. 5. n. 13. existimat, quatuor expressisse locos S. Thomam, 1. p. q. 1. art. 8. ad 2. hoc ordine, I. *ab auctoritate divina revelationis.* II. *à ratione naturali, & humanâ.* III. *ab auctoritate Philosophorum.* IV. *ab auctoritate Doctorum Ecclesiæ.* Quem etiam numerum notat ibi Caietanus: ad quos præcisè locos ut docet ibidem Fasolus, reliquos, qui ab alijs distingui solent, & fufissimis *disputationibus explicari, faciliè revocavimus: merito.*

Brevius adhuc cohibet S. Thomæ sententiam Vañez citatus dub. 2. vbi dum eius mentem præscrutat, ita scribit: *Ad tria capita reduxit arguendi locos, quibus Theologus uti possit. Statimquè memoratis decem ex Cani sententiâ subdit: Divus Thomas, exempli gratia illa tria posuit, ad quæ nihilominus, & de cem numerata reduci poterunt &c.* Hæc verò tria, ut numerat idem Vañez, ita habent. I. *caput est auctoritas Sacra Scriptura.* II. *ab auctoritate aliorum Doctorum Ecclesiæ.* III. *quo Theologus quasi extraneo utitur, est humana ratio, & Philosophorum auctoritas, &c.* Sic ille: de mente Doctoris Angelici, & nos de totâ locorum enumeratione cum Quistiliano, qui lib. 5. cap. 10. postquam multa de locis argumentorum affatim tradidisset: *Sed omitramus* (inquit) *plura, ne in eam ipsam, quam vito lequacitatem, incidam.*

Inter has autem argumentorum sedes, quasdam suo ve luti iure seligunt, sese etasquè ut proprias sibi, & germanas potissimè vendicant divinæ Scripturæ Tractatores, quas & notat, & sequitur Carolus Regius, lib. 5. cap. 6. *de Locis Theologicis*, ita præfatus: *Probit nostra Theologia, & Scriptura revelata quosdam alios proprios, ex quibus argumenta eruimus, magis accommodata rebus sacris, &c.* Quod etiam præmonuit Cano Procem. in lib. *de Locis*, atque hæc sunt argumentorum sedes, ex quibus Christum Dom. differere solitum (ubi) ostendit Salmeron, tom. 8. *de Christi disputationibus*, tract. 1.

& S. Paulum, de quo tom. 13. disp. 6. *de Modis argumentandi Apostolo familiaribus*, quorum magisterio edoctus Biblicus Prælector noras sibi habebit has sedes, ut idem Auctor admonuit tract. 2. sic inscribens: *De locis unde petenda sint firma argumenta verbi Dei interpreti, & Doctori, quem ut legas rogo harum maximè sedium Doctrinâ imbuendus: quarum cum plures retulisset Rodericus Domsma lib. 3. de Auct. Sacr. Script. cap. 1. hanc circa earum usum monitionem subiecit: His omnibus singillatim cum Canonica Scriptura auctoritate collatio est habenda. &c.* Iure, nam ex illius auctoritate, virtus omnis argumentandi sumenda est.

Et hæc quidem de Theologicis, & Biblicis sedibus; reliquas autem quas Dialectici, & Rhetores veluti sui iuris sibi præsumunt, sacris etiam de Scripturâ dissertationibus, velut nativas, atque germanas effecerunt Auctores doctissimi, qui pro singulis eiusmodi locis exornandis apta, selectaque de divinis literis exempla producant, ut Augustinus Valerius lib. 1. a cap. 26. vsque ad 40. Doctor Jacob. Perez, lib. 2. a cap. 2. vsque ad 18. Ludovicus Granatensis lib. 2. a cap. 5. & deinceps: Carolus Regius, lib. 5. cap. 4. & 5. & Iosephus de Arriaga, part. 2. *Rhet.* a cap. 3. vsque ad 15. & plures; quod etiam non semel observarunt divini Codicis interpretes, dum in similes Sacræ Scripturæ locos commutando incidunt.

Quod verò attinet ad Topics Iure Consultorum sedes, cum Biblica argumentatio sit iuridicæ argumentationi omnium similissima, utpote quæ sola te xtuam allegatione, interpretatione legum, & exactâ iuris intelligentiâ differendo, & argumentando versetur, facile cuivis erit, & obvium, legales Iuristarum locos ad argumentationem Biblicam derivare, quod apertè constabit ex eis, quæ de hac præmissimus, semit. 1. vestig. 4. & de disputandi ratione. Vestig. 5. ubi legalis controversiæ partes exponimus.

Illud demum in calce notandum, Theologos omnes hæc tenus indicatos, qui *de Locis*, fusè differunt, licet in eorum numero dissentiant, in hanc ramen vnam eandemque mentem conspici posse, ut tantum, vel *ab auctoritate*, vel *à ratione* sumendam

esse Theologicam argumentationem constantissimè

tueantur: quod firmo mihi argumento est, Bibli-

cam maximè disputationem hoc duplici

cardine fore versandam de quo

statim ex instituto dis-

serendum.

VE-

VESTIGIUM. III.

DVAS SINGVLATIM

sedes Biblica argumentationis statuit, auctoritatem, atque rationem.

Condensam istam tot locorum silvâ penetraturus dissecabo equidem, ac præcidam, discissisque vtrinque salebris, & in duos velut aggeres ex utroque latere disiectis, viam mediam, & expeditam aperire conabor: hinc excisas fabricatasque ab Auctoritate sedes, illinc a Rationis acumine fultas, & exornatas conspicio: nihil ultra est; reliqua vel disparent, vel in hoc vtrumque caput acervatim glomarata, sive (ut verius dicam concinne disposita concurrunt argumentorum membra: in hoc veluti bivium ex diverso venientes cœunt omnes locorum semitæ: in has vnius velut vrbis regiones cuncta congregantur argumentationum domicilia: in duo hæc tamquam bifidi fontis capita confluent quotquot hinc inde rivuli derivantur: nihil enim erit in tot locorum congerie, quam

rudis, indigestaque moles,

Nec quidquam nisi pondus iners, congestaque eodem.

Non bene iunctarum discordia semina rerum.

nisi vel ad auctoritatis pondus, vel ad fativa rationis semina cuncta exactè referantur: omnes enim argumentorum sedes (tu expende singulas, ego enim ad vnam vniuersas percurri) omnes, inquam, quibus a statim congerendis indicati Auctores insudant, vel afferentis Auctoritate nituntur, vel differentis ratione firmantur; nullus quippe inveniri potest argumentationis modus, à quacunque ex assignatis sede sumatur, qui non sit vel ratiocinio fulcien-

A a a

du,

706
 dus, vel auctoritate roborandus: hac quidem dum à lectissimis Auctoribus pronuntiatæ, probatæque sententiæ conceptis ipsorum verbis a legantur, ut ab auctoritate principia; omnia enim soli asserentium Auctoritati innotentur; rationi verò fit argumentatio, dum asserta quæ huius tantum virtute firmantur, solidis, stabilibusque Dialecticæ, Matheseos, Philosophiæ, ac Theologiæ fulciuntur ratiocinijs: nihil ergo in argumentum adduci potest, quod non vel Auctoritate muniatur, vel ratione roboretur.

Firmat semel, iterumque, ac sæpius hanc mentem S. Augustinus. lib. 7. de Ordin. cap. 5. Duplex (inquit) omnino est via, quam sequimur, cum rerum nos obscuritas movet, aut rationem. aut certe Auctoritatem. Luculenter ille dixit, duplex omnino via est, id latinis sonat vox omnino. atque solum, tantum, ergo præter hæc nulla alia via est, vrget adhuc cap. 9. dum illam necessariam appellat viam. qua ducamur: Ad discendum (ait) necessario dupliciter ducimur Auctoritate, atque ratione. &c. Nec ducimur tantum hac duplici via, sed impellimur: audis illum lib. 3. contra Academic. cap. 20. Nulli autem dubium est, gemino pondere nos impelli ad discendum Auctoritatis, atque rationis. Hæc satis ad dignoscendam Augustini mentem: vide his similia apud eundem lib. de vera Relig. cap. 24. lib. de Morib. Eccles. cap. 2. lib. 1. 1. Cont. Faust. cap. 5.

Nec minus eleganter, quam appositè Claudianus Mamercus. lib. 1. de Stat. Anim. cap. 1. geminam hanc differendi viam desideravit in malis quibusdam disputationibus: Cumque duplici ad veritatem veniatur via; ut aut præiudicata Auctoritate credulitati subdamur. aut ad scientiam ratiocinatione tendamus nihil quod vel Auctoritas iubeat, vel ratio suadeat, potissimum docentes sprete paucitate Doctorum illudunt imperitos, qua maxima turba est. Quid elegantius? quod malum ut averteret à Sacro Dissertatore lib. cui Titulus Via dux. ita præmonuit S. Anastasius Sinaita: Sciat disputationis modos, duos esse; alterum per scriptura testimonia; alterum per probationes ex ipsis rebus petitas, &c. Hoc est, per innatas rerum naturæ rationes, quæ argumentatione deductæ firmam probationem efficiant. Simili monito Ferrandus Diaconus in Christ. Milit. Pedag. Regul. 5. Veritatem (inquit) plane nobis aut ratio manifesta demonstrat, aut scriptura divinitus inspirata comendat, &c. Id est productum ex Auctoritate Sacri Codicis testimonium, cui cum opportuna ratio succurrit, probatio plena firmitatis emergit: vides quam singularitè duplicem hanc solum arguendi, atque probandi semitam statuunt, ac definiant sapientissimi Patres.

Re-

707
 Restat, ut S. Thomæ sententiam in vtriusque divisione vestigemus: etenim si totum artic. 8. qui est de argumentatione Biblicâ, ex instituto pendamus, nullas prorsus alias argumentandi sedes aspiciamus nisi Auctoritatem, atque rationem, licet illam sumi quoque posse doceat, extra Sacram Scripturam, ex Ecclesiæ Doctoribus, atque etiam ex Philosophis: quod, suspicor, eam mentem iniecit Dominico Bañez, ut asserat, S. Thomam ad tria capita reduxisse arguendi locos, quos & ipse dub. 2. citato sic enumerat: primum ab Auctoritate Sacræ Script. Alterum ab Auctoritate Doctorum. Tertium, à Ratione humana, & Philosophorum etiam Auctoritate.

Sed ego tamen rogabo, cur præcitati Doctores in tot dividerint capita locos illos, qui ad Auctoritatem spectant? Respondes; quod diversa inter se sint veluti fontium capita, ex quibus manet Auctoritas, ut Sacr. Scripturæ, traditio, Pontificum Sanctiones, Canonici iuris decreta, Patrum sententiæ, Theologorum consensus, Historicorum asserta, placita Philosophorum, Angelorum etiam dicta: quos inter ab Auctoritate locos numerat quoque Gallius lib. 1. Tract. 7. cap. 1. n. 6. & toto cap. 10.


Bellè; sed iterum quæram: & cur non etiam totidem à ratione loci dividantur, quot sunt facultatum fontes, è quibus ratiocinandi flumina diversa proveniunt? ut si dicas alium futurum esse locum à ratione Theologicâ, alium à Metaphysicâ, ex Philosophiâ item alium, sicut alium ex ethicâ, demumque (uos etiam à Mathematicis locos: cum plura sæpe occurrant in sacro textu; quæ proprijs harum facultatum ratiocinijs egeant ad sui discussionem, ut est à pluribus observatum.

Sed hæc divisio sedium ex Ratione, à nullo ex præcitatis, Auctore hucusque facta est; & iure omnes merito, rationis sedem indivisam reliquere: unde rem ego tantum planè conficio: nam sicut ineptum, & absurdum omnibus visum est, tot assignare diversas arguendi sedes à Ratione, quot scientiæ fuerint, quæ rationes eiusmodi ut proprias sibi vendicant, sic erit prorsus inutile, ac importunum, id ipsum de sedibus ab Auctoritate, divisim affirmare, ut tot eiusdem distincta sint loca, quot fuerint Auctorum classes, quorum testimonijs argumenta quæque ab Auctoritate nituntur; cum omnia vnius Auctoritatis caput efficiant, idemque arguendi principia statuunt.

Præterea, quod plures sint modi, ac figuræ, ut Dialectici vocant, discursus ordinandi, & in ratiocinij formam componendi,

non ideo fas est argumentationem à *Ratione*, in totidem sedium capita dissectare, quot fuerint modi, seu figuræ, ac formæ rationum, ut ita sedes à *Ratione*, veluti dividas: vnam à Syllogismo, aliam ab Enthymemate, à dilemmate altera: hanc ab illa forma, illam ab alia, & sic reliqua denique discindas; quod ineptum quidem esse, maximè ad Biblicam argumentationem à *Ratione*, nemo non iudicet, cum vna semper, & eadem sit à *Ratione*, argumentatio.

Stat ergo sicut vnicum à *Ratione* caput, quod omnes constituant, sic etiam alterum ab *Auctoritate*, tantum existere, quin fas, aut necesse sit citra has duas, alias subinde argumentandi sedes, aut capita, vel augere, vel dissectare; reliqua enim ad geminam hanc, atque germanam Biblicæ potissimum argumentationis sedem univèrsam, atque exactissimè revocantur: quod sane in mente habuit S. Thomas, cum ad duplicem hanc differendi semitam controversias omnes Theologicas ex æquo referendas esse constituit, sic inscribens Quodlib. 4. artic. 18. *Vtrum determinationes Theologicae debeant fieri Auctoritate, vel ratione?* Nihil ergo sedium ultra hasce duas, ut ab ipsis distitum, erit ad Biblicam argumentationem assignandum: quod expresse docuit Cano, lib. 1. de *Locis*, cap. 2. *Illud (inquit) nobis constituendum est; argumentum, vel à Ratione, vel ab Auctoritate duci; his enim duobus modis cuiusque rei, qua in controversiam venit assensionem facimus, &c.* Sequuntur alij Vazquez, tom. 1. in 1. part. disp. 12. cap. 1. Fa- solus ad 1. quæst. art. 8. dub. 6 n. 14.



VE

VESTIGIVM IV.

QUID SIT AVCTORITAS, quid Ratio.

Varia est apud bene Latinos acceptio, quâ usurpatur *Auctoritas*, ut notat Escalante lib. 5. cap. 8. licet alias ipse designet; primum idem sonat, atque potestas, seu dicas licentia, vel facultas, aliquid libere, tutò, & audacter exequendi: sic Tullius, de *Nat. Deor.* lib. 3. *Videtur enim Auctoritatem afferre peccandi, & lib. 1. de Divinat. orat. pro Fonteio. & alibi frequenter Symmachus, lib. 5. Epist. 68. ut ab illo agenda vita petatur auctoritas, ex sacris Cyprianus lib. de Spectacul. ita præalij: Quæ præstant vitis auctoritatem, &c. S. Paulinus, Epist. 10. S. Augustinus, lib. 2. de Ordin. cap. 9. Ioannes Sarisberiens. lib. 6. Policrat. cap. 29. & alij; sed remota hæc significatio.*

Accedo ad propiorem: secundo, *Auctoritas* dicitur superioris potestatis iussio, mandatum, sanctio, sive decretum scripto consignatum ut frequenter in usu est apud S. Gregorium lib. 3. *Registr. Epist. 18. lib. 7. Epist. 24.* his ejdem verbis: *Huius tibi auctoritatis tenore præcipimus, & alibi sæpius Petrus Damian. lib. 1. Epist. 2. si vestra sanctitatis id decernat auctoritas.* Cuius significationis plura congescit Iuretus ad Symmachi lib. 3. Epist. 69.

Tertio *Auctoritatis* nomine id quandoque solet intelligi, quod Sacræ Script. testimonio expressum, assertumque habetur: ita S. Hilarius can. 18. in *Matth.* cum firmam Ecclesiæ sententiam de Angelorum custodiâ indicare voluisset hac voce usus: *Præesse Angelos (inquit) absoluta auctoritas est, quod totidem verbis iterat S. Paschasius lib. 8. in Matth. ad cap. 18. id est firma, certa que sanctio veritatis est sacri textus attestatione firmatæ: hæc ab illis dicitur Absoluta auctoritas.*

Demum quod huius est instituti, *Auctoritas*, propriè ab *Auctoritate* dicitur, ait Abulensis, Præfat. in *Matth.* quæst. 5. usu raturque pro sententiâ, dicto, vel pronuntiato Auctoris, atque adeo pro ipsis etiam Sacris Textibus, qui ad alicuius asserti probationem adducuntur: sic expræsè S. Augustinus, lib. 10. de *Genes. ad liter.* cap. 5. *Nulla mihi de Canonis libris occurrit auctoritas.* Eodemque

figurificato, Epist. 7. lib. 8. *de Civit.* cap. 1. & alibi non semel S. Anselmus, lib. 1. Epist. 68. Sacros Textus vocat *Divinas Auctoritates*, similiter Rupertus, lib. 8. *in Ioann.* ad cap. 8. v. 5. Cassiodorus, lib. 3. var. Epist. 11. *admoneat lectionis auctoritas*, Minutius Felix, *in octav.* etiam appellat *lectionum Auctoritates*, pari, uterque voce significantes observata ex lectione testimonia: aptissime pro re Præfat. *in Exhort. Martyr.* S. Cyprianus, *ut id, quod proposueram, divina lectionis auctoritate solidarem.* Sic etiam plures frequentissime *Auctoritatem* capiunt, quin, & S. Augustinus, seu quisquis ille satis doctus Auctor est tractatus *de Assumpt. B. Mariae*, qui inter eiusdem opera censetur, tom. 9. Sacram ipsam Scripturam absolute vocat *auctoritatem*, sic enim de ipsa loquens ait cap. 1. *Fœcunda est, veritatis auctoritas*, hæc est plena veritatis Sacra Scriptura.

In hac igitur acceptione definitionem *Auctoritatis* expressit Hugo Victorin. annot. in cap. 3. *ad Roman.* his verbis: *Auctoritas est dictum, vel factum imitatione dignum, &c.* Et non adeò quidem ineptè, nam ut opportunè Macrobius, lib. 2. *Saturnal.* cap. 1. *Cum à veteribus dicta referamus, ipsa utique Auctorum dignitate defenditur.* Aliquantò aliter Petrus Hispan. tract. *de Locis Dialecticis* apud Chrysostomum Iavellum tom. 1. *Auctoritas est iudicium sapientis in scientiâ sua, &c.* Quo enim quisque peritior extiterit in eâ, quam ex instituto professus est facultate, eo maioris erunt ponderis testimonia, quæ huiusmodi *iudicio sapientis in suâ scientiâ* firmiter innitantur: quod maximè probat S. Augustinus lib. 2. *de Ordin.* cap. 9. ita de humanâ Auctoritate locutus: *In eis tamen iure videtur excellere qui, quantum imperitorum sensus capit, multo dant indicia doctrinarum suarum, &c.*

Et verò, ut ad propriam *Auctoritatis* acceptionem accedamus, quam extremo loco tradidimus; placuit mihi præ omnibus Arias Montanus, qui Præfat. in lib. *de Hist. Gener. Human.* ita sapienter descripsit: *Auctoritatem appellamus divinorum eloquiorum, sacrorumque librorum testimonia, ad eum, quem intendunt, sensum induta, &c.* Sed notandum tamen est, illum Auctoritatis terminos nimis strictè cohibuisse, ad sacri vel luminis testimonia, quod his tantum uti eo in opere decreverat; sed qui velit illius definitionem exactè concipere, ita suspicor non ineptè conflat: *Auctoritas est aliena sententiæ testimonium, ad assertionis propriam confirmationem adductum.*

Hanc, si placet, obiter illustrabis: primo enim quanta sit *Auctoritatis cognatio cum testimonio*, patet ex Iure, l. *Testium*, ff.

ff. *de Testibus*, §. *Sabino*. ibi: *Alia est Auctoritas presentium testium; alia testimoniorum, quæ recitari solent, &c.* Hoc est in rei probationem adduci; bene igitur cum testimonio se habet *Auctoritas*: dixi præterea *aliena sententiæ* nam ut ex veterum Oratorum præscripto, docet lib. 6. *Dialect.* Cassiodorus: *Testimonium ab aliquâ externa re sumitur ad faciendam fidem*: quod ipsam iterat S. Isidorus lib. 2. *Etymol.* cap. 80. & Vincentius Bellovacens. *Specul. Doctrin.* lib. 3. cap. 48. aptissime Tullius, lib. *Topic.* cap. 1. *Quæ autem* (inquit) *extrinsecus assumuntur, ea maximè ex Auctoritate ducuntur, & Quintilianus, lib. 5. Instit.* cap. 11. ita breviter: *Adhibetur extrinsecus in causam, & Auctoritas, aptius ergo non potuit hæc quam per aliena sententiæ testimonium definiri.*

Testimonium autem nunc dicimus (sic docente in *Topicis* Tullio) *omne, quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem; de quo plura differit aptè Boëtius, in Topic. lib. 6. sive quod idem est, ut lib. 2. de Provident.* Salvianus, *rectè testimonium esse dicitur, quo rerum veritas approbatur. vnde constat altera definitionis pars, ad assertionis confirmationem, eo enim vergunt testimonia, uti notat Quintilianus lib. 1. Instit.* cap. 8. ita de præcis Scriptoribus: *Sententijs eorum, vel quibusdam testimonijs, quæ proposuere, confirmant: hoc potissimum eorum munus, quod monet lib. 4. ad Herenn.* Cicero: *Operet testimonium cum re convenire; aliter enim rem non potest confirmare, &c.* Ergo ad assertionis germanam probationem adducendum: *Et enim* (ait Hildebertus Cænomanenl. Epist. 7.) *frustra lex adducitur, quæ ad urgentis causæ decisionem minime suffragatur.* Hæc de Auctoritate satis.

De ratione autem breviter, indicatis tantum Auctorum sententijs ad rem spectantibus; præit Tullius, *ad Herenn.* lib. 2. *Ratio est causa, quæ demonstrat verum esse, id quod intentionis: Ex quo utebatur Arriaga Rhet. Christ.* part. 3. cap. 17. *Quintilianus, lib. 3. Instit.* cap. 13. non multo aliter: *Ratio autem est, quæ id quod factum esse constat, defenditur, pro instituto aptissime Arias Montanus loco superius dicto: Rationem vero dicimus, animi, mentisque cogitationem, quæ res, rerumque causas, momenta, & fines ex naturæ reità contemplatione, vel ex æquitate, ac deorsò petita, ad verum, vel falsum, honestum, ac turpe de iudicandum confert.* Sic ille: cuius descriptionem a Cælius coactam ita leges apud S. Augustinum lib. 2. *de Ordin.* cap. 11. *Ratio est mentis motio, ea quæ discutuntur, distinguendi, & connectendi potens.* Videndus etiam, lib. *de Spirit. & Anim.* cap. 12. & 74. Hæc verò, *mentis motio* cum argumentando gradiatur, rectè

ita exponitur à Tullio, de Invent. lib. 1. Ratio autem est, cum omnia qua Ratio non in scriptione (hoc enim ad Auctoritatem spectat) sed in aliqua argumentatione consistit, &c. Talis autem motio mentis, aptissime Ratio compellatur: Cuius rectè instituta (subdit ibidem Arias Montan.) maximam secundum sacra eloquia vim in docendo esse manifestum est, de quo latè dicitur Dosma, lib. 1. de Auctorit. sacr. Script. cap. 6. sed hac Rationis virtute, atque opportunitate erga Sacram Scripturam, nos plura semit. 1. vestig. 5. §. 4. semit. 6. vestig. 1. §. Vt ergo.

At vero Rationis indaginem persequi, cum expressa divini Codicis non suppetit Auctoritas, & commodum, & tutum esse consulit Philippus Abbas, de Continent. Clericor. cap. 50. ubi excitatam de Hebræorum Sacerdotum vestibus controversiam ita discutere pergit: Quia certum documentum de Scripturis non habemus, & incerta, pro certis abruptè affirmare non debemus, restat conijcere, & occultam veritatem conijciendorum, ut eam tandem, vel indubitante invenire possumus, vel saltem convenienter opinari: aliquando enim, quod manifesta Auctoritate non patet, diligenti inquisitione (per indaginem Rationis) aliquantulum dilucescit, & vel inquisitione veritas invenitur, vel ipsa coniectura, vel similitudine invincibiliter communitur. Sic ille scitè, & appositè Rationis munus, atque virtutem, ad rem nostram explicuit.

Hoc ipsum præstitit doctus Sacræ Paginæ interpres Paulus Burgens. Scrut. Script. 1. part. distinct. 1. cap. 1. Cum veritas (inquit) alicuius Scripturae literaliter intellecta, veritati alterius repugnare videatur, quod sæpe contingit in Sacris Scripturis ad literam intellectis, oportet recurrere ad rationis indaginem, ut repugnantia inter sacras tollatur Auctoritates, &c. Vides quod sit Rationis officium ad expeditam Sacri Textus intelligentiam, dum vires suas exerit, rerum, dictorumque causas investigando, in ijs etiam, quæ sibi repugnant, videatur: vnde & veteres quondam Philosophi, ut tradit

Sextus Empiricus, advers. Mathemat. lib. 7. Veritatis in rebus iudicem constituere rationem, & iure illi, nam Ratio est causa, quæ demonstrat verum esse id, quod intendimus, ut aiebat Tullius.

VESTIGIVM V.

CVR SCRIPTORES CANONICI ALIORUM AUCTORITATEM INTERDUM ADHIBEANT.

Vetustissimam omnium Auctoritatis inductionem invenio usurpatam à Moysse Numer. cap. 21. v. 4. in hæc verba: Unde dicitur in libro Bellorum Demini: sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon, quo super nostræ mentis non est, varias interpretum sententias de hoc libro recensere, aut discutere: quarum plures refert Menochius lib. 7. de Rep. Hebr. cap. 3. q. 3. Martinus del Rio, tom. 1. Adag. 110. q. 3. & plures, quos his de Allegationibus vbertim indicamus, 2. part. sect. 9. à q. 28. & sequent. tantum Augustinum audias in loco, quæst. 42. Non dictum est (inquit) in cuius Propheta, vel Patriarcha sancto libro; neque negandum est, fuisse iam libros sive Chaldaeorum, vnde egressus est Abraham, sive Egyptiorum, ubi didicerat Moyses omnem illorum sapientiam, sive cuiusque gentis alterius, in quorum librorum aliquo potuit hoc esse scriptum. Quod ex Augustino transtulerunt ibi Hugo Cardin. & Carthusianus.

Quorsum autem ex eo libro, quicumque ille sit, scriptis suis testimonia induxerit Moyses? tradit Abulensis ibid. quæst. 22. Hoc additur dupliciter; vno modo, ad probationem superioris dicti, alio modo ad narrationem cuiusdam facti, &c. Rursum addit: Inducit tamen probationem de libro Bellorum. Iterum, quæst. 23. hunc inducendæ Auctoritatis morem in alijs quoque Canonicis Scriptoribus, observat, ita subiiciens: Sic enim sæpe fit in Sacris Scripturis, ubi Scriptores adduxerunt libros aliquos in testimonium eorum, quæ dicebant: Deum claudit, iste liber est valde Authenticus; alioquin non allegasset eum hic Moyses in probationem eorum, quæ dicuntur: sic doctus hic Auctor, videndus etiam ad Exod. 17. quæst. 7.

Postmodum Auctor libri Iosue cap. 10. v. 13. de Solis, ac Lunæ statione scribens, sic allegat: Nonne scriptum est in libro iustorum? De quo plura Serarius, ibid. à quæst. 32. ac sequent. & hoc ex libro etiã testimonium citatur à Samuele 2. Reg. cap. 1. v.

18. quid verò mentis fuerit sacro Scriptori, dum illius libri producit Auctoritatem, expressit Theodoretus, in *Iosue*, quæst. 13. volens Auctor docere nos huius Prophetæ virtutem (inquit) suspicatus, ne quis verbis non adhiberet fidem, dixit, hoc inveniri in antiquo commentario, &c. Igitur ad suæ narrationis assertionem eiusmodi Auctoritatem produxit: quod etiam docet ibidem Abulens. q. 83.

Sed si causam requiras, cur Canonicus Scriptor, ex eiusmodi libris, qui in Canone non sunt, testimonia mutuetur? Respondet ad indicatum Iosue locum Arias Montan. de scriptis eiusmodi loquens: *Quæ tamen illis temporibus vulgarissima, atque decantatissima fuerant, aded ut in sacrarum narrationum testimonium peterentur, idque non fidei faciendæ causâ, sed veritatē potius in illis libris narratâ confirmandi, & explicandi, &c.* Aliam quoque causam addit ibi Serrarius, q. 34. *Et si enim Sacra Litera nullo egent externo ad fidem sibi concilianda in præsidia, interdum tamen respectu quorundam, qui exoticis etiam testimonijs valde mœventur, & vberioris explicacionis causa, ea rectè adhibentur, &c.* Et iure quidem Auctor uterque.

Frequentior tamen, & vtilior est argumentatio ab Auctoritate, in Novo maxime Testam. cuius Scriptores ex veteri testimonia passim adducunt, ut est legenti pervium, quibus intenta probant, urgent, firmant, suadent, & evincunt: sic sæpius, & ipse divinus Magister Iesus, Evangelistæ, cæteri quæ Apostolici Auctores: quorum ex allegationibus multa suppetunt exempla explicatæque in ipsis à Sacris Doctoribus causæ, dum illa commentantur; ex quibus nos quædam citando tantum indicamus.

Ac primum in Auctoritatibus à Christo Dom. productis, multas sæpe causas investigant, aperiunt, & exponunt: in quo totus est Petrus Abbas Cluniacens. tract. ad vers. *Petro Brusiano* s. 5. *Probatio totus veteris Testamenti ex Novo*: Ubi suam ipse mentem hoc in opere scribendo, prodit ita locutus: *Evangelium toti veteri instrumento testimonium dat, & eius insuper Auctoritatibus ea ipsa quæ prædicat, confirmat; nunc Christus in Evangelio Auctoritatem veteris Testamenti sua Auctoritate firmavit?* Hanc ille, & plures, quas assertim persequitur, causas assignat.

Varias & alij, quos ipse consulas quæso S. Thomas 3. p. q. 55. art. 5. corp. Durand. in 3. sent. dist. 22. q. 6. Abulens. ad *Matth.* 13. quæst. 18. & ad cap. 17. q. 82. Ioan. Driedo. lib. 1. de *Sacriscript.* cap. 1. Iansenius in *Concord.* cap. 33. & cap. 1. 11. & alibi, Salmeron, Proleg. 9. can. 3. I. Leo Castro, ad *Iosue*. cap. 1. v. 1. & ad cap. 30. v. 8. Maldonado, ad *Ioan.* 13. v. 19. Vincentius Regias, lib. 4. in

EVAN-

Evangel. cap. 1. n. 149. & ex Antiquioribus plures, quæ runc emittito, ut Tertullianum, audias lib. de *Resurrect. carn.* cap. 22. de Prophetis à Domino frequenter allegatis ita præloquentem: *Evolverem Prophetias. si Dominus ipse tacuisset; nisi quæd, & Prophetia vox erant Domini; sed plus est, quod illas suo ore consignat.* Sapienter ille.

Ad Evangelistas quod attinet, etiam frequenter vfos auctoritate veteris testamenti, ita de cunctis asserit, serm. *contra omnes Hæres.* S. Athanasius: *itidem, & evangelistæ ea, quæ de adventu Verbi à Prophetis prædicta fuere, suis verbis confirmant; dum unusquisque eam præindicationem allegat, &c.* Ac ne singulas omnium allegationes producam, quæ sunt cuivis obviæ, exempli loco sit vnus S. Matthæus de quò ad cap. 2. q. 73. sic rogat Abulensis: *Quare Mattheus allegat sapius Auctoritates veteris testamenti? vbi satis aptas illas assignat, & ad cap. 8. q. 50. ad cap. 12. q. 46. Iansenius item concord. cap. 28. & 141. Salmeron Proleg. 9. can. 25. & tom. 6. tract. 11. & 47. Leo Castro Præfat. 1. in lib. 6. Apologet. vbi de *Loci Prophet. citatis ab Evangelista Matthæo.* Quos dum ad eas, plures causas invenies inductæ tam frequenter per Evangelistas Auctoritatis, ex veteri testamento.*

Pro cæteris rursus Scriptoribus Apostolicis extant ipsorum apices Petrus, & Paulus, qui frequentissimi quoque sunt in adducendis ex instrumento veteri Auctoritatibus; ac primò Sanctus Petrus vsum, virtutemque allegationis eiusmodi, sic extollit post enarratam Christi gloriam in Transfiguratione, auditumque Patris testimonium, Epist. 2. cap. 1. v. 19. *Et habemus firmiorem propheticum sermonem, &c.* Quo Loci iure perquirat Salmeron disp. 2. dub. 11. *Quomodo Sermo Propheticus firmior dicatur, quàm visio ipsa transfigurationis?* de quo legendus interim Abulensis, Præfat. in *Matth.* quæst. 5. Et scio equidem Chartusianum eò inclinasse, ut sentiat eius comparationis excessum, quo Propheticum sermone firmiorem asserit, non respectu Patris è nube clamantis, sed Petri tantum hæc scribentis, pensandum esse: sic enim ait: *quævis testimonium Principis Apostolorum, de Christo non fit, absolutè loquendo, firmius, ac magis authenticum testimonio David Prophetæ, aut cuiuslibet in veteri testamento, &c.*

Præsius tamen S. Augustinus serm. 29. de *Verb. Apost.* comparatione factâ cum Patris Voce, intelligendum esse censui: quo superita differit eleganter, & acutè: *Quis enim nostrum non miretur delectat à voce de Cælo certiorum Prophetarum sermonem ab Apostolo dictum esse? Certiorem sanè dixit certiorum, non meliorem, non veriorum: tam*

enim.

enim verus ille sermo de Cælo, quam sermo propheticus, tam bonus, tam utilis: quid est, ergo certiolem, nisi in quo magis confirmetur auditor: & optimè quidem; notante Augustino Prophetice Auctoritatis sermo, non melior, non verior appellatus est, cum ab inspirante Deo, pariter vtrumque proveniat, & Prophetarum Locutio, & à Petro facta, de auditâ Patris voce narratio; quæ propterea æqualis, & prorsus iadivisibilis sunt bonitatis, veritatisque, vt quibus nullum possit esse discrimen, aut comparationis excessus, æquè distante vtriusque Numine veritatem.

Quâ ergò ratione dixerit Petrus, firmiorem propheticum sermonem, sive vt Legit S. Augustinus, certiolem, discas ab ipso S. Doctore, ita causam reddete: Quoniam sunt homines infideles, qui sic derahunt Christo, vt dicant, eum, magicis artibus fecisse, quæ fecit: possent ergo infideles etiam istam vocem delatam de Cælo per coniecturas humanas, & illicitas curiositates, ad magicas artes referre, sed Propheta antea fuerunt, non dico, ante istam vocem sed ante Christi carnem; nondum erat homo Christus quando misit Prophetas, quisquis eum dicit magnum fuisse, si ergo magicis artibus fecit vt coleretur, & mortuus numquid magus erat, ante quam natus: ecce quare ait Apostolus, habemus certiolem propheticum sermonem, Vox de Cælo, quâ fideles admonentur, propheticus sermo, quo infideles convincantur. Sic S. Augustinus,

Aliam indicat causam Dionys. Charthusiensis, Nihilominus (inquit) firmius fuit testimonium David de Christo, quam testimonium beatissimi Petri, quantum ad Iudæos, & cavillatores, qui dicere poterunt, quod Petrus Magistrum suum zelo immoderato preferre conatus est, & ea, quæ narrat, vel ficta sunt, vel in secreto audita; idè minus credibilia, quam David Propheta oracula, &c. & istam non contemnendam Salmeron ibid. disp. 2. citata, exhibet de sermone prophetico: firmiorem appellavit, quia temporis progressus auctoritatem sibi irrefragabilem comparaverat: quæ enim tunc Apostoli apud Iudæos fideles, aut faciebant, aut dicebant non erant tantæ auctoritatis, quantæ veteres scripturæ, quæ confirmatæ, & comprobata erant, & in summum auctoritatis fastigium erecta, &c. Sic appositè Salmeron, eleganter.

Quid deniquè causæ habuerit S. Paulus: vsus etiam frequentissimi testimoniorum auctoritate, dum, vt alibi seorsimè, maximè Act. cap. 17. v. 2. Secundum consuetudinem diserebat de scripturis, exponit ibi S. Chrysostomus Homil. 37. Quoniam enim illi adversabantur, & cum vt impostorem, & incantatorem calumniabantur idè & ipse de scripturis differit: qui enim solis figuris attentat persuadere, merito suspectus est; qui autem ex scripturis persuadet, non venit in eam suspicio-

tionem, &c. Quem eodem sensu secutus est, eo loci Oecumenius: & aliam satis opportunam addidit, causam Ildorus Pelusiotalib. 1. Epist. 445. hanc in Apostolo producendam Auctoritatum industriam comodans: Id circo (inquit) ad confirmandos, & promovendos eorum, quos in disciplinam acceperat animos, legis operâ utitur (hoc est legis auctoritate) nimirum ab eâ perfectorum dogmatum testimonia petens. Ita diserte Pelusiotas à Iacobo Billio Latino, en habes causas è plurimis aliquas, quibus ducti Canonici Scriptores Auctoritatem suis sæpe scriptis adhibuerunt, quin & alias leges apud eos, quos supra seet. 9. q. 34. indicavimus.

VESTIGIVM VI. NUM, ET QUIBVS NAM Rationibus vsi quandoque fuerint Scriptores Canonici?

Rationibus ad probandum vsos non fuisse Canonicos Auctores, alicui forte videbitur ex ijs, quæ præmissa sunt semita. 1. vestig. 1. sed illas tamen ab ipsis frequenter inter differendum adhibitas: inspectis eorum scriptis, haud obscure constabit: quod vt hoc vestigio persequar, prænotandum censui, duplicem esse argumentorum, seu rationum speciem, quam ita distinguit Tullius, lib. 1. de Invent. cap. 7. Omnis autem argumentatio (inquit) aut necessaria, aut probabilis debet esse. De quo etiam, Parr. orat. cap. 9. Boëtius, lib. 1. in Topic. Cicer. Cæssiodorus, lib. Dialect. ad rem aptè: Dialecticus (inquit) atque Orator, in communi argumentorum materiâ versantur: vterque enim, sive necessaria, sive minimè; probabilia tamen sequitur argumenta, &c. Horum ille singula paulo ante descripserat: Probabile argumentum est, quod videtur, vel omnibus, vel pluribus, vel sapientibus, &c. Necessarium verò est, quod vt dicitur, ita est, atque aliter esse non potest, &c.

Vtramque Rationis speciem in re Biblicâ dignovit Bañez; in 1. part. q. 1. art. 8. dub. 6. ad 5. Valades, Rhet. Christi. part. 6. cap. 19. Cano, lib. 9. de Locis, cap. 8. nisi quod necessarium argumentum, ille firmum appellat, atque vtriusque satis idonea produ-

ducit exempla ex Sacro Sermone; eiusdemquæ argumentari solitum Apostol. Paulum observat Salmeron, tom. 13. disp. 6. loco 4. Ac de rationibus eiusmodi, quæ per Sacram Scriptur. sparsim reperiuntur, non contemnenda tradunt documenta Cantapetrens. lib. 1. *Hypotypas*. cap. 15. Galarza, lib. 1. *Evangel. Instit.* cap. 3. Gillius, lib. 1. tract. 1. cap. 6. Placidus Reynosa *Magistr. Christ.* cap. 66. Escalante, lib. 5. *Clypei*, cap. 36. Episcopus Oxomens. *de Sens. Sacr. Script.* Regul. 7. Salmeron, tom. 8. tract. 1. §. *Porro*, & tract. 2. §. *In vsu*. Anton. Perez, dub. 14. cap. 6. n. 31. Basilius Ponze, q. æst, 3. *Expofit.*

Sed ut signa huius vestigij clarius exponam, erit operæ pretium, vel obiter indicare, quæ de Dialecticâ, seu scientiâ rationali, adedquæ de rationum vsu in Sacro Sermone à Doctissimis observata cursum animadverti: & primò quidem Rupertus lib. 7. *de Oper. Spirit. S.* cap. 13. sic inscribit: *De Dialecticâ, quod ipsa quoque in Scriptura Sancta sit, &c.* Mox ita exorditur: *Porro Dialecticam numquid ostentari, aut liberius efferi decebat coram Sanctarum Scripturarum opifice Dei sapientiâ? At unum illic est, & coram illa Domina sua mandati operis partes exequens vigilantior assidet, & veritatem investigat, &c.* Sic ille videndus etiam cap. 8.

Eandem æquo dignoscit, & laudat in arcano univèrsim volumine Cassiodorus, *Divin. Lect.* cap. 6. & Præfat. in *Psalms*. §. 15. vnde S. Bonaventura opusc. 1. in scripto *Principium Sacra Scripturæ*, quibus proximè accedit S. Augustinus pro Dialecticâ latis acriter pugnans, lib. 1. *Contra Cresconium*, in sanum eius impugnationem, ubi rationalem scientiam, ac disputandi rationem è Sacris textibus deducit, & probat à cap. 13. & sequent. maximè autem cap. 14. post indicatos ad rem quosdam; ita subdit, hostem allocutus: *Et multis alijs divinarum Scripturarum locis, lege ubi invenis hoc verbum, & inspicere codices Græcos in eiusdem testimonijs Sanct. Scripturarum; & videbis, vnde sit appellata Dialectica, &c.*

Hinc S. Clemens Roman. lib. 1. *Const. apost.* cap. 7. divinæ sapientiæ studiosum, ita prudenter adinonuit: *Nam si Historica percurrere cupis, habes Reges; si Sophistica, & Poëtica habes Prophetas & Iob, & Proverbiorum Auctorem, in quibus omnis Poëtica, ac sapientiæ accuratam rationem invenies, quoniam Domini Dei, qui solus est sapiens, voces sunt: Cum autem apud illum legis Sophisticam in Sacro Sermone repertam, & ab ipso commendatam, ne precor, intelligas fallace sophisticarum argutias, captiosasquæ paralogismorum præstigias, quibus incautos capere, decipere solent, & inre-*

tere; cur enim hanc ille *sophisticam* ijs verbis ineffe diceret, *quæ Domini Dei voces sunt?* Nam & eiusmodi deceptricem artem ab Ecclesiastico damnatam nequivit ignorare, dum ait cap. 37. 23. *Qui sophisticè loquitur, odibilis est.*

Et verò cum *sophistica* vox Græca sit, quam latinus Clementis interpres ex æt. etinuit, eaquæ Græcis *sapientiam* sonet, videri cuiquam non immerito posset pro *sapientia* positam à S. Clemente, quod ex ipso contextu conijcio: nam *sophistica*, & *Poëtica*, cum primo dixisset, mox addit *Poëtica*, & *sapientia rationem invenies*, in quibus ut vide. *sapientia* respondet *sophistica*: nec omnino extra Græcæ vocis acceptionem; nam ut ex Græcorum antiquissimis observat Cresollus lib. 1. *Theat. Vet. Rhæt.* cap. 1. *Abijt Sophista nomen ad viros sapientes, qui lucem ingenij sui, & cognitionis alijs imperarent &c.* Cum igitur *sapientia rationem* dixerit S. Clemens *sophisticam* respiciens, sit pro rationali scientia, sive, ut dicunt Dialectici, pro vtente differendi arte sumendam esse; quod optimè calluit, & expressit hanc illius vocem interpretatus Ioan. Pineda, lib. 3. *de Reb. Salom.* cap. 14. vnde constat, S. Clementem Sacri Sermonis Dialecticam penitus agnovisse, ideoquæ ad ipsius investigationem, ac sequellam studiosos adhortari, quod & indicatis divinæ Scripturæ locis fecit Origenes lib. 6. *Contra Celsum*, quem ipse ut legas moneo.

Atque, ut de quibusdam aliquid singulatim ostendam, plures sunt ex Canonis Scripturibus, in quibus vsu rationalis scientiæ observant, & laudant sapientissimi Patres, in *Moyse* Clemens Alexandr. lib. 1. *Stromat.* cap. 14. ut illum ad rem commentatur doctus eiusdem Scholiastes Gentianus Herbetus, Pineda citatus cap. 14. Theophylus, Raynaudus, Procem. in *Theol. Nat.* §. 4. in lib. *Iob*. S. Hieronymus Epist. 103. ut in Scholijs notant Marianus Victorius, & Erasmus, Cassiodorus *Divin. Lect.* cap. 6. Lira ad cap. 3. v. 1. Iacobus Boldus *Pælund.* §. Pineda, Annot. prævia ad cap. 4. num. 8. in *Isaia*. S. Hieronymus, Procem. lib. 1. in eum Prophetam S. Thomas, Prolog. in *Iob*. Præterea in *Davidis Psalterio*, Iacobus de Valentia, Prolog. in *Psal.* tract. 1. cap. 2. Cassiodorus Præfat. cap. 15. quin & comment. in lib. *Psalms*. ad marginem notat syllogismos, & argumentationes, quæ in toto Psalmorum contextu reperiuntur, ut indicato capite præmiserat: *Quæ nos (inquit) breviter locis aptissimis imo elimus: Præterea Salomote Theodulphus Aurelianus, versibus in fronte Bibl. inscribend. it. de Canticorum libro:*

*Tertius Ecclesie thalamum, Christi quæ
per ornat,
Rebus & in logicis vertitur eius opus.*

Robertus Holcot. in lib. Sapient. lect. 110. Pineda lib. 3. de Reb. Sa-
lem. toto. cap. 14.

Ex Novi Testam. Scriptoribus in gentium Apost. Paulo. S.
Hieronymus, Epist. 50. & Epist. 155. S. Augustinus, lib. 1. Contra
Crescon. cap. 14. S. Isidorus, lib. 2. Etymol. cap. 9. S. Remigius, & S.
Alfelmus, in 1. ad Corinth. cap. 15. Rabanus, lib. 3. de Instit. Cleric.
cap. 20. Sedullius, collect. in cap. 2. ad Roman. Salmeron, tom. 13.
disp. 6. Gillius, lib. 1. tract. 1. cap. 6. num. 3. Doctor Ioan. Rodrig.
de Leon. Prædicat. Gent. lib. 1. cap. 6. in reliquis quoque Apostolis
S. Chryostomus, Homil. 4. in Act. in alijs denique, quorum argu-
mentationes referuntur ab Scriptore Canonico, qualis est illa
Ioan. cap. 10. v. 41. quam in loco notant S. Chryostomus, Homil.
60. Hugo Cardinal. Theophylactus, Euthymius.

Denique, quod caput est de Christi Dom. Dialecticâ, &
argumentis à ratione plura tradunt. S. Cyprianus lib. 2. ad Quiri-
num, S. Augustinus, lib. 1. Contra Crescon. cap. 17. Rupert. in volum.
4. Evang. cap. 24. & lib. 10. in Ioann. ad cap. 10. v. 35. Alcuinus in
eum d. lib. 5. cap. 26. Euseb. Emiffen. Homil. in Dom. 17. post Pent.
Abulens. ad Matth. cap. 15. q. 5. 2. ad cap. 2. 1. quæst. 195. ad cap. 22.
q. 334. & alibi. Georgius Venetus, cant. 2. tom. 5. cap. 11. Gillius,
lib. 1. Tract. 1. cap. 6. Suarez, in 3. part. q. 55. Comment. art. 5. Be-
cano, Apolog. pro iudice controvers. cap. 2. §. 23. Gretferus, Antimo-
nio pro deliro medico Dosi 14. & plures quos nunc sciens omitto
postea, cum de speciebus argumentationis sermo redibit produ-
cendos semita 7.

Constat ergo, primi generis rationibus nempe necessarijs,
firmis, ac stabilibus vsos quandoque prudentissime Canonicos Au-
ctores, quod tibi facile suadebis per indicata quædam ex pluribus
exempla, quæ Sacri Doctores observant: Melchior Cano, lib. 9.
de Locis, cap. 8. & Salmeron, tom. 8. tract. 2. §. sunt autem, Suarez,
lib. 1. de Deo. cap. 8. n. 14. pro firma validaque ratione illam affig-
nant Davidis, Psalm. 93. v. 9. qua quorundam stultitiam contra
Dei scientiam, providentiamque confutat, & arguit, vt notant
in loco, Hugo Cardin. Bellarminus, Carthusianus, & alij: Qui
plan-

plantavit aurem, non audit? aut qui finxit oculum, non considerat? &c.
Quam argumentationem oportet aliquatenus illustrare, vt reli-
quis exempli vice præluceat.

Et primo quidem Lorinus: Convincit (inquit) insipientiam
rudi, sed efficaci argumento, &c. Sed cur ille rude vocaverit, planè
non video, nisi quod ad exactam syllogismi speciem, confirmatio-
nemque non exprimitur; dispositisque maiori, ac minori propo-
sitionibus consequentiam Dialecticè non deducit, quæ tamen alio-
rum interpretum cura fuit, vt statim ostendo, Folengius diserte
compellat Certissimum argumentum. Quod sic ostendit Iacobus de
Valentia: quasi dicat: Si ipse Deus dedit homini auditum, & visum:
ergo à fortiori ipse videt, & audit, &c. Mox addit: Et sic Propheta
quasi demonstrativè arguit: nam bene valet: Deus confert visum, & au-
ditum istis inferioribus: ergo ipse audit, & videt; quia nemo dat, quod
non habet, &c. Vis syllogisum ex hoc principio? Ita Davidem
efformasse dices: nemo dat, quod non habet; at qui Deus dat vi-
sum, & auditum, Deus ergo videt, & audit.

Quod promiserat Cassiodorus, Prolog. in Psal. cap. 15. Syl-
logismorum in ipsis formas se notaturum, hoc loco scienter exe-
quitur, ita de Davide locutus: Per singulas sententias decurrit pul-
chra nimis, & absoluta probatio, &c. Mox addit: Quas argumentatio-
nes breves, atque lucidissimas Enthymemata, id est mentis conceptiones
Dialectici appellare voluerunt, &c. Demum pergit: Hic autem Syl-
logismus constat expositione, & conclusione, sibi tamen vtrisque contra-
rijs: sicut hic factum est; nam proposuit. Qui plantavit aurem; Con-
cluserit, non audit? Et reliqua. Sic ille Davidicæ argumentationis ar-
tificium exposuit, &c.

Nec minus Dialecticè S. Hieronymus Davidis illationes pe-
nitus callens, sic iteratas producit: Qui alium facit audire, ergo ipse
non audit. Qui mihi dedit oculos, ergo ipse non videt? Quam argu-
mentationem, vt illo Philosophorum axiomate nixam, imò &
ipso naturæ lumine notam, ibidem observant, & rationibus vr-
gent, S. August. Bruno Herbipolens, Aggellius, Genebrardus,
Carthusian. Titelman. Ludolphus, & S. Thomas in 1. Sentent.
dist. 35. art. 2. pro quibus audiendus S. Bruno Carthusian. Davi-
dis mentem exponens: Hoc totum est, ac si sic poneret; unde comproba-
tur. eum audire, quoniam in conveniens esset. eum non audire, qui aurem
omnium hominum plantavit, &c. Quod ipsum de visu pari argu-
mentatione prosequitur; eamque ita claudit Bellarminus: Pro

inde multo magis ipse audit, & videt: nemo enim dare potest, quod non habet, &c.

Caietanus quoque, vt exactè Scholiasticus eiusdem rationum vrget ex alio capite, satis efficaciter ita differens: *Intendit talem rationem, quod qui quid est perfectionis in auditu, & visu hominis, totum eminentiori tamen modo est in Deo, &c.* Subdit illico: *Et fundat rationem super communi animi conceptione Philosophorum: (scilicet, quidquid perfectionis habet effectus, praeexistit longè excellentiori modo in supremâ illius causâ, &c.* Vides ex Caietani mente, quam ingeniosè arguat Regius Propheta formato virtualiter, vt aiunt, syllogismo: quod propterea rade argumentum Lorinus appellauit, vt potè virtute tantum, & absconditâ penitus argumentationis formâ delitescens; id sane fatetur ibi Theodoretus: *Validam (inquit) admodum doctrinam syllogismi instar attulit.* Et in Scholijs S. Basilij *Syllogisticum hoc est (inquit) &c.* Pacem vterque syllogismi materiam assignantes, & ferè in argumentationis formam redigentes; vbi S. etiam Hieronymus consequentias cum illationis notâ congeminat, instatquè ad rem S. Ambrosius lib. 1. *Offic.* cap. 14.

Alias item argumentationes à naturali, atque ideo necessaria ratione petitas indicavit supra citatur Cano, & Salmeron, vt est illa Christi Dom. Lucæ cap. 10. v. 7. *Dignus est quim operatus mercede sua.* Et in simili S. Paulus, 1. ad Corinth. cap. 9. v. 9. item, & illa quâ vsus est idè Apostolus apud Areopagitas de numinis præsentia differens Actor. cap. 17. v. 27. *Quamvis non longe sit ab vnoquoque nostrum, in ipso enim vivimus, & movemur, & sumus.* Ex quibus facile quis agnosceret Dialecticam argumentationis formam efficaci virtute contentam in hac Apostoli sententiâ, cuius vim qui velit expendere, plura leget ex SS. Patribus, & Theologis eo loci apud Lorinum, & Cornelium, Vazquez, in 1. part. disp. 28. cap. 4. Suarez, lib. 1. de Des. cap. 1. n. 18. Valentis, tom. 1. disp. 1. q. 8. punct. 1. qui ait: *Concludit evidenter argumentum Apostoli &c.*

Notat & quædam eiusmodi argumentationes ab eodem Apostolo usurpatas, Salmeron, tom. 13. disp. 6. loco 4. ita præfatus: *Rationibus multis suas sententias munire solet, acceptis ex his, quæ natura constat, &c.* Ecce quod necessarium argumentum vocavit Cassiodorus, & firmum Cano, nempe ex ipsius naturæ virtute deductum, quo nihil validius in humanis esse potest, & huius quoque producit exempla Salmeron ex 1. ad Corinth. cap. 11. v. 14. *Nec ipsa natura docet vos, &c.* Cuius ex ratione argumentatur, vt probet.

fæ-

fæminas velato capite orare debuisse: rursum cap. 14. & 34. *Mulieres (inquit) in Ecclesijs taceant, non enim permittitur eis, loqui:* quam conclusionem statim firmat sumpta ex ipsa natura honestitatis probatione v. 35. *Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia, &c.* Et huius quidem argumentationis alia sexcenta passim occurrunt in eius Epistolis: de quibus vniversim ita censuit Cano citatus: *Sapienter quidem Apostolus, cum rationes à naturâ perfectas manifestas esse dixisset, tunc demum ad Deum eas Auctorem revocavit.* Roman. 1. v. 19. *Quod notum est Dei, manifestum est in illis, &c.* Hactenus de primo argumentotum genere, quod necessarium appellatur, hoc enim, vt aiebat Cassiodorus, *vt ita dicitur est; atque aliter esse non potest.*

An verò deceat, Canonicos Auctores ratione tantum probabili vsos quandoque fuisse? Negare videtur Escalante lib. 1. *Clype.* cap. 8. §. *Ad hoc, quatenus asserit: Sacros Scriptores non tradere nobis opiniones probabiles, &c.* Quidam apud Cano lib. 2. de *Locis.* cap. 10. arg. 7. Rat. 3. quin & Calvinus, & Beza apud Iacobum Gordon. controvert. de *Verbo Dei*, cap. 24. n. 5. impudenter garrunt: *Ipsum Iesum Christum, crasso, & populari modo loqui, non autem exactè, quod proinde est probabiliter duntaxat non solidè, &c.* & num. 6. *Ita vsus esse Christum, vt tantum essent probabiles coniectura; non autem solida probarent, &c.*

Sed tamen cedit asserendus est in Sacræ Paginæ Scripturis vsus probabiliū rationum, quas sapientissime interdum adhibent; quin propterea diuini maiestati sermonis quidquam detrahatur. Celebris in primis est illa Petri defensio ab ebrietate Apostolis obiectâ. Act. 2. v. 15. *Non enim sicut vos aestimatis hi ebrii sunt cum sit hora diei tertia, &c.* Vbi S. Chrysostomo temperata satis, ac modesta (ne dicam *Levis*, vt voluit Latinus) excusatio visa est, dum ait Homil. 5. *Vides quam placida sit excusatio, nam cum ad instruendos mores, vt solet ille, proluderet, hinc ethicam institutionem ingeniosè aggressus est, aliter rem discussurus, si rationis humane vim expenderet Chrysostomus.*

Illam verò penitus percalluerunt Salmeron, & Cano proxime citati, Ludovicus de Torres, 1. part. *Select.* disp. 2. dub. 1. & apud ipsum alij, qui hanc Apostoli rationem præ multis vt probabile argumentum notant, producit, & expendunt; quod in hoc Actorum textu idem ipse Salmeron tract. 12. sic expressit de S. Petro loquens: *Probabile producit argumentum à communi more sumptum, quod solidum esse solet, &c.* Similiter ibidem Gaspar Sanch. n. 35. *Est autem (inquit) argumentum hoc topicum sumptum ab eo, quod*

Bbb2

ii

in usu frequens est; neque eo loci commodior, aut gravior vlla ratio afferri potuit, &c. Atque huius quidem generis probabilia vocantur argumenta, vt ex iure confirmat Abulens. ad Matth. cap. 25. q. 233. Quæ non necessario probant, sed arguunt, &c.

Nec minus nota est apud Sacros Doctores illa Pauli argumentatio, qua Christi filiationem probat, ad Hebr. cap. 1. v. 5. ex 2. Reg. 7. v. 14. Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium: quod vt probabile, ac topicum argumentum observant, ac tuentur Medina, lib. 6. de Rect. in Deum fide, cap. 25. Cano, lib. 2. de Locis, cap. 11. §. Posterius. & alij, quos refert Sherlogus Anteloq. 11. in Cant. sect. 5. n. 45. Tena, in eum loc. diffic. 11. sect. 2. Salmeron, disp. 7. §. secundo modo, Ribera ibid. n. 55. Iustinianus n. 5. in quibus non omnino prætereundæ sunt aliquorum sententiæ: etenim Cano sapienter affirmat: Argumentum inde probabile duci, quod nemo sanè doctus negare potest: quod enim Rhetores argumenta verò similia certis, & exploratis adiungunt, id Apostolus quoque fecit, &c. Et hanc ipsam causam adhibuit Salmeron.

Expressit adhuc clarius Apostoli mentem in hac argumentatione Doctor Tena, n. 19. ita subiiciens: Commune esse omnibus doctrinis argumenta necessaria, addere probabilia, & ita Paulus hic, postquam efficaciter probavit filiationem naturalem Christi respectu Dei ex illo Psalm. 2. Filius meus es tu, &c. adduxit argumentum probabile, 2. Reg. 7. Ego ero illi in Patrem, &c. hausit ille hanc notationem ex nostro Ribera, qui & insuper addit: Hoc persape fieri in Evangelio, & in Epistolis, & in reliquâ Scripturâ, etiam cum argumenta necessaria non procedunt, aded perspicuum est, vt probandum non sit: hæc ille.

Sisto igitur, & à plurium exemplorum geminatione tempero claudens cum Gaudentio Brixienti Præfat. in suos tract. Sunt & plurima istius modo sparsa per totum corpus Sanct. Scripturarum, quæ studio brevitatis securus prætereo, quoniam scienti legem loquor, qui ex paucis instructus testimonijs, facile possit similia exempla colligere.



QUALITER AVCTORITAS,

& ratio conferantur, & usurpentur à Sacris Doctores,

exponit

SEMITA III.

VESTIGIVM I.

QVIS VTRIVSQUE MODVS,

seu habitus inter se?

ALtam vtriusque originem primum indaganti statim occurrit Tullius, lib. Topic. Auctoritatis antiquitatem ex temporum vetustate præferens: Ad faciendam enim fidem (inquit) Auctoritas quaritur, sed Auctoritatem, aut naturam, aut tempus. affert, &c. Vbi quod notat in loco Boëtius lib. 6. Posteriores partem in tempore posita Auctoritatis divisit, & evidentissimis patefecit exemplis. Quæ tu consulas, nam mihi præstò est S. Augustinus, lib. 2. de Ordin. cap. 9. sic fatus: Tempore Auctoritas, re autem ratio prior est, & iure quidem ille statuit, stimandam antiquitate temporum Auctoritatem, & canâ longævitate suspiciendam: pergit ulterius vtramque inter se comparans, atque componens: Itaque quamquam bonorum auctoritas imperita multitudini videatur esse salubrior; ratio verò aptior, eruditis tamen, &c. Cur verò sit imperita, sed tamen discendi cupidis utilior auctoritas, statim addit: Evenit vt omnibus bona magna & occulta discere cupientibus non aperiat nisi auctoritas inuam &c. Quam postquam ingrediantur, mox efficaciam, atque virtutem rationis agnoscent, subdit Augustinus: Per quæ cum docili factus fuerit, tum demum discet, & quantâ ratione prædicta sint ea ipsa, quæ secutus est ante rationem, & quid sit ipsa ratio, quam post-auctoritatis cunabula firmus, & idoneus iam sequitur, atque comprehendit, &c.

Qualiter vtraque se habeat erga hominis mentem, breviter, & argute discutit idem S. Doctor, lib. de *Vilit. Credend.* cap. 1. his verbis: *Quod intelligimus igitur debemus rationi; quod credimus, auctoritati. &c.* Qua de sententiâ videndus lib. 1. *Reract.* cap. 14. & illam quidem hæc ad argumentum inculcant, & expendunt. S. Thomas in *Proem. Boëtij de Trinitate*, S. Bonaventura, in *Breviloquio*. c. 1. & in *Prolog. lib. Sentent.* q. 2. ad 4. Gregor. Ariminensis lib. 9. 1. art. 4. quod ipsum breviter, & acutè tradit S. Bernardus lib. 5. de *Considerat.* cap. 3. *Intellectus rationi innititur; fides, auctoritati.* Rursum lib. 1. de *Liberò arbitr.* cap. 3. sic adversarium interrogat Augustinus: *Nam ad auctoritatem legi confugiendum censet hominibus, iam non tantum credere, sed intelligere cupientibus?* Quod sic explicat nuper citatus Ariminensis: *Quasi dicat, nullo modo; vbi manifeste innuit, quod probatio per auctoritatem non scientiam, sed tantummodo fidem aggenerat.* Favet ibid. Gabriel q. 7. not. 2.

Tradit his consona S. Idem Doctor, lib. de *Vera Relig.* cap. 24. sic de animæ medicinâ locutus: *Distribuitur enim in auctoritatem atque rationem: auctoritas fidem flagitat, & rationi preparat hominem; ratio, ad intellectum, cognitionemque producit, &c.* Sic ille: videndus etiam in *Enchirid.* cap. 4. S. Gregor. Magnus, lib. 16. *Moral.* cap. 27. & Nazianz. *Orat.* 34. n. 68. S. Hilarius, lib. 3. de *Trinit.* Richard. Victorin. lib. item, de *Trinit.* 1. cap. 1. sapienter omnes.

At latum inter vtramque discrimen pro re nata dignavit acumen Augustini, lib. de *Quantit. Anim.* cap. 7. *Aliud est enim (inquit) cum auctoritati credimus, aliud cum rationi: auctoritati credere magnum compendium est, & nullus labor.* Satim de tardioribus loquens, addit: *Tales enim homines, quorum profecto maxima multitudo est, si ratione velint verum comprehendere, similitudinibus rationum facillimè decipiuntur, & in varias, noxiasque opiniones ita labuntur, vt emergere inde, ac liberari, aut nunquam, aut agerrimè queant; his ergo vtilissimum est, excellentissimam auctoritati credere, &c.* Demum profectus claudit: *Qua tibi persuasisti ratione, pervenire ad veritatem, multi, & longi circuitus tibi tolerandi sunt, vt non ratio te adducat, nisi ea qua sola ratio dicenda est, idest vera ratio, &c.* Sic ille de vtriusque collatione ingeniosè disputabat: quibus adde, quæ pro re tradit. Aenensis, 1. part. *summ.* q. 2. memb. 3. art. 4. ad 2.

Sic ingeniosè contulit vtramque Richardus Victorin. lib. de *Trinit.* cap. 1. *Rerum notitiam modo triplici apprehendimus: nam alia experiendo probamus; alia ratiocinando colligimus; aliorum certitudinem credendo tenemus; & temporalinm quidem notitiam per ipsam ex-*

pe-

peritentiam apprehendimus; ad æternorum verò notitiam modo ratiocinando, modo credendo assurgimus: nam quædam ex his, quæ credere iubemur, non modo supra rationem; verum etiam contra humanam rationem esse videntur, nisi profundâ, & subtilissimâ indagacione discutiantur; vel potius divinâ revelatione manifestentur: in horum itaque cognitione, vel assertionem, magis inniti solemus fide, quam ratiocinationem, auctoritate potius, quam argumentatione, &c. Quid aptius ad germanam vtriusque comparationem potuit excogitari?

Adest Richardo Lunilius, lib. 2. de part. *Divin. Leg.* cap. 30. rationem, ac fidem, quæ tota nititur auctoritati, sic ingeniosè componens: *Fides nostra super rationem quidem est; non tamen temerarie, & irrationabiliter assumitur: ea enim qua ratio docet, fides intelligit; & vbi ratio defecerit, fides præcurrit; non enim vtcumque audita credimus, sed ea, qua ratio non improbat; verum quod consequi ad plenum non potest, fidei prudentiâ consistemur.* Hæc ille: quibus plura mirè consona tradit S. Thomas lib. 1. *Contr. Gent.* cap. 7. factâ rationis cum fide insigni collatione.

Legas & illam Gilberti Abbatis serm. 4. in *Cantic.* ex quo ita captim: *Bonus quidem rationis circuitus; sed quando ratio ipsa intra fidei regulas se continet, & eius terminos non excedit, de fide ad fidem, vel de fide ad intelligentiam pertingens; intelligentia quidem, & si fidem excedit, non tamen aliud contuetur, quam quod fide continetur. Fides veritatem testam tenet, & possidet, intelligentia revelatam contuetur, ratio conatur revelare: ratio inter fidem, intelligentiamque discurrrens ad illam se erigit; sed ista regit: ratio plus aliquid, quam credere, vult: quid aliud? Conspicere: aliud cernere; non tamen aliud, quam quod fide conficit, conspiciere conatur. Ratio supra fidem conatur, fide tamen nititur, fide colibetur. Et, vt sic dicam, fides tenet, tuetur ratio: intelligentia intuetur: bonus iste circuitus, in quo mens rationis ductu per vestigando procedit, sed à fide non recedit, instructa à fide, & restricta ad fidem: erronea planè, si non cuncta ad eius referat examen, & citum rationis incessum ad fidei maturitatem castiger, &c.* His ille fidei, rationisque comparationem argute persequitur: quibus etiam opinionem addit S. Bernardus, lib. 5. de *Considerat.* cap. 3. & Ghislerius pro ratione scientiam substituens ad *Cant.* cap. 1. v. 16. *Expsist.* 2.

Et alia non minus appositè meditatus est Lactantius lib. 2. *Divin. Instit.* cap. 7. super quandam Tullij dissertationem lib. 3. de *Nat. Deor.* vbi cum de Religione orta esset disceptatio, sic ad Balbum sermo versus inducitur: *Habes quid certis quid Pontifex sentiat; fac nunc ergo intelligam; quid sentias: à te enim Philosopho, rationem*

accipere debeo religionis; maioribus autem nostris, etiam nullâ ratione reddita credere, &c. Hoc est sola ipsorum auctoritate duci, de quibus ita differit argutè Lactantius eius sententiæ Auctorem allocutus.

Si credis (inquit) cur ergo rationem requiris, quæ potest efficere, ne credas? Si verò rationem requiris, & quarendam putas; ergo non credis; ideo enim requiris, ut eam sequaris, cum inveneris; doceat ecce te ratio, non esse veras religiones, quid facies? Maiores ne potius an rationem sequeris? quæ quidem tibi non ab alio insinuata, sed à te ipso inventa, & elata est, cum omnes religiones radicitus eruiisti: si rationem mavis, discedere te necesse est ab institutis, & auctoritate maiorum, quoniam id solum rectum est, quod ratio præscribit, &c. Sic ille rationis, & auctoritatis inter se vires expendit, ac mutuo componit.

Sanctus quoque Bonaventura Princip. in lib. Sacra Script. sparsis aliorum sententijs, sic illas inter se comparabat; unde hæc decerpit: In cognoscibilibus, seu opinabilibus, illud quod auctoritatem non habet eadem facilitate contemnitur, quæ probatur, ut Hieronymus dicit, nisi fuerit evidenti ratione suffultum &c. Licet autem locus ab auctoritate concludens infirmus, & inartificialis appelletur, pro eo, quod non proprio argumento, sed aliunde parato testimonio utatur, qui arguit: ut Boëtius docet; plerumquæ tamen auctoritate proborum ratio sua credulitatis assensum citius exhibet, quam disputatione communi; ut pulcherrimè docet Tullius.

Et hoc quidem in notitia fidei manifestum est: ubi cum ratio verissima licet profundissima lateat, secundum Richardum, ipsa tamen vis auctoritatis ad assentiendam inclinatur, quia quæd scimus, & intelligimus rationi: quod verò credimus, debemus auctoritati. Hactenus ille. Tu consule S. Hieronym. ad Matth. cap. 23. v. 35. Boëtium lib. 6. Topic. Richard. Victorin. lib. 1. de Trinit. cap. 1. & 4.

Uvant, & ad exornandam vtriusque collationem istæ differentium sententiæ. Seneca Consolat. ad Marciam. cap. 2. præcepta morientis, exempla quæ componens, quorum illa rationem, hæc auctoritatem spectat, ita prudenter: Scio à præceptis incipere omnes, qui monere aliquem volunt, & in exempla discurrere; mutari hunc in verum morem expedit: aliter enim cum alio agendum est: quosdam ratio ducit: quibusdam nomina clara opponenda sunt, & auctoritas, quæ liberum non relinquat animum &c.

Occurrit Tullius lib. 1. de Natur. Deor. ita differens: Quin etiam obest plerumque ijs, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere præsentant; desinunt enim suum iudicium adhibere: id habent ratum, quod

quod ab eo, quem probant, iudicatum vident, &c. Id est: qui solâ ducuntur auctoritate iudicij sui rationem nequaquam exerunt.

Hinc opportunè Franciscus Petrarcha, lib. 2. Epist. 18. adversus superum operum obtrectatorem ita canebat.

*Vel nostros damnare ferox, iam desine versus;
Vel dictum ratione proba; si displicet Auctor;
Illa placebit enim; sed quid rationis ad hostem.
De ratione loquor? &c.* Sic ille.

At, tu, si pulchram vtriusque collationem desideras, lege Rodericum Dolma, lib. 3. de Auctorit. Sacra Script. cap. 3. Cano lib. 9 de Locis, cap. 1. & sequent. Salmeron, tom. 8. tract. 2. loco 3. Gillium, lib. 1, tract. 7. cap. 1. num. 2.

Denique quam male vtramque tractare soliti sint inepti quendam disputatores, leges apud Claudianum Mamerc. lib. 1. de Stat. Anim. cap. 1. sic illos festivè traducunt: Si auctoritatem quaras; subjiciunt, istiusmodi causarum secreta adiri nequaquam posse, nisi subtilissimâ rerum indagatrice ratione: si eandem in articulo reposcas, adjiciunt auctoritati potius oportere, concedi; neque naufragiosum propter argumentorum latentes quosdam scopulos, pelagus disputationis intrare. Ita auctoritate rationem, ut auctoritatem obiectu rationis eludunt, & utroque horum ad id utuntur, ut neutro utantur, &c. Videas & alia, quæ satis argutè persequitur.

VESTIGIVM II.

AUCTORITAS CITRA Rationem adducta.

Multorum agmine stipata procedit Auctoritas, vnicam sibi in differendo dignitatem exambiens, & quoniam (ut ex Augustini sententiâ sibi præsumit lib. 2. de Ordine, cap. 9.) Tempore auctoritas prior est, veteres illos Pythagoræ discipulos secum affert in primo comitatu: Quos ferunt (ait lib. 1. de Nat. Deorum Tullius) si quid affirmarent in disputando, cum ex his quæreretur, quare ita esset:

esse: respondere solitos: ipse dixit, ipse autem erat Pythagoras: tantum opinio praeiudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas, &c. De quò quædam ad rem lepidè Ioannes Satisberienf. lib. 5. Politicrat. cap. 12. quantum quoque Platonis auctoritati detulerit idem ipse Cicero, legis Tuscul. quaest. lib. 1. Ut enim (inquit) rationem nullam Plato afferret (vide quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret. Unde lib. 1. de Invent. dum amplificationis præcepta commemorat, ita præmonuit: Primus locus sumitur ab auctoritate, &c. Quod ipsum iterat lib. 2. ad Herenn. cap. 6. auctoritatem verò præalijs assignat, ex Oraculis, ex Vatis, ex Hominibus sapientissimis, ex Legum Scriptoris: quæ omnia vetustatem, & primatum auctoritatis ostendunt.

Sed ut ad sacra traſeamus, optimus differendi Magister Christus Dom. hanc etiam auctoritati dignitatem præ ratione concessit Marti 12. 26. in illa celebri de Resurrectione controversiâ ut breviter; & aptè notat in loco Victor Anthiochenus: Dominus (inquit) humana rationis argumentis missis, ex divina Scriptura fundamentis constituit, &c. Id est solâ auctoritate quæstionem absolvit: quod univèrsim de disputationibus Salvatoris observat Abulens. ad Matth. cap. 21. quæst. 192. ita scribens: Christus, vult facere suas increpationes efficaces, & quia Iudæi multam credebant Scriptura sacra, pius, quam quibuscumque rationibus, &c. Erat potissima argumentatio contra eos ex Sacra Scriptura, & pro hoc quando cumque Christus invehitur contra eos, Scripturam aliquam semper allegat, &c.

Aptissimum est, quod ad rem, eiusdem Salvatoris observat documentum S. Thomæ, 3. p. q. 57. art. 5. & Durandus, in 3. Dist. 22. q. 6. simili quæstionis inscriptione: V. Christus veritatem resurrectionis debuerit argumentis declarare? Quod uterque dubium excitat, ad Act. 1. v. 3. Præbuit se ipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, &c. Atque ut controversiam absolvat, primam acceptionem argumenti sic præmittit S. Doctor: Dicitur argumentum quacumque rati rei dubia faciens fidem, &c. Ex quo sic intulit: Primò igitur modo accipiendo argumentum. Christus non probavit discipulis suam resurrectionem per argumenta, &c. (videlicet ex ratione sumptâ) probavit autem eis resurrectionem suam per auctoritatem Sac. Scriptura: quæ est sibi fundamentum, cum dixit: Oportet impleri omnia, &c. Ut habetur Lucas ultimo, &c. Quod ipsum eisdem pene verbis tradit Durandus, probatque Suarez in comment. art. S. Thomæ.

Sequutus est optimum Præceptorem bonus Discipulus Pau-

Paulus 2. ad Timor. cap. 2. v. 2. hunc disputandi morem ab auctoritate quasi gloriose commendans: Quæ audisti à me (inquit) per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idem erunt, & alios docere: Quibus, ut vides, ad perfectam aliorum doctrinam non excogitatas ingeniose rationes iactat Apostolus, sed factorum testimonium auctoritates, ut explicent ibi SS. Doctores. Hieronymus ita: Quæ dixi, multis Prophetarum exemplis, & testimonijs confirmari. S. Anselmus, id est per multorum testimonia Prophetarum confirmata. Dionys. Carthuf. id est per allegationes Prophetarum, quorum testimonio confirmari, quæ docui, &c. Ecce tibi servatam à Paulo disputandi methodum, ubi tota res auctoritate peragitur, nihil de argumentatione rationis auditur.

Id, univèrsim de stylo eius observat Salmeron, tom. 13. in Epist. Paul. disp. 6. quæ tota est: De modis argumentandi Apostolo familiaribus. Quos inter hunc primo loco numerat: Assumit argumenta (inquit) ut plurimum ab Scripturis, quæ solida sunt auctoritatis, atque illis egregiè disputat ad quodvis persuadendum? &c. In his autem epportunè allegandis frequentissimus est omni Epistolarum volumine maxime verò densâ multorum citatione ad Rom. cap. 3. à v. 9. & cap. 10. à v. 13. & cap. 15. à v. 9. & tota ad Hebr. Epistola, & in reliquis passim: quod omnium disertissimè notavit iam olim Origenes, in Epist. ad Rom. lib. 3. Ut ei moris est (inquit) de Scripturis Sanctis vult affirmare, quod dixerat: simul & Doctoribus Ecclesiæ præbens exemplum, ut ea, quæ loquuntur ad Populum non proprijs præsumptis sententijs (id est non suis fulta rationibus) sed divinis munita testimonijs proferant: si enim ipse tantus, ac talis Apostolus auctoritatem doctorum suorum (id est propriarum rationum) sufficere posse non credit, nisi doceat in lege, & Prophetis scripta esse, quæ dicit. quanto magi nos minimi hoc observare debemus, ut non nostras, cum docemus, sed Sancti spiritus sententias proferamus? Hæc appositè Adamantius, & iure nam ut verè Cassiodorus Prolog. in Psalm. cap. 2. Præsumptuosum est, dicere, quod nullâ possit auctoritate firmari.

Cuius asserti hanc reddit causam Chrysostomus Homil. in Psalm. 95. Nam si quid dicitur absque Scriptura, audientium cogitatio claudicat, nunc avanens, nunc hesitans, & interdum sermonem ut frivolum averfans; interdum ut probabilem recipiens, verum ubi è Scriptura divina vocis prodijt testimoniam, & loquentis sermonem, & audiens animam confirmat. Ita S. Doctor Omagnum auctoritatis robur, ac dignitatem! Aptissimè S. Prosper. lib. 1. de Vocat. Gent. cap. 2. Ad sequendam veritatem auctoritas sufficit, etiam latente ratione.

Quan-

Quantum ergo auctoritati deferendum sit, discas ab Augustino, qui hanc vnam ad sapientiam esse viam disertè fatetur, lib. de *Vitiis*. *Creden*. cap. 16. sic illam commendans: *Sola est auctoritas, quæ commovet stultos, ut ad sapientiam festinent, &c.* Atque hinc Sacri Doctores cum exortas de divinâ Scripturâ controversias agitant, ut ad veram sapientiæ semitam discentes adducant, rationes quidem omittunt, vnius ostendunt lucem auctoritatis: quorum ego è plurimis quosdam indicabo.

S. Cyrillus Hierosolymit. cateches. 17. *Ingenue fatemur* (inquit) *nos non humanis ratiocinationibus vsuros; verum ea tantum, quæ sunt in sacris Scripturis, commemoraturos: hoc enim est tutissimum, &c.* Hanc ipsam argumentationis securitatem agnoscit, & suadet S. August. lib. 10. de *Genes. ad Lit.* cap. 4. quamdam de Animæ quæstionem ex Sac. Scripturâ discutiens, quam claudit: *Tutius est igitur de huiusmodi rebus non humanis agere coniecturis; sed divina testimonia perscrutari, & iterum lib. 3. de Doctr. Christ.* cap. 28.

S. Chrysost. tom. 5. Homil. 6. *Contra Anomao*, post alia ad rem subdit: *Quæ propter rationes, accepta sunt, etiam si vera sint, nondum tamen satis certa argumenta dignamque fidem animæ afferunt; proinde quia tanta rationum infirmitas est: age, scripturis contra adversarios pugnemus.*

S. Iustinus Mart. *Dial. cum Tryphon*, sic adversarios allocutus super excitatâ de sacro textu quæstione: *Scripturis vobiscum acturus sum, non verborum apparatus artem ostentaturus, &c.* Artem, inquit, dialecticè disputandi, quod statim indicat ita subiiciens: *Si id humanis argumentis tentarem evincere, ferre non deberetis: quod si Scripturas id prædicantes toties vobis ingerens, ut eas agnoscatis postulo, &c.* Harum mox testimonia producit.

S. Hieronym. Epist. 61. *Acervata* (inquit) *testimonia ponam, cursimque perstringam, ut totum contra venenatam argumentationem scripturarum pondere dimicemus, &c.* Iure ille totum argumenti pondus in Sacræ Scripturæ auctoritate constituit, quæ rationi præponderat: rursus lib. *advers. Helvidium*. ita præloquitur: *Non Dialecticorum tendiculas, neque Aristotelis spinera conquiritimus* (hoc est spinosas syllogismorum argutias) *ipsa scripturarum verba ponenda sunt, &c.* Id est solis Scripturæ testimonijs agendum: videas etiam lib. 1. *Contra Iovinian.* & sæpius maxime cum adversus Hæreticos fulminat.

Iterum S. Augustinus in hac re millies audiendus serm. 14. de *Verb. Apo.* cap. 7. sic adversarium effatus: *Sicut homo* (inquit)

non invenisti rationem; fugis ad auctoritatem: approbo, prorsus approbo; bene facis, non invenis, quid respondeas, ad auctoritatem fuge; non ibi te persequor; non inde expello; imo fugientem recipio, & amplector: profer ergo auctoritatem, &c. Quam ille verè, ac festivè! Uidendus etiam lib. 8. de *Genes. ad Lit.* cap. 7. lib. 11. *Contr. Faust.* cap. 2. & alibi frequenter: quin & consentius ad eundem inter augustinianas Epist. 221. ita de Macedonianis rescribit: *Neque Spiritum S. & divinitatis arce detruderent, si Scripturis Sanctis magis, quam suis ratiocinationibus accomodare fidem mallent: tantum mali est auctoritatem rationi non præposuisse: S. Leo serm. 7. de Nativit. cap. 1. vtriusque in Christo naturæ rationem exponens: Abigatur procul* (inquit) *terrenarum caligo rationum, & ab illuminata fidei oculo mundana sapientia fumus abscedat; divina est enim auctoritas, cui credimus: divina est doctrina, quam sequimur, &c.*

Petrus Damian. lib. 5. Epist. 12. suepr eâ, quam tunc versabat quæstione, differens, ita prudentissimè: *Sed ne* (inquit) *argumentationi potius, quam solida veritati videatur insistere, hoc quod proposuimus, per Sacra Scriptura non pigeat exempla monstrare, &c.* Ioannes item Cassianus collat. 8. cap. 5. *Quamquam* (ait) *non tali opinione, quæ alii suspitionibus tantum, & coniecturis colligi solet; sed manifestis scripturarum testimonijs omnia comprobentur, &c.*

Cassiodorus lib. de *Anim.* cap. 8. sic exorditur: *Immortales animas, Auctores secularum literarum multifariè probaverunt, &c.* Sed statim reiectis Philosophorum rationibus ad sacram confugit auctoritatem: *Nos autem* (addit) *immortales esse animas facile veridicis lectionibus approbamus, &c.* Quod ipsum in eadem materiâ fecere laetant. lib. 7. *Divin. Instit.* cap. 8. Nemesius lib. de *Nat. Hom.* cap. 2. atque regium hoc iter differendi frequenter ingressi sunt plures, quos cursim observatos, cursim indico: S. Cyprian. Præfat. de *Exhort. Mart.* Origenes Homil. 13. in *Exod.* S. Ambros. Procem. in lib. de *Fide*, S. Bernard. Epist. 98. S. Basil. Epist. 37. Lactant. lib. 3. cap. 1. S. Hilar. lib. 12. de *Trinit.* Alcuinus lib. 4. *Cont. Felic. Virgel.* Lancfrancus lib. de *Euchar.* S. Bruno, serm. 1. de *Trinit.* Petrus Celsus. lib. 3. Epist. 4. Faustinus Episc. Procem. in lib. de *Eide*, Hugo Victorin. Præfat. in *Summ. Sent.* Richardus item Victor. *Beniamin.* cap. 81. Rodolphus Decan. Tungrens. lib. de *Canon. observant.* à Proposit. 2. cum sequent. & plures, quos indicavi part. 1. Prænot. 4. §. 12.

Horum in agmine multos etiam ante se Scriptores computat, Præfat. in lib. *Divin. Lect.* Cassiodorus: *De locis obscurissimis*

inquisitos exemplis tantum auctoritatis divinae solvisse propositas quaestiones, & scienter ille tantum, inquit, exemplis divinae auctoritatis, hæc enim una est, cui præ rationibus inniti debeant. Biblicarum quaestionum abfolutiones, & Theologicarum difficultatum controversiæ, quem sane scopum præ oculis habuisse reor prædictos Ecclesiæ Doctores, ut ex S. Hilarij sententia coniectari licet lib. 4. de Trinit. unde hæc ad rem nota carptim exscribo: Nemini (ait) dubium esse oportet, ad divinarum rerum cognitionem divinis utendum esse doctrinis (ita Sacras Scripturas appellat) neque enim scientiam cælestium per semet humana imbecillitas consequetur. Non subeunt ingenia nostra in cælestem scientiam. Ipsi de se: Deo credendum est, & ijs, quæ cognitioni nostræ de se tribuit obsequendum. Aut enim more Gentilium denegandus est, si testimonia eius improbantur. Cessent itaque propria hominum opiniones, neque se ultra divinam constitutionem (idest Scripturæ auctoritatem) humana iudicia extendant, sequamur ergo ipsas illas divinarum dictorum auctoritates, & unumquodque eorum, ipso, de quo queritur, Auctore, tractabimus, non ad fallendam, & male imbuedam audientium imperitiam quasdam verborum enuntiationes (hoc est argutias) subtractis eorum causis: captantes. Ita prudentissime S. Hilarius. Addi ex prophanis Symachum lib. 4. Epist. 27.

VESTIGIVM III.

RATIO ABSQUE

Auctoritate probata.

Excellentè de more, & stylo Tertullianus lib. de Pœnit. cap. 1. rationis originem, vltim, ac virtutem extollit: ita de quibusdam Pœnitentiæ vim ignorantibus elocutus: Cæterum à ratione eius tantum absunt, quantum ab ipso rationis Auctore: qui ipse res Dei ratio: quia Deus omnium conditor nihil non ratione providit, disposuit, ordinavit: nihil non ratione tractari, intelligiquè voluit: & verè ille rationem Dei rem esse dixit, cum Deus totus ratio sit, quod probat aptè Lactantius, lib. de Ira Dei, cap. 10. Quicquid est enim (ait) quod habet rationem, ratione sit ortum necessè est: ratio autem sentiens, sapientisquè natura est; sapiens verò, sentiensquè natura nihil potest esse, quam Deus. Ita Firmianus: unde sapienter inferas: Deus

igi-

igitur nihil non ratione tractari, intelligiquè voluit & cuncta ergò ratione tractanda, & intelligenda sunt: præstat igitur in rationalibus, atque antecellit Auctoritati ratio, etenim ratio sapientis natura est.

Et hinc fortassè, quod non ineptè suspicaberis, cum Sapientiâ Rationem copulavit Salomon Eccles. cap. 7. v. 26. *Lustravi universa animo meo ut scirem, & considerarem, & quærerem Sapienciam, & rationem.* Quæ sic ad rem commentatur Cardinalis Hugo: *Rationem, idest causam, & probationem, &c. vel sapientiam, & rationem, idest rationabilem sapientiam, &c. vel sapientiam, qua rationalis & sapiens essem: quasi hæc sola sapientia censenda iure sit, quæ ratione ducatur; quæ causam & probationem dictorum rationis indagine perscrutetur, quàm qui sequatur rationalis, & sapiens esse solus possit: atque in hanc mentem scitè dictum a Plinio existimo lib. 1. Epist. 12. Ratio sapientibus pro necessitate est: ac sic clarius afferat; ratio sapientes cogit, & urget etiam citra Auctoritatem; nihil enim voluit Deus, non ratione tractari, intelligiquè, &c.*

Probat hanc eius excellentiam frequens reddendæ rationis vsus, qui in Canonicis etiam Auctoribus invenitur, cum aliqua disputatio incidisset: sic Paulus Apostolus, cum de rebus Fidei differeret sæpissime dicitur reddidisse rationem, A. Cor. cap. 22. v. 1. cap. 25. v. 8. cap. 26. v. 1. & 24. quod idem ipse consuluit ad Roman. cap. 12. v. 6. & expressè S. Petrus Epist. 1. cap. 3. v. 15. *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, qua in vobis est spe.* Quo autem modo rationem poscentibus reddere debemus, explicat ibidem Beda: *ut & iustas spei, ac fidei nostræ causas omnibus intimeremus: hoc verò exhibitâ potissimû. in ratione fieri, nemo dubitat: quod in loco notat etiam Carthusianus, atque ex hoc Petri textus ratiocinationem probant in Doctrina Sac. Scripturæ S. Thomas in Proæm. Boëtij de Trinit. q. 2. art. 1. sed contra, & in Prolog. lib. sentent. q. 1. art. 5. S. Bonavent. ibidem, q. 2. in sed contra. Alensis, 1. part. summ. q. 2. Memb. 3. art. 4. corp.*

Penitissimam Petri mentem aperuit S. Clemens Roman. lib. 2. *Recognit.* sic illum cum Simone Mago differentem inducens: *Noli putare quòd ex fide sola recipienda esse dicamus, si d. ex ratione asserenda: neque enim tantum est nudo hæc fides absque ratione committere, cum vitæ veritas ratione non careat. & idè qui hæc ratione nuntiata susceperit, perdere eam nunquam potest, &c.* statim addit: *qui autem rationem quasi vitæ rationem credidit & accepit, quasi vinculum quibusdam rationis pñu colligit: nunquam vitæ, qua credidit, divelli, aut separari potest, & idè quanto quis prop. nñi fuerit in experendâ ratione, tanto erit firmiter:*

firmior in conservanda fide. Hactenus ille: Tu de præmissa Petri sententia lege quædam apud Salmacon tom. 8. tract. 3. & tom. 16. disp. 5^a.

Deniquè, quod summum omnium est, ipse Christus Dominus cum tantæ esset Auctoritatis, suam innocentiam ratione maluit asserere: sic illam auspicatus Ioan. cap. 8. v. 46. *Quis ex vobis arguet me de peccato, &c.* Homil. 18. *Non dedignatur, ex ratione ostendere, se peccatorem non esse, &c.* quin & Origines tom. 25. in Ioan. eius rationis magnitudinem ac profunditatem miratus ita scripsit: *simul, atque profundior, ac maior, quam pro captu ipsorum explicata fuerit illis ratio, &c.* Sanctus etiam Thom. vt acutè Scholasticus ipsius artificium indicavit ibidem lect. 7. verba Salvatoris ita distinguens: *Circa primò, tria facit; primò ponit Questionem; secundò assumit rationabilem propositionem; Tertio inserit intentam conclusionem, &c.* quæ statim singula Diacriticè discutit.

Rursum Ioan. cap. 7. v. 23. memoratâ legis Auctoritate de præcepto Circumcisionis, sic arguit Bonus Magister: *Si Circumcisionem accipit homo in Sabbato. vt non solvatur Lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato?* in quâ etiam argumentatione prælatam ipsius Christi Auctoritati rationem observat Simon de Casia, lib. 11. cap. 28. & ab illo tunc differente præhabitam: *Rationem* (inquit) *reddendo Christus disceptabat. humilitatem agens, qui poterat Auctoritate superare, &c.* quæ leges ibidem ad rem opportunè: subditque statim: *huiusmodi modum servavit in omnibus Iesus. quoniam invalida est ratio, quæ superioris Auctoritate fulcitur.* Prudenter ille: plus igitur rationi, quam Auctoritati deferendum est, in disputatione Biblicâ.

Quo autem loco, & pretio habita sit olim apud Ecclesiæ Scriptores præ Auctoritate ratio, subiectæ ipsorum sententiæ, aperte docebunt: Tertullianus, antiquitate venerandus Auctor, lib. *de carn. Christ.* adversus Marcionem eius impugnatorem acturus, sic primò illum alloquitur cap. 2. *Nunc ex abundantia retrahemus, de siderantes rationem, quâ non putaveris natum esse Christum:* ideoque à ratione illum acriter vrgere aggreditur cap. 3. 4. & sequent. post cap. 10. & *hic itaque causas requiro, &c.* idest rationem exigo; rursumque cap. 11. tandem, cap. 17. ita Claudit: *ante omnia autem commendanda erit ratio, quæ præfuit, vt Dei Filius de Virgine nasceretur, &c.* Ecce tibi qualiter adversus fidei desertorem, & impugnatorem veritatis agat sapientissimus Auctor; nempe omisâ testimoniorum Auctoritate, toto rationum, causam, & argumentorum pondere incumbit.

Hinc

Hinc S. Hieronymus Proœ n. in Epist. ad Galat. Albinam nobilem, ac eruditam Fœminam iure commendabat, quod in discedendo, rationem Auctoritati præferret: *Neque verò (ait ille) more Pythagorico quidquid responderam, rectum putabat; nec sine ratione præiudicata apud eam valebat Auctoritas.* O dignam maximo ingenio laudem! & merito quidem, nam vt opportunè Lactantius lib. 2. *Divin. inst.* cap. 7. *cum sapere, idest veritatem querere omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt, qui sine vlllo iudicio (hoc est, sine rationis indagine) inventa maiorum probant, & ab alijs. pecudum more ducuntur, &c.* idest sola veterum nituntur Auctoritate, ac testimonio: ea propter Ioannes Sarisberien. disertus quondam Scriptor, Prolog. in lib. 7. *Polycrat.* in eâ sententiâ fuit; vt *examinatione veri suum cuique iudicium liberum referretur, & inutiis scribentium censeatur Auctoritas: vbi sententia potior refragatur, &c.* Sententia nempe potiori ratione firmata, cum differenti subveniat, non adedò magnificienda erit adversantis Auctoritas.

Ideo quoque Claudianus Mamerc. lib. 1. *de statu Anim.* cap. 1. prudentissimè suggillat nimiam quorûdam pertinaciam in aliorum sententijs è vestigio sequendis, vt semper ab Auctoritate pendeant: nullibi rationem dictorum, aut expectent, aut exhibeant: *si eosdem* (inquit) *paulo strictius arctum disputationis includat, aiunt, quosdam esse sanctorum, quibus huiusce modi sit facillimum solvere quæstiones; se ab alienâ magis Auctoritate pendere: illud se maxime, quod alius sanxerit, secuturos: hac quis ferat? &c.* At non tulit sanè magnus Doctor Augustinus, qui in *Psalm. 103. conc. 3.* ita sibi cavebat: *modo si dicam vobis, credite, hoc enim dixit Cicero, hoc dixit Plato, hoc dixit Pythagoras, quis vstrum non iridebit me? &c.* Et quibus paria scripsit ad *Psalm. 140. v. 6.* *irridendus plane, qui nihil rationis differendo proferat tantum sub alienæ Auctoritatis vmbra meticulosus delitescat.* Hinc modestè pariter, ac verè de suis etiam scriptis ita idem sentiebat S. Augustinus lib. 2. *de ord.* cap. 10. *Ne in eis quasi Auctoritatem meam iure contemnant: nam mihi omnino illos nolo credere, nisi docenti, rationemque reddenti, &c.* Ecce quantum rationi præ Auctoritate detulit sapientissimus Præceptor,

Unde prudenter S. Prosper Aquitanic. Proleg. in lib. 2. *de vita contempla.* quosdam Scriptorum iniquos estimatores incusabat: *Qui magis* (inquit) *quis dicat, quam quid dicat attendunt; nec rationem dictorum, sed dignitatem dicentium pravâ examinatione discutunt, &c.* Hoc est asserentium Auctoritatem duntaxat aspiciunt; rationis pondus non examinant; cui sententiæ similia tradunt Salvianus

Ccc

Præ-

Præfat. in lib. 6. ad Eccles. Cathol. Primalius Prolog. in Apocal. Rupertus lib. 7. in Matth. Angelomus Præfat. in lib. 6. Reg. Ioannes Sarisberienf. lib. 7. Policrat. cap. 9. ita pro multis discreto: *Quid enim dubitat, qui iuratus in verba Magistri, non quid, sed à quo quid dicatur, attendit? &c.* Addit postmodum: *Nec rationibus acquiescit, quem Doctoris captivavit opinio: quicquid ille prouulit, authenticum, & sacrosanctum est. &c.* Ad eò pluribus olim cordi fuit, non expenso rationis momento vni tantum auctoritati asserentis insistere; quod merito ab his Patribus accusatum animadvertis.

Richardus Victorin. lib. 1. de Trinit. altissimum hoc mysterium explicare aggressus, cap. 4. sic inscribit: *Modus agendi in hoc opere, non tam auctoritates inducere, quam ratiocinationi insistere: Quod sic ad rem exorditur: Erit itaque intentionis nostræ in hoc opere ad ea, quæ credimus, in quantum Dominus dederit, non modo probabiles, verum etiam necessarias rationes adducere, & fidei nostræ documenta veritatis enodatione, & explanatione condere, &c.* Vides in differendo quantum rationi commiserit, qui huic vni tantum innixus auctoritatem se transiturum pollicetur in capituli inscriptione.

Ab hac etiam obstinuisse videntur illi, de quibus S. Gregorius lib. 16. Moral. cap. 27. *Quia plusquam necesse est, de suis sensibus præsumunt, sape in fide, quam accipiunt, ea, quæ non capiunt perferunt, ut ratione, magis in Deo, quam fide (idest afferentis auctoritate) teneantur, &c.* Ingeniosè illi ratione potius adstringi studebant, quam auctoritati subijci. S. Augustinus, in Princip. Rhet. cap. 10. de orationis exordio adversus Hermagoram differens, ita censuit: *Sed mihi longe aliter videtur, & peccanti viri dixerim; neque enim est semper spectanda auctoritas, utique cum ratione vincatur.*

Hinc pariter Philosophos admonerat Lactantius lib. 3. Divin. Instit. cap. 13. veram sapientiam adepturos: *Non trahantur (inquit) auctoritate cuiusquam, sed veritati potius faveant, & accedant, &c.* Iure illi Veritati censuit accedendum, quæ solius ductu rationis erantur, non cuiusque tantum auctoritate trahendos.

Abulensis in 1. Paralip. cap. 5. quæst. 18. hanc veluti causam adhiberet prædictorum: *Quia nihil valet cuiuscumque auctoritas, ubi apparet veritas (nempe ratiocinio firmata) cum auctoritas non probet nisi per præsumptionem; veritas autem manifesta faciat probationem necessariam, &c.*

Vnde

Vnde sapienter S. Thomas, in Procem Beati de Trinit. q. 2. art. 3. ad 8. de Gentilium Scriptorum testimonijs agens, ad sacra pertinetia producendis, ita vniuersim præmonuit: *In quantum sacra doctrina videtur Phisicis documentis propter se, non recipit ea propter auctoritatem dicentium, sed propter rationem dictorum, &c.* Nihil enim faciendum esset Ethnicorum auctoritas, nisi rationis pondus pretium ipsis conciliaret.

Ethici quoque Scriptores sacrorum sententiæ suffragantur: Socrates, apud Platonem in Phædro cum celebris incidisset quæstio, suum ita sensum protulit: *Oportet autem præter Hippocratem (idest suppositâ eius auctoritate) considerare vtrum disputationis nobis ratio constet.* Tullius, lib. 1. de Nat. Deor. in aliâ pariter controversia: *Non enim (inquit) tam Auctores in disputando, quam rationis momenta querenda sunt.* Cornelius Tacit. Annal. lib. 14. *Libet argumenta conquirere in eo, quod sapientioribus deliberatum est, &c.* Id est, eius, quod ab antiquis decretum, ac pronuntiatum invenitur, momenta, rationesque perferuntur fas est: Velleius Patere lib. 2. Hist. ita: *Sed quamquam in Auctore satis rationis est; tamen ratio quemlibet magnum Auctorem facere.* Bellè: sola ergo ratio commendat Auctorem? Scitè Plinius lib. 1. Epist. 20. super excitatâ tunc controversiâ tacitum affatus: *Hæc est (inquit) hæc sententia mea, quam mirabor, si dissenseris tu; sed plane cur dissentias, explices rogo; quamvis enim credere auctoritati tuæ debeam, rectius tamen arbitror in tantâ re, ratione, quam auctoritate superari.* Seneca, Epist. 33. adversus eos, qui ab alienâ semper auctoritate pendentes, nihil, ut propriæ rationis foetum proferunt in lucem: *Turpe est enim (inquit) ex commentario sapere: hoc Zeno dixit, tu quid? Hoc Cleantes, tu quid? Quousque sub alio moveris, & impera & dic quod memoriæ tradatur: aliquid & de tuo profer: omnes itaque istos nunquam Auctores, semper interpretes, sub alienâ umbrâ latentes, nihil puto habere generosi, &c.*



VESTIGIVM IV.

AUCTORITAS ANTE

Rationem proposita.

PRæmittendam in argumentis auctoritatem rationi, sic vniversim statuit S. Augustinus lib. 1. de Moribus Eccles. cap. 2. his verbis: *Natura quidem ordo ita se habet, vt cum aliquid discimus, rationem precedat auctoritas: nam infirmaratio videri potest, qua cum reddita fuerit, auctoritatem postea, per quam firmeretur, assumit, &c.* Acute ille probat intentum: in eadem est sententia S. Chrysostomus, Oper. Imperf. in Matth. Homil. 42. *Calumniatoribus primum oportet in aliqua quaestione auctoritatem Scripturae proferre, deinde rationem exponere; non prius rationem, postea auctoritatem, &c.* Cuius præcepti fundamentum illud est, quod vt observat ex oratorum doctrinâ Carol. Regius, Orat. Christ. lib. 8. cap. 1. *Inter argumenta, qua ad rem nostram confirmandam assumimus, firmissimum quodque primo loco ponendum: at qui nullum firmitus argumentum, quam quod à legis auctoritate sumitur, vt Tullius, lib. Topic. docet: Quoniam lege firmitus in controversijs disceptandis esse nihil debet; danda est opera, vt legem adintricem, & testem adhibeamus, &c.* Iure igitur: *Primum oportet auctoritatem Scripturae proferre, deinde rationem* Maximè cum inter Catholicos agitur, vt disertè docuit Cane lib. 12. de Locis, cap. 12. in 3. præcept. *Apud nos (inquit) qui Christianos discipulos instituumus, primas partes auctoritas habet, secundas, ratio, &c.*

Venit igitur ex Christi scholâ hæc institutio: nam Ioann. cap. 10. vt suam ipse divinitatem assereret, primum v. 34. auctoritatem in ducit ex Psalm. 81. 6. *Nonne scriptum est (inquit) in lege vestra: ego dixi dii estis &c.* Mox ex ipsâ rationem instituit v. 35. sic inferens: *Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, &c.* Quod sic opportunè notabat Simon Cassianus lib. 11. in Evang. cap. 44. *Nomine legis, omnis Scriptura veteris Testamenti intelligitur, cuius Christus vitur argumento, vt validet, quod dixerat, se vnum esse cum Patre, & resculpat perfidiam Iudaorum.* Ecce auctoritatis allegationem, quam mox sequitur ratio: *Ideo (pergit ille) Quia sic scriptum est in lege, includit eos infra terminos rationis adijciens. Si illos dixit Deos, &c.* Demum claudit: *Per argumenta invincibilia se Dei Filium*

liam asserit. Vides argumentationis Methodum, in qua rationem præcedit auctoritas; quam, & notavit in loco Liranus: *Excludit (ait) crimen blasphemiae sibi impositum, & hoc dupliciter; primo, per Scripturam; secundo, per rationem, ibi: si non facio opera Patris mei, &c.*

Hanc quoque secuti sunt Ecclesiae Patres: S. Iustinus Martyr. Dialog. cum Tryphon. ipsum allocutus: *Accedam (inquit) ad probationes, quas postulas (nempe ad rationis argumenta) cum tempestivum fuerit; nunc patieris me prius, memorare Prophetias, quas volo.* Rursum post multa super ostensione Dei ad Abraham, cap. 18. Genes. ita dialogizatur: Tryph. *Perge rationem reddere, quomodo hæc Deus Abrahamo conspectus? &c.* Iustin. *Prius alias probationes ad hoc caput pertinentes adducam, &c.* (nempe de Sacra Scripta sumptas) tum postea reddetur ratio, quam postulas, &c.

Origenes, lib. 1. Periarth. cap. 5. de Angelorum natura tractaturus hanc differendi regulam statuit: *Primum quidem de malis virtutibus, quid Sancta Scriptura contineat, proferamus (id est auctoritatem producamus in medium) tum deinde etiam de ceteris investigabimus, &c.* (ecce rationis indaginem) vt in rebus tam difficilibus, quod magis veritati sit proximum, vel quid secundum pietatis regulam opinandum sit, consequamur. Sic Adamantius, & Philocal. cap. 1. *Ex Scripturis (ait) ad apparentem nobis eorum, qua dicimus, demonstrationem, testimonia assumimus: tum fidem nostram ratione stabilire conamur.*

S. Ambrosius lib. 1. de Fide, cap. 5. adversus Arrium; sic disputabat: *Hæc nempe sunt testimonia Scripturarum (multa quippe in ipsum produserat) aut si habes aliud proferre debebis; superest, vt & argumentis veritas colligatur, &c.* optima nempe disputandi methodus, vt auctoritatis præmissæ testimonia, mox rationis argumenta sublequantur, vt hac argumentationum serie, tali videlicet ordine procedentium veritas colligatur.

Servavit & hunc differendi ordinem ipse quoque S. August. vt planè fatetur lib. 1. de Trinit. cap. 2. *Sed primum (inquit) secundum auctoritatem Scripturarum sanctarum, vtrum se ita Fides habeat, demonstrandum est; deinde, si voluerit, & adiuverit Deus, istis garrulis ratiocinatoribus, &c.* Sic fortasse serviemus, vt inveniunt aliquid, unde dabinare non possint, &c. Quod haud dubio rationum virtute conficitur.

Lactantius lib. 3. Divin. Instit. cap. 1. *Cum enim sit nobis divinis literis traditum, cogitationes Philosophorum stultas esse, id ipsum re, & argumentis docendum est, &c.* Ac si dicat apertius; ad proban-

dam illorum stultitiam post auctoritatis divinæ testimonia, ratione demum, & argumentis agere oportet.

Ioannes Trithemius, tract. de Provident. Dei, hanc probaturus, eadem se viâ ingrediturum pollicetur: *Hanc sententiam (inquit) primò quidem Scripturis, & postea rationibus quantumlibet breviter comprobemus.*

Rursum, S. Augustinus lib. 1. Contr. Crescon. cap. 34 quod libri epilogus est, hâc quoque intercessisse testatur: *Probavi enim (ait) & de Scripturis Sanctis, & quâ potui ratione perspicuâ, &c. Quem secutus est S. Thomas lib. 1. Contr. Gent. cap. 9. hunc differendi modum præscribens: Singularis verò modus convincendi adversarium, est, ex auctoritate Scripturæ divinitus confirmata miraculis, &c. Statim addit: Sunt tamen ad huiusmodi veritatem manifestandam, rationes aliquæ verisimiles indicandæ, &c. Ita Sanct. Doctor iacto primum auctoritatis fundamento, postmodum ratione differendum admonuit.*

VESTIGIUM V. RATIO ANTE AUCTORITATEM ADHIBITA.

HAc disputandi methodo usus est, Christus Dominus adversus Phariseos, ut prius rationem proponeret, postmodum auctoritatem inluceret: Matth. cap. 9. v. 12. *Non est opus valentibus, medicus &c. Euntes autem discite, quid est, misericordiam volo, & non sacrificium? Quod testimonium ex Osee cap. 6. v. 6. sumptum est: & notat in loco modum arguendi S. Chrysostr. Homil. 31. Communibus, & probabilibus (nempe rationibus) primò utitur: denique Scripturas in medium adduxit: cum enim dixerit; non eis, qui rectè valent medico opus est; sed eis, qui male valent (quæ argumentatio à ratione est) & hoc occultè se se ipsum esse medicum declaraverit; tunc adiecit; euntes autem discite, &c. Id est tunc Prophetæ testimonium adhibuit. Brevitèr ibid. Euthymius à communi exemplo (quod ratione vitium) os illis oppressit, &c. Deinde à Scripturâ quoque Prophetiâ persuadet, &c.*

Rursum in aliâ cum Sadducæis controversiâ eundem observavit stilum, Matth. cap. 22. v. 31. nam post adhibitam rationem, ex lib. Exod. cap. 3. v. 6. testimonium induxit: quo super S. Paschas.

chas. lib. 10. in Matth. ita discretè: *Sed prius rationem obicit, quia per ignorantiam putabant, se aliquid scire, ut docet eos clementer, &c. Deinde protulit, ut calumniam eorum contereret, Scripturæ auctoritatem, &c. Unde concludit Paschasius: Et sic nos interrogantibus nos quocumque mentis proposito, prius rationem exponere debemus, postea id ipsum auctoritate firmare, ut & si calûnia est, vincatur: si autem simplex interrogatio, doceatur, &c. S. Chrysostr. oper. imperf. in Matth. Homil. 42. Per ignorantiam (inquit) aliquid se scire estimantibus prius rationem exposuit dicens: in resurrectione enim neque nubent, &c. Deinde protulit Scripturæ auctoritatem dicentis: Ego sum Deus Abraham, &c. Videndus Abulensis ibid. quest. 213.*

Imitatus est optimum Magistrum Paulus ad Rom. c. 3. v. 31 auctoritatem rationi submittens, quod notat inibi S. Thomas Lect. 1. *Cum dicit est autem Deus verax, ostendit hoc esse inconveniens, quod fides Dei evacuaretur propter hominum incredulitatem: & primò quidem ad hoc inducit rationem; secundò, auctoritatem, ibi: Sicut scriptum est: Ratio autem sumitur ex hoc, quod Deus secundum se verax est: deinde cum dicit: Sicut scriptum est; probat idem per auctoritatem Psalm. 50. Ita S. Doctor.*

Iterum idem Apostolus, 1. ad Corinth. cap. 9. v. 7. sumptâ prius paritate rationis à milite stipendiario, à vineæ cultore, & à pastore ovium ad instituti probationem; postea indicit auctoritatem ex Deuter. cap. 25. v. 4. quod observatum item à Chrysostr. est. in Matth. Homil. 31 *Hoc & Paulus facit (inquit) nam à communibus primò, & probabilibus re confirmatâ; postquam dixerit: quis pascit gregem &c. Tunc Scripturarum testimonium adduxit: in lege namque Moysi scriptum est, &c. Sic cruditè Chrysostr. omus.*

Sacri quoque Doctores eandem disputandi semitam ingressi sunt, quorum præmultis aliquos exempli tantum vice monstrabo: S. Ambrosius lib. 8. in Lucam, post concinnatam efficacitè rationem pro afferendâ Christi Servatoris bonitate, sic Hæreticos alloquebatur. *Ratio evidens, exemplis non eget (sic appellat, ut alij quoque Patres, testimonia) tamen vel auctoritatem sequimini Scripturarum, &c. Ex quibus ille postmodum testimonia plura producit.*

Salvianus lib. 1. de Governat. post probatam solidâ ratione Dei providentiam, subdit: *Sed parum esse fortasse quispiam putat, quod hæc ratio declarat, nisi probetur exemplis. Hoc est de sumptis è Sacrà Paginâ testimonijs, quorum ille multa congerit: atque huius probationis ordinem respicit initio lib. 2. ita præmittens: Prosentiam*

diam Dei, gubernationem, atque iudicium, tribus his me probaturum esse promissi, hoc est ratione, exemplis, ac testimonijs: quia ratione, & exemplis iam satis fecimus, superest, ut testimonijs declarem, Deum ad finem eiusdem libri subiecit: Hac igitur de curâ erga nos Dei, & gubernaculo, & iudicio, ratione, exemplis, testimonijs, satis est, probasse, &c. In quibus, ut cernis, semper rationem testimonijs aucto-ritati præmisit.

Petrus Cluniacensis, lib. 2. Epist. 1. post discussam, ventilatam-que firmis rationum momentis, de Animâ Christi quæstionem, ita scribit: *His de rationali Salvatoris Animâ, rationibus præmissis quæ audentibus, ut credo, rationalibus satisfacere, aut bestiales animas cæteris ostentui facere valeant, iam ea, quæ in divinis dogmatibus principalem obtinent locum, Scripturarum auctoritas proferatur, &c.* Statim quædam adducit exempla: rursumque tract. *Contra Iudæos*, cap. 2. pro Christi divinitate pugnans, sic ipsos alloquitur: *An non sufficit hæc sola ratio vobis? Succedant ergo rationi, & alia Scripturarum vestrarum exempla.* Quibus adductis pergit.

Moyles Barcephæ, 1. part. *de Paradiso*, cap. 1. post præiacta quinque rationum fundamenta, quibus suam de paradiso sententiam firmaverat, mox ad auctoritatem confugiens addit: *Sexto denique extat Doctorum virorum auctoritas fide dignissimorum, qua comparatum fuisse Paradisum affirmatur: Quorum subinde testimonijs inænixus, quæstionem absolvit.*

Sanct. Gregor. Nazianzenus, orat. 35. adversarium ironicè irridens, sic alloquebatur: *Quoniâ autem invictum illud tuum in rationationibus, & argutijs, robur cognovimus; videamus iam, quâ vim in divinis oraculis postquam habeas, &c.* Vnde planè cognoscis, ipsos etiam Hæreticos rationem auctoritati differendo præmittere solitos.

Quin & magnus differendi Nagister S. Augustinus lib. *de Morib. Eccl.* in celebri quæstione de hominis beatitudine, hunc servavit ordinem, ut ex indicato eius tenore constat; nam cap. 3. sic illam exorditur: *Ratione igitur quæramus, quemadmodum sit homini vivendum.* Quam multipliciter, ac solidè persequitur; post cap. 7. addit: *Hactenus potuit ratio perducere, &c.* Demum ad auctoritatem confugit, ita subiiciens: *Ego refugere tenebrosa capientibus per dispensationem ineffabilis sapientia, nobis illa opacitas auctoritatis occurrat, & mirabilibus rerum, vocibusque librorum veluti signis temperatorijs veritatis, umbrisque blandiatur, &c.* Et paucis interiectis claudit: *Quare deinceps nemo ex me querat sententiam meâ, sed potius audiamus Quacula, &c.* Hoc est productis Sacræ Pagine auctoritatibus, differamus post adhibitam rationem.

Et

Et hæc ipse disputandi methodum clarius adhuc, & probat, & sequitur lib. *Cont. Felician.* cap. 2. nam cum præmississet adversarius: *Melior mihi ad docendum videtur hæc via, qua primum fidei ratio sine testimonijs redditur, post, ratione convicto idem illud Scripturis respondentibus expolitur.* Huic illius sententiæ prudenter acquiescens Augustinus, ita subiecit: *Quia non nimis inconsequenter duo ista discernis, cum ratione præmissa etiam testimonia non omittis id circo in hac disputatione id me fateor, securum, quod ipse probaveris.* Ita S. Doctor, ex quo ad rem Sanct. Thomas in Boëtium, *de Trinitate* quæst. 2. art. 1. corp.

VESTIGIVM VI.

ALTERUTRA DISIUNCTIO ETIM USURPANDA.

Vsus etiam huiusmodi monitus, & frequentatus, reperitur à SS. Patribus; quod me primum docuit S. Augustinus lib. *de Morib. Eccl.* cap. 2. ubi velut in bivio positus, dum ad impug- nandos Manichæorum errores se se doctus Pater accingeret, ita præfatus est: *Vnde igitur exordiar? Ab auctoritate, an à ratione? &c.* Simili dubitatione Salvianus lib. 1. *de Providentia*, illam exactè probaturus, sic præloquebatur: *Quot modis hoc vis probemus? Ratione, an exemplis, an testimonijs? &c.*

Et verò harum alterutra sub-disiunctio, quod aiunt, utendum esse in argumentatione, sæpe monent sacri Doctores, quatenus, vel modo auctoritas proferatur, vel ratio nunc ingeniosè firmetur, prout disputationis opportunitas tulerit, vel dissentantis, respondentisque necessitas: in quâ doctrinâ frequentissimus est S. Augustinus: primum, Epist. 7. super excitatæ quæstionis, quam tunc versabat, discussione: ita de adversarijs locutus: *Doceant (inquit) si possunt, vel ostendant, si quid de hac re, vel certâ ratione, vel apertissimo divino eloquio (hoc est Sacræ Scripturæ auctoritate) crediderunt.* Simili disiunctio Epist. 9.

Rursum Epist. 19. eos se maximè Scriptores probaturum fatetur, à quibus vel auctoritatem capiat, vel rationem addiscat: *Quia mihi (ait) vel per illos Auctores Canonicos, vel probabili ratione,*

quædam

quod à vero non abhorreat persuadere potuerunt &c. Pariter etiam lib. 7. de Genes. ad Liter. cap. 1. Quod autem doceri potest, vel rerum ratione aper-
tissima, vel scripturarum auctoritate certissima, &c. & lib. 11. Contr. Faust. cap. 5. Nisi vel cert à ratione, vel ex illa Canonica auctoritate defendatur, &c. Videndus etiam lib. 4. de Trinit. cap. 6. & Enchirid. cap. 4. & Ru-
pertus, lib. 4. de Oper. Spirit. S. cap. 9.

Nec minus frequens Claudianus Mamerc. lib. 2. de Stat. Anim. cap. 12. in quaestione de tertio caelo, quod raptus est Paulus, ita dis-
ferit: Tres esse celos, vel in dissimilibus auctoritas docet, vel ratio manifesta convincit. Rursum pari disiuncto lib. 3. cap. 10. sic adversarios affa-
tus: Si id divinarum voluminum litera continent, legat (ecce auctoritatem) si quaequam ratio suadet, doceant: si Dialecticam auvat exercere, con-
vincant &c. Et alibi non semel.

Lactantius lib. 3. divin. instit. cap. 30. cum Philosophorum erroribus congressus: ad veram nobis religionem sapientiamque venien-
dum est (inquit) ut eam vel argumentis, vel exemplis, vel idoneis testibus asseramus, &c. hoc est, vel ratione, vel testimoniorum Auctoritate firmemus.

S. Ambrosius lib. 8. in Lucam, post alterutram vicissim adhi-
bitam super eâ, quam versabat, Quaestione de Dei bonitate, ita hos-
tes alloquitur: Ratio evidens exemplis (id est testimonijs) non eget sta-
men vel Auctoritatem sequimini scripturarum, &c.

S. Bernardus, Epist. 98. ad absolvendam de Machabæorum
celebritate controversiam, ita scribit ad quosdam: ut quodcumque
fore rationabilius quilibet vestrum quandoque vel legeris (en expeit Au-
toritatem lectis Scriptorum testimonijs innixam) vel audierit,
vel certe ipse senserit, ecce responsuri sententiam, rationemque defi-
derat) mihi vicissim impartiri non negligat, &c. ad etiam Epist. 77. ad
Galat. 4.

Petrus Cellens. lib. 4. Epist. 1. ita doctum quemdam differ-
tatore affatur: Plurimum intererit, vtrum maiestate irrefragabili aucto-
ritatis Philosophorum, an promeritorum rationum, & sententiarum conspicuitate
castra nostra poteris debellare.

Ioannes Sarisberiens. Prolog. in lib. 8. Policrat. ita de sua dif-
putandi Methodo praefatur: Nihil equidem presenti operi ex proprio in-
feretur, quod non sit ratione, vel precedentium Scriptorum auctoritate sub-
nixum. Similiter Alcuinus, lib. de Divin. Offic. cap. 18. Nec quidquam
aliquid dicere volui, quod non evident ratione, aut Scriptorum auctoritate
possem probare.

S. Anselmus lib. 1. Epist. 68. de suo monologio ita modestè
scri-

scribit: De illis quidem, quae in illa opusculo dicta sunt, cum eruditus in Sa-
cris Codicibus conferenda, & ubi ratio desit, divinis auctoritatibus accen-
denda. Prudenter ille.

Hildebertus Cænomansen. Epist. 64. dum, quo tempera-
mento standum consuetudini sit, doctè diceret, ita monebat:
Nec liber est usus à culpa, cui vel auctoritatem constat obistere, vel adver-
sari rationem. O sapiens consultum!

Angelus Politian. Praefat. in Miscellan. de suis quoque scrip-
tis ita lectorem monitum voluit: Si quis ubi quid refellitur, multanum,
vel auctoritatum, vel rationum moles desiderat, at victoriam sciat illic à no-
bis non victoria quari satietatem, &c.

VESTIGIVM VII.

VTRAQUE SIMVL

coniuncta.

Collectis iam vtriusque viribus geminum agmen accurrit Au-
toritatis, rationisque armaturâ pariter instructum, ut ad in-
tegrum assertionis pondus, ac robur, & rationem Auctoritas
tueatur, & Auctoritati sua quoque ratio suffragetur: etenim fir-
missimam omnium, atque integerrimâ, omnique ex parte perfe-
ctissimam eam esse probationem, quae auctoritate simul à ratione
constat (ut modò Theologica transirem) etiam & iuris vtriusque
leges apertè pronuntiant.

Primò instit. de empt. & vendit. §. sed certum: cum quaestio
esset de significato, atque discrimine venditionis à permutatione,
sic statuitur: Sed procul sententia merito prevaluit, cum & in se Homericis
versibus (id est Poëtae Homeri Auctoritate) adjuvaretur, & validiori-
bus rationibus argumentaretur, &c. atque hæc eiusdem sententia eam
ob causam quoque commendatur: l. 0. ff. de contr. empt. §. seu an
item l. 2. cod. de res. lib. ita decernitur: defende causam tuam instrumen-
tis & argumentis, quibus potes: ubi, ut vides, instrumenta, ut potè quae
scripto fiant, ad Auctoritatem spectant, argumenta verò ad ratio-
nes: Rursum cod. que sit long. consuet. l. 2. ubi de consuetudine ita: non
usque ad 0 sui valitura momento, ut aut ratio nem vincant, aut legem, &c.
Gloss. ibi: Legem scilicet scriptam, quod Auctoritatis pondus est: qua-
si dixerit: nihil omnino est, quod Auctoritati, rationique possit re-
fra-

fragari: ex qua lege sumptum est; cap. *consuetudinis* 11. dist. & ibidem cap. *vsus* ita præcipitur: *vsus Auctoritati cedat: prauum vsus lex, & ratio vincant.* Gloss. libi. *Auctoritati scriptæ*, cui cum ratione coniunctæ vt solidissimo iuris fundamento nil valeat obfistere: atque ex his ad rem opportunè Radulphus Decan. Tungrenf. lib. *de Canon. observant.* Proposit. 5.

Præterea, ex Bibliis Scriptoribus, Abulensis, 2. part. *defensor. cap. 11.* differens eruditè, quam cautè sit adhibenda fides Historijs, quæ à sanctis etiam Patribus scriptæ sunt, ita præmonuit: *Quia ista non habuerunt viri sancti ex probatione Sacra Scriptura, nec ex aliqua ratione naturali inevitabili, &c. isti enim sunt modi necessarij, qui faciunt probationes plenissimas, nempe ab Auctoritate simul, & ratione sumptas: addit insuper Cano, lib. 9. de Locis cap. 9. & vtriusque necessitatem ad Theologica, rite tractanda, nam similem Sancti Augustini sententiam de harum consortio commentatus scribit in hunc modum: Nusquam ille tamen has duas argumentandi virtutes ita se iungit: quasi possit quisquam, qui non idem simul, & ratione, & auctoritate nitatur, esse Theologus, &c.*

Quod vt plane perspicias, magnum tibi optimi Præceptoris præ multis, quæ possem, exemplum ostendo, qui duplicem hæc argumentandi sedem singulatim edocuit, ac differendo simul adhibuit, etenim ipse Christus Dom. excitatam illam à Sadducæis, de resurrectione Quæstionem, hac vtraque vsurpatâ sedavit, atque compefcuit. *Match. cap. 22. v. 29.* vt opportunè observat in loco S. Palchafius lib. 10. *geminas ergo (inquit) quia calumniabantur, & interrogabant, reddidit benignissimus Magister sententias: siquidem contra calumnias eorum Auctoritatem Sacra Scriptura opposuit; contra interrogationem verò, rationem, &c.* Quid luculentius? Ad illam Christi argumentationem obmutescunt Pharisei, *Matt. 22. 26.* quo super Ludolphus de Saxon *de vit. Christ.* part. 2. cap. 36. ita: *Quia plane testimonio, & ratione erant convicti, &c.* Ecce tibi germanam differendi Semitam Maximus Magister indicavit, atque vsurpavit etiam, vt notat Vazquez in 1. p. q. 1. comment. art. 8. n. 3. 1. quam æquis passibus ingressi sunt Ecclesiæ Doctores, nam vtramque simul, vel suis ipsis dissertationibus adhibent, vel alios pariter vt hortantur: vel tandem in quorundam disputatione non inventam desiderant; adhibitam, iure commendant.

Origenes lib. 1. *Periarch.* cap. 5. quamdam de Angelorū naturæ Quæstionem discutere aggressus, ita præfat. *Sed ne de tantis, ac diff. i. libus rebus consipientie solius ratione inveniati, videamur asserere, at-*
que

que ex coniecturis tantummodo in assensum cogere auditores; videamus, si quid etiam de Scriptoris Sandis possumus asseritionis assumere, quarum Auctoritate hæc credibilis adstruantur, &c.

Laetantius lib. 1. *divin. instr.* cap. 7. vtramquæ se adhibuisse fatetur ad Ethnicorum confutationem: *Satis, vt opinor, (ait) & argumentis docui, & testibus confirmavi, quod per se satis clarum est, &c.* postea lib. 3. cap. 17. *Et argumentis (inquit) & divinis testimonijs redarguam: & rursus adhuc elegantius lib. 4. cap. 22. Et quamquam apud bonos iudices satis habeant firmitatis vel testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimonijs; nos tamen non contenti alterutro sumus; cum suppetat nobis vtrumquæ; ne cui perverse ingenioso, aut non intelligendi, aut contra disserendi locum relinquamus, &c. quid aptius?*

S. Ambros. in cap. 5. *ad Roman.* in quadam de varietate Græcæ translationis controversiâ, quid tenendum sit, ita decernit: *Hoc autem verum arbitror, quando ratio, & Historia, & Auctoritas observatur.*

Hugo Victorinus, præfat. in tract. 1. *summa sent.* ita monebat in quavis difficultate faciendum, *si quæ igitur obscura nobis occurrerint, (ait præ alijs) sit nostri propositi, & ratione, & auctoritate simul concurrentibus, pro facultate, nostra in lucem proponere, &c.*

Vtramque in cuiusdam inepti Scriptoris disputatione desiderabat olim Claudianus Mamerc. lib. 1. *de Stat. Anim.* cap. 2. sic irridens: *nulla igitur argumentandi virtute nulla iuvante lege (hoc est, nullo favente testimonio) nulla persuadente ratione, in hoc nequicquam videlicet negotio trius sermo finitur, &c.* Quod ille vitium ne incurreret, vtramque sapienter adhibet lib. 2. cap. 8. *Prolaris nunc (inquit) magnis Auctorum testimonijs in rem sui nobis opitulante veritate rationis quoque viribus refellemus, iterumque cap. 9. adversarium alloquens: in mem te Auctoritatis pondere, & rationis viribus prosternere, &c.*

Tertullianus lib. *de carn. Christ.* cap. 25. ita de tota opinionum congressione concludit; *quam & argumentationibus earum, & Scriptoris quibus vtiuntur, provocavimus ex abundanti, &c.* Id est ratione atque Auctoritate adversus illam egimus affatim: de simili vtriusque consortio etiam lib. *de coron. Milit.* cap. 4.

Petrus Cellens. lib. 4. *Epist.* 1. sic alloquebatur Nicolaum Monach. super excitatâ inter ipsos controversiâ: *Nam cum propria satis armatura (hoc est rationum tuarum monumento) triumphare posses: quorumcunque etiam potentissimorum arma (id est Auctoritatū præfidia) mutuasti, vt supervinceres.*

Petrus item Cluniacens. Præfat. in tract. *adversus Petro Brusi. n. Marcic.* ita sapienter: cum eis agendum monet: *proferatur eis Au-*
toritas

fortitas, adhibeatur, & ratio, ut si Christiani permanere volunt Auctoritatis si homines rationi cedere debent, &c. Similiter lib. 2. Epist. 1. tursumque in Nucleo, de Sacrif. M. ssa, cap. 14. utraque se vium esse fatetur sic exortus: Sed licet Auctoritatibus, & ratione obstructum debeat esse os loquentium iniqua, &c.

Ex hoc etiam capite, S. Bernardus Epist. 77. iure commendabat Hugonem Victorinum: *Nec dubito* (inquit) *ad manum tibi esse rationes certas, & congruas Auctoritates, quibus facile id possis, &c.* Propositam videlicet quaestionem agitare.

Ioannes Sarisverienf. Epist. 172. ad excitatam difficultatem responsurus de numero librorum utriusque testamenti, eorumque Auctoribus, ita praefatur: *Ut haec omnia rationum suarum subnixam fundamentis, auctoritatumque testimonijs diligenter explanarem, &c.*

Algerus, lib. 1. de Sacrament. cap. 6. contra errorem impanationis: *Quae haereticis* (ait) *quia nova, & absurda est, rationibus, & Auctoritatibus, prout Deus aspiraverit, radicibus est extirpanda:*

Minutius Felix, in Octavio, hanc illius in discedendo eruditionem, efficaciamque ab utraque commendavit: *Quod ea quae facilius est sentire, quam dicere, & arguere* (id est rationibus) *& exemplis, & lectionum Auctoritatibus adornasset.*

Et verò quid utilitatis, & commodi, rationi coniuncta praestet Auctoritas ad permovendos hominum animos, in re maxime morum, ac probitatis, elegantissimè tradit S. Augustinus lib. de Morib. Eccles. cap. 2. ita praeter alijs elocutus: *Sed quia caligante hominum mente, consuetudine tenebrarum, &c. perspicuitati, sinceritati que rationis aspectu non idoneum intendere nequeunt saluberrimè comparatum est, ut in lucem veritatis attemperantem veluti ramis humanitatis opacata indicat Auctoritas:* Belle quidem, ac opportunè, videndus etiam cap. 7.

Ideo S. Thomas adversus ethnicos pugnaturus, utroque servurum telo praemisit, ut illos fortius impeteret, lib. 1. contra Gent. cap. 9. ita praelocutus: *Procedemus* (inquit) *& rationibus probabilibus, & Auctoritatibus, quantum Deus dederit, veritatem fidei declarantes, &c.* Ea propter sapienter statuit Franc. Picus Mirandul. de fide, & ori. credend. Theorem. 20. *incontroversijs Fidei opinioni ei adhaerendum esse, quae & Evangelio magis consona est, & fortiori ratione munita.*

Atque ut ab externis aliquid etiam mutuemus, in hac quoque sententia fuit Tullius, qui lib. de senect. super evitiatà de Animarum origine, quaestione, ita cenavit: *Nec me solum ratio, ac disputatio impulit ut ite: crederem, sed nobilitas etiam, innumerabilis sophorum, & Aucto-*

toritas, &c. Ea propter dum lib. 3. de Natur. Deor. Cottam diffidentem inducit, simul cum auctoritate rationem in Balbium desiderasse retulit: *Id tamen ipsum* (inquit) *quod mihi persuasum est, esse Deos auctoritate maiorum: cur ita sit, nihil tu me dices, &c.* Id est nullam mihi causam, rationemque adhibes, nihil ratiocinando persuades, atque convincis.

En tibi cum auctoritate rationem desiderat Tullius; contra cum ratione auctoritatem Quintilianus exoptat in quorundam scriptis, coarguit, lib. 2. Inst. cap. 4. *Sed ne hi quidem, qui hoc fortissime affirmant* (id est ratione firmare intendunt) *ullo satis idoneo auctore nituntur.* Et iure ille: nam ut verè Symmachus lib. 9. Epist. 99. *Omnia, quae sine Auctore iactantur, incerta sunt.* Tanti ponderis auctoritas est: ideo hanc rationi copulatam laudat Symmachus idem lib. 10. Epist. 37. in Theodosij Imp. edito: *Quae* (ait) *venerabilium rationum vestrarum sanctio desinivit, & Patrum probavit auctoritas.* Haec tenus ex Ethnicis.

Sed redco ad nostros, in quibus pro multis vnus Franciscus Turrian. Proem. in lib. 5. pro Epist. Pontif. adversus Haereticos pugnaturus, ita praefatur: *Quod si de interpretatione verbi Dei, omnis controversia utriusque partis est; nil aliud superest, nisi ut vel argumenta sine testibus, vel testes sine argumentis, vel potius utrumque, cum utrumque habeamus, controversiam dirimat, &c.* Sic ille totam Biblicè arguendi methodum exactè praescripsit, vel tantum auctoritate fultam, vel solum rationum pondere nixam, vel quod potius, ac plenius est, testimonijs, rationibusque, ex æquo solidam, ac roboratam. Haec satis: at cui de utriusque veluti mixtura, & temperamento, quibus in argumentationem adhibenda utraque sit, plura placuerint, legendi sunt Cano lib. 9. de Locis cap. 1. 2. & sequent; Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 16. Salmeron, tom. 2. tract. 2.

VESTIGIVM VIII.

MUTVVS VTRIVSQUE

nexus adhuc indicatus.

Micum est sane, quam strictis, alternisque inter se vinculis utraque sibi cohaereat, quibus, & auctoritas rationi copuletur, & ratio simul auctoritati connectatur, aded ut mutuata etiam no-

minum varietate, nunc *Rationis Auctoritas*, nunc quoque *Auctoritatis Ratio*, communicata vicissim compellatione, dicantur imò & ipsæ etiã *Rationes* interdum *Auctoritates* nominentur, alteraq; in alterã mutuo transeat mirandã nominis, & vsus transformatione; sed multa, inquis, paucis congeffimus: ita sit; ecce verò á quibus singula haufimus.

Primò Tertullianus *Advers. Pſichic. cap. 3.* de ieiunij vetustate differens, illamquẽ á primis vsque nascentis Ecclesiæ sæculis eruens, ita præmultis scribit: *Tunc enim agnosceretur observationis necessitas cum eluxerit rationis auctoritas.* Minutius Felix, in *Octav. de veterum apud Ethnicos fabularum figmento* locutus: *Cum Philosophorum (inquit) suorum sententijs refellatur, quibus & rationis, & vetustatis adſistit auctoritas.*

Sauctus Cyprian. *serm. de Rati. Circumcis.* sic etiam morali exhortatione: *Virilitèr tamen standum est, & rationis auctoritate increpandi sunt titillatorij sensus.*

Quo autem iure dicatur ab his Patribus *Rationis Auctoritas*, opportunè docet S. Augustinus, *lib. de Vera Relig. cap. 24.* vbi de rationis virtute disputans ad veritatis agnitionem, post plura sic demum addit: *Neque auctoritatem ratio penitus deseret, cum consideratur, cui sit credendum.* Optimè; nam qui se totum commisit aſſerentis auctoritati, de ratione securus incedit; omnem enim aſſerendi rationem in vnius auctoritatis, quam sequitur, virtute constituit: ea propter in aſſer. su. *neque auctoritatẽ ratio deserit:* huic enim pro ratione sola satis auctoritas est: vt ibidem subdit Augustinus. *Et certè (inquit) summa est ipſus iam cognita, atque perspicua veritatis auctoritas.* Habes ergo quid sit, commutata vicissim ytriusque compellatione, *Auctoritas Rationis*: nam vt appositè S. idem Doctor, *lib. de Morib. Eccl. cap. 2.* *Inſirma ratio videri potest, quæ cum reddita fuerit, auctoritatem postea, per quam firmetur, aſſumit.* Igitur & sua inest auctoritas rationi, quin illam extrinsecus opus habeat emendicare; ipſum enim ostensæ veritatis robor, rationi pro auctoritate aſſatim est; atque hoc iure dicitur; & erit *Auctoritas Rationis.*

Quin & vice versa *Ratio Auctoritatis* appellatur á diferto quõdam Sc. ipſore Petre Cellensi, *lib. 4. Epist. 1.* dum alloquitur Nicolaum S. Bernardi Notarium super agitata inter se controversia his verbis: *Aggrediar propriam de præiacentibus verborum diversitatibus calumniam arguere, & quibus potero auctoritatum rationibus refellere, &c.* Erit autem non importunè discutiendum, quas appellet *Auctoritatum Rationes*, nam si exactè auctoritas est, ratione non indiget,

get, vt etiam citra rationem præſtetur aſſenſus: quæ igitur erit *Auctoritatis Ratio?*

Si videtur argutè concepiſſe Caſſiodorus *lib. 1. Var. Epist. 9.* locutus: *Fidem siquidem rerum à ratione colligimus, quæ nunquam defiterantibus aſſconditur, si suis vestigijs perquiratur.* O novam illationis formam! Ex ratione quippe ratio deducitur; auctoritati si les adhibetur: quid erit ergo, *ſi lem à ratione colligere*, niſi quod auctoritatis proprium eſſe, ex vi rationis inferre? *Ad faciendam enim fidem auctoritas quaritur*, ait Tullius, *lib. Topic.* pendebit igitur auctoritas ex ratione velut conſequens á præmiſſis, ex quibus inferretur; eritquẽ tum *Auctoritatis Ratio*, quod præmiſſæ conſequenti, dum germanam prolem auctoritatis *Fidem à Ratione colligimus*: & veluti ex genuino probationis fonte deducimus, ac derivamus: ratio quippe *nunquam aſſconditur, si suis vestigijs perquiratur.*

Mutatam quoque compellationem lego apud Tertullianum, dum omnia ſimul argumenta, tum ab Scripturis, tum etiam á ratione, quibus futuram *Carnis Reſurrectionem* toto huius inſcriptionis libro ſatis eviderat, tandem *cap. 18.* abſolutè, ac ore pleno vocat *Auctoritates*, ac ſi diceret vniuerſum probationes, firmamenta, confirmationeſvè *carnis reſurrectionis*: *Cui (inquit) cum tot auctoritas iuſtorum patrociniorum procurent, &c. id eſt ſaveant, ſubſcribant, adſint*, vt notat ibid. Pameliuſ, & ad plenam vndique probationem ſuffragentur: addit iterum Septimiuſ: *Vtique ſecundum præiudicia tot auctoritatum, &c.* Vbi vt ad rem obſervat Ioannes de la Zerda num. 270. *Epilogo brevi omnia argumenta pro reſurrectione carnis hætenus dicta, claudit.*

Cum igitur tot probationes á naturali ratione, atque ab ipſiſ Philoſophorum placitiſ ductas præmiſerit, vt legenti conſtabit, iure merito notandum venit, cur eas omnes tantum *Auctoritates* compellaverit Tertullianuſ? Nam & plura, validaquẽ rationum argumenta præceſſerint: quibus ſe nixurum ſpondet *cap. 3.* ita præmittens: *Ratio autem divina in medullã eſt, non in ſuperficie, &c.* Et rurſum *cap. 14.* ſic adverſarium aſſatus ſe rationis obiectu pugnaturum pollicetur: *Velim etiam de cauſã requiras: an ſit aliqua tam digna, quæ reſurrectionem carnis neceſſariam, & rationi carè omnimodè debitam vindicet, &c.* Idèd igitur ſumptas á ratione probationes *Auctoritatum* vocabolo extulit, vt & quantæ virtutis eſſent ipſius argumenta nobis oſtenderet, & maximam ſibi apud ethnicos convincendi maietatem conciliaret, quibus omnis ſua ſapientia, *Philoſophorum veterum auctoritate*, conſtabat.

Tum præterea, ut resurrectionis veritas, quam tot rationibus adstruebat in summum auctoritatis apicem exurgeret, fieretque ipsa ratio, probatae veritatis; auctoritas: quod etiam in animo habuit magnus ille quondam Scriptor, quem inter Augustini opera connumeratum legimus tom. 9. tract. de Assumpt. B. M. Virg. cap. 2. cum de rebus edisserens, quæ rationis ductu è sacra paginâ prudentér eliciuntur; ita notatum reliquit: *Divina Scriptura nihil commemorat, nisi quærendum ratione, quod conveniat veritati; fiatque ipsa veritas, auctoritas, &c.* Hoc est, tantæ sit virtutis, ac efficacis deducta ex sacro textu veritatis assertio, ut in auctoritatis pondus, maiestatemque transeat, & quasi formetur auctoritas ex ratione: *Fiatque ipsa veritas, auctoritas.*

Et verè doctus hic Pater; nam veritas illationis virtute factis ex textibus elicitâ, & excogitata rationum interpretatione, deducta speciem habitumque induit auctoritatis, quod in mente fuisse Tertulliano haud inepte suspicaberis, dum lib. de Coron. Milit. cap. 4. ex Apostoli testimonio 1. ad Corinth. cap. 11. v. 5. de velandis foeminarum capitibus, sic ingeniosè differit; legis eius originem investigans: *sequitur (inquit) ut traditio consuetudini morem hunc dederit, habiturum quandoque Apostoli auctoritatem ex interpretatione rationis, &c.* Et quid verò est: *Habere auctoritatem ex interpretatione rationis?* Plâne nil aliud, nisi rationem eius moris legitima interpretatione deductam in legis auctoritatem transire, quò ipsa *Rationis interpretatio fiat Auctoritas, &c.*

Hinc Lactantius lib. 2. Divin. Instit. cap. 6. acutè dixit ex Ciceronis quoque sententiâ: *Maioribus autem nostris, etiam nullâ ratione reddita, rationis est credere.* At si bene notas, haud rationis munus est credere, sed fidei; Fides autem auctoritatis tota est, cui soli iure debetur; qui enim credit, auctoritati se totum committit, non verò rationi: quò ergo iure Lactantius afferat, *Rationis est credere?* Nam idem est, ac si dicat; rationis est, auctoritati fidere; sic enim ratio velut auctoritatem subibit, & sub illius specie litabit.

Et hoc quidem modo mutuus utriusque nexus alternaque vicissitudo luculenter exprimitur, ut & ratio auctoritatem induat: & auctoritas pro ratione se palâm ostendat: venit in hanc mentem Plinius lib. 1. Epist. 8. ita Pompeium Saturninum allocutus: *Obsequar tamen consilio tuo, cuius mihi auctoritas pro ratione sufficit.* En, ut vides apud disertum Scriptorem, rationis vires genit auctoritas, cum & apud Lactantium se se totam aucto-

ritati

tati ratio committat, dum asserit; *Rationis est credere:* nam *Auctoritas pro ratione sufficit:* Mirandus utriusque complexus, & hunc iterum nectit Tertullian. de Cor. Milit. cap. 2.

VESTIGIVM IX.

QVID NAM AVTORITAS

conferat Rationi?

Multa disertè tradit Tertullianus lib. 4. Contr. Marcion. de auctoritatis virtute, ac dignitate fusè disputans, à cap. 1. usque ad 4. maxime autem præ alijs ita scribit cap. 2. de Christi discipulis loquens: *Prædicatio discipulorum suspecta fieri posset de gloria studio, si non adisset illi auctoritas Magistrorum, &c.* Equam enim virtutem, ac energiam haberet eorum prædicatio, multis licet rationibus fulta, nisi potissimo auctoritatis fulcro firmaretur? Quod & in scriptis probavit olim Palladius apud Ioannem Saisberiens. Epist. 172. *Magna (inquit) pars prudentia est, consulta ratione, personam illius, qui scribit, permetiri.*

Præterea de Christi scholâ bonus discipulus Paulus ad Rom. cap. 12. v. 6. præ cæteris Dei muneribus, ac donibus, quibus Ecclesiâ ditavit, Prophetiam primâ sede locat (quæ multorum ubi notatio est) ita scribens: *Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes; sive prophetiam secundum rationem fidei, &c.* Vbi S. Ambrosius sic ad rem commentatur: *A Prophetiâ incipit, quæ prima probatio est, rationabilem esse fidem nostram.* Ingeniosè quidem; at si rationabilis fides est; ratione igitur consistit; sed, inquis, quod fide creditur, potius auctoritati dicentis innititur; nihil ergo cum ratione habet commertij: & qui *Fidem rationabilem* esse probat, rationibus agere debet: cur ergo *A Prophetiâ incipit*, atque hæc apud Apostolum, Ambrosio testante *prima probatio est?* Sed rectè, ut vides, qui *Rationabilem esse Fidem*, dixit, in probatione rationem exposcit, quæ non aliter se tutò poterit ostendere, quam Prophetiæ contestatione firmata, hæc enim *prima probatio est*, iure igitur *Rationem fidei*, probaturus Apostolus, à testimonio Prophetiæ fecit initium, ut eius auctoritas fidei rationi validè suffragetur.

D d d 2

Vnde

Vnde merito, qui ductus auctoritate *Rationabilem esse si de me defendet ex ipso pondere auctoritatis firmitatem mutuatur, quæ rationem suæ defensionis instruat, atque confirmet, auctoritas ergo virtutem rationi confert, ac robur: quod & ab ethnicis notum: pro multis vnus aperte fatetur Plinius lib. 1. Epist. 5. de quodam eruditionis multæ viro sic elocutus: Mihi, & tenendi aliquid, & quiescendi, illo Auctore, ratio constabit, &c. Tantum non dixerit, mihi, pro solidâ ratione sufficet huius auctoritas: hanc enim munendam esse rationem docuit Symmachus lib. 10. Epist. 8. ita familiarem Senatorem affatus: Iuva igitur auctoritate, qua dignum est, partes atque rationes ad amplissimam curiam pertinentes: Tantum auctoritatis pondus est ad conciliandam rationi virtutem ac firmitatem, ut iuvanda sit auctoritate ratio.*

Acutè dixit in hanc mentem Richardus Victorinus Beniamin. Minor. cap. 81. *Suspecta est mihi omnis veritas, quam non confirmat scripturarum auctoritas: At qui Doctor eximie, si veritas est, quo poterit modo tibi esse suspecta? Diceres forsân, iure suspectam assertionem, quæ nulla rationis virtute firmata speciem non præferret veritatis; atque, ut asseris, veritas est, non poterit merito de suspicionem coargui: ergo aut veritas non est, aut non certè suspecta, cui veritatis robur aperta ratio contulerit: cur igitur ad eiusmodi veritatis certitudinem auctoritatem exposcis.*

Verfabat esse gloriosam Christi Transfigurationem, cui spectaculo, ut scribit Matthæus, cap. 17. v. 3. *Apparuerunt Moyses, & Elias cum eo loquentes, nempe ut legis, Prophetarumque testimonio, suam ipse gloriam assereret, ut multorum in loco mæns est interpretum, quibus apertè subscribit Victorinus, sic ad rem nostram opportunè fatus: Pulchrum spectaculum, valdequè incundum, cum in revelationem veritatis hinc procedit manifesta ratio, & ad confirmationem revelationis illinc occurrit, tam aperta, quam figurata locutio, &c. Vbi locutionem intelligit Moyses, & Prophetæ testimonium, quo bonus Magister Iesus ostensæ veritatis conciliavit erga homines auctoritatem: nam de hac ipsa locutione proximè præmiserat: Ad comprobendam revelationis suæ veritatem, non solum figurativè, sed etiam apertè Scripturæ exhibuit auctoritatem. Hæc ille.*

Ccc.

Cernis, quam appositè divinus Præceptor manifestæ quæque veritatis certitudinem etiam auctoritate firmandam voluit: etenim ut prænotavit Richardus: *Hinc procedit manifesta ratio, quæ visionis veritatem ostendat, sed etiam Scripturæ exhibuit auctoritatem, dum Moyses, & Eliæ testimonium adiecit; ne suspecta sit veritas quam non confirmat auctoritas.* Addit præterea cap. 82. *In tantum enim est ista assertio præter omnem humanam rationem, ut nunquam ei ratio acquiesceret, nisi ad huius rei certitudinem fides eam sublevarret, &c.* Id est, nisi auctoritas, cui fides innitur, rationem foveret, atque muniret: ecce quid roboris, ac virtutis præstet auctoritas rationi.

Quin etiam ea potestas auctoritatis est erga veritatem quam comitatur, ut ad huius sequellam cogat, & assentiendi necessitatem indicat; quod luculenter scripsit Boëtius lib. 6. in *Topic. Cicer.* locum, ab Auctoritate commentans in hæc verba: *Necessitas quoque quasi id, quod latebat, extorquens auctoritate subnixæ est, &c.* Statim clarius addit: *Quæ autem necessitas extorquet, ipsa quodammodo videatur veritas dicere, atque ideo eis veluti auctoritate subnixis fides adhibetur.* Cuius ergo sententiam ad rem ita capio: latent in argumentis ab auctoritate velut occulti quidam rationum nervi, quos in adductis testimonijs ipsa dignitas Auctoris palam effert, firmat, ac roborat; ex quo sit quædam quasi necessitas assentiendi id quod latebat extorquens auctoritate subnixæ: vnde mox ea veritatis, atque rationis certitudo velut, emergit, ut quod testimonijs asseritur, ipsa quodammodo videatur veritas dicere, quin ipsis, ut apertè rationis luminibus, nullus nisi fatuus audeat refragari: *Atque ideo eis veluti auctoritate subnixis fides adhibetur.*

Vides, quam rationi vim, atque dignitatem conferat auctoritas, cuius ad eligenda, & sequenda meliora præstantiam, satis commendat Aristoteles lib. 3. *Topic.*

cap. 1. en cernis, quid auctoritas conferat rationi: perge ulterius ut videas.

(505)



Ddd3

VE-

VESTIGIVM X.

QVID ITEM RATIO præstet auctoritati?

Breviter, ac disertè respondet inscriptioni Petrus Damian. serm. 52. *Auctoritas ratione munitur.* O bene firmum auctoritatis munimen virtute rationis extructum! Differebat acutè S. Hilarius, lib. 3. de Trinit. in illam Salvatoris sententiam Ioann. cap. 10. v. 38. *Pater in me est, & ego in Patre:* cumque aliqua exponendo præmississet, statim addit: *Hoc non ita à me dictum sit, ut ad rationem dicti, ea tantum sufficiat auctoritas, quod à Deo dictum sit, &c.* Vbi præter Dei asserentis auctoritatem etiam dicti rationem, atque intelligentiam vestigandam esse, censuit: subiicit enim mox S. Doctor.

Cognoscendum itaque, atque intelligendum est, quid sit illud. Ego in Patre, & Pater in me, &c. Sed rogo tamen; num sola dicentis Dei non sufficit auctoritas? Et maximè quidem; sed tamen inesse suam auctoritati divinæ rationem intelligi voluit Hilarius ita concludens: *Vt quod natura rerum pati non posse existimatur, id divina veritatis ratio consequatur:* aptissimè; *cognoscendum itaque, intelligendumquè monet illius divini sermonis arcanum, penetrandumquè rationis indagine sensum, ne ad rationem dicti tantum sufficiat auctoritas; imò investigata, & ut licebit, intellecta dicti ratio dicentis auctoritati suffragetur: sic enim Auctoritas ratione munitur.*

Commendat quoque hanc eius virtutem S. Cyprianus lib. de Singular. Cleric. ita præscribens: *omne quicquid ab Auctoribus nostris gestum est, rationabiliter gerebatur, ut posteris nobis adversus pravariatores munita vndique auctoritas traderetur.* Eleganter ille, nam si rationabiliter ab Auctoribus gestum est, non aliter quam ratione gerebatur. Quid tum inde? *Vt munita nobis auctoritas traderetur, & sapientissimè Cyprianus, munitam auctoritatem dixit, utpotè quæ illis rationibus fulta, quibus olim, ab Auctoribus rationabiliter gestum est, prudenter: Auctoritas ergo ratione munitur.*

Hinc appositè Tertullianus lib. de Coron. Milit. cap. 4. de virtute receptæ iam olim consuetudinis agens, ita sententiosè pronuntiat: *Nec diff. ut Scripturâ an ratione consistat, quando & legem*
ratio

ratio commendat: porro si lex ratione constat, lex erit omne iam, quod ratione confiterit à quocumque productum. Ex quo ad verbum S. Ildorus lib. 2. *Eymol.* cap. 10. & lib. 5. cap. 3. ex eo que Gratianus retulit in decreta 1. dist. cap. *consuetudo*, quibus apertè decernitur, quantum sit ponderis deferendum ipsi iuris auctoritati, propter vnius vim rationis, quæ quondam in lege ferendâ præfuit; *quando & legem ratio commendat, quam in ipsius constitutione legis supponi par est, licet à Legislatore non exprimatur, ut etiam est à Seneca prudenter observatum Epist. 94. Etiam (inquit) sine probationibus ipsa moneñs auctoritas prodest; sic quomodo Iuris Consultorum valent responsa, etiam si ratio non redditur.* Hanc enim adfuisse legum conditoribus iuris est credere, ut ipsarum auctoritas ratione muniatur, quod elegantè expressit Rodericus Dofina lib. 3. de *Auct. Sacr. Scrip.* cap. 4. *Iuris auctoritas (inquit) etiam à ratione manavit ita ut in confesso sit, rationem legis esse animam, &c.* Ex quo fit, ut germanam legis speciem præferat, *omne quod ratione confiterit.*

Et hanc olim in alijs etiam Auctoribus valuisse, ad aliquam illam ipsorum executionem, non obscure constat: etenim Lactantius lib. 7. *Divin. Instit.* cap. 22. dum de quibusdam Poëtarum fabulis, quas ex veris Scripturæ narrationibus commēti sunt, ageret, hunc in modum scripsit: *Quamvis igitur veritatis arcana in parte corruperint, tamen ipsa res eo verior invenitur, quod cum Prophetis in parte consentiant, quod nobis ad probationem rei satis est: errori tamen eorum subest ratio nonnulla, &c.* Quam ille statim exequitur, & aliquam ipsis adfuisse rationis scintillam ad hæc ita comminiscenda; ut non vlla, licet exigua ratio eorum assertionem tueri videatur, qua doctorum firmaretur auctoritas.

Haud aliter excusabat Romulum Ovidius in annua decem tantum mensium computatione ita canens lib. 1. *Fast.*

*Est etiam ratio, Cesar, qua moverit illum:
Erroremquè suum, quo tueatur, habet.*

quin. & Tertullianus ex temporis quoque ratione auctoritatem Evangelio conciliandam probat lib. 4. *Cont. Marc.* cap. 4. sic arguens: *Quis inter nos determinabit nisi temporis ratio, ei præscribens auctoritatē? Vbi cernis, rationis esse præscribere rebus auctoritatē, qua vigeant, atque roborentur.* Velleius etiam Paterculius, *Hist.* lib. 2. hanc rationi virtutem attribuit, ut magnum pareret Scriptori auctoritatis pondus: *sed quamquam (inquit) in Auctore satis rationis*

est; tamen ratio quemlibet magnum Auctorem faceret. Ea quippe vis rationis est, ut in cuiusquam scriptis perspicua summam ipsi auctoritatis dignitatem adquirat: pro cuius illustratione vide Tibertium Decianum Apolog. de Resp. Prudent. cap. 22. à n. 95.

Præterea in rebus etiam Theologicis tota Doctorum auctoritas ex ea, cui nituntur, rationis firmitate dependet; ut indicavit Carolus Regius Orat. Christ. lib. 5. cap. 7. Cano lib. 7. de Locis, cap. 3. Rodericus Dosma lib. 3. de Auth. sac. Script. cap. 5. fine: & eruditè tuetur Bañez in 1. p. S. Thæ. q. 1. art. 8. dub. 5. conclus. 1. Argumentum (inquit) desumptum auctoritate sanctorum circa dogmata, quæ naturali lumine cognoscuntur, non plus habet certitudinis, quam ratio; cui innititur, &c. Quod ille firmat satis efficaciter: sic etiam, & in reliquis scientiis, quarum maior auctoritas, non ab Auctorum, à quibus traduntur, dignitate pensanda est, sed ad ipsarum procedendi modo, & probandi virtute, ac ratione quibus innitantur; quod ex instituto tradunt scholastici cum S. Thoma 1. p. q. 1. art. 5. ac in Prolog. lib. 1. Sentent.

Id, ex Aristotelis sententiâ probat Abulensis Præfat. in Matth. quæst. 5. ita post alia deducens: Dicendum ergo, quod non convenienter consideratur auctoritas alicuius scientiæ per Auctores, id est per illos qui eam tradiderunt: quia non sunt omnes illi eiusdem gradus auctoritatis: scientia tamen in se sicut una est, ita unum gradum, & certum habet auctoritatis. Mox præ alijs sic ad rem subdit: Considerando autem scientiam in se ipsa, auctoritas eius provenit à modo procedendi, &c. Statim apponit exemplum eius scientiæ, quæ clariori vitur ratione: scientia (inquit) Mathematica est excellentior omnibus, eo quod ipsa sola est demonstrativa, &c. Cum ergo scientia hæc evidentioribus probet rationibus, maioris erit auctoritatis, nam hæc non consideratur per Auctores, qui eam tradiderunt, sed per virtutem rationum, quibus assertiones suas firmat, & ostendit: unde conficitur, à ratione conciliari huic sententiæ pondus totius auctoritatis, in cuius procedendi modo Auctoritas ratione munitur.

Vnde sapienter admonerat Cassiodorus, Divin. Lect. cap. 24. in producendis etiam veter. Patrum testimonijs, illa pluris æstimanda, quæ potiori ratione niti videantur: & iure ille, nam ingenium etas, ars, usus inter alia quæ afferunt auctoritatem, potissimè notantur à Cicerone lib. Topic. hæc autem omnia in productis veterum testimonijs subesse creduntur, quæ magnum ipsis auctoritatis pondus adquirant, ut commentatur in loco Boetius lib. 6. Nam & ingenijs (inquit) fides adest, atque ex ea præsto est auctoritas plurima: eos quippe

quippe sapientius loqui, homines credunt, quorum ingenium ad expedienda, quæ proposuerint, sufficit: Appositè quidem, hanc enim eiusmodi Auctorem dignitatem, ac pretium adscribit sententiarum ratio, quæ ipsis ingeniosè scribentibus adfuisse creditur, quo maiori præstent auctoritate; nam ut habetur in Decretis 20. Distin. cap. 1. Quod quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur: quod & aptè docuit Cano lib. 10. de Locis, cap. 5. unde scitè Bartolus ad l. 1. ff. Si cert. petat. n. 23. ita: Quædam sunt scriptura, quæ à studijs non approbantur, nisi probentur per rationem, &c. Nempe, ut ratio scriptis præstet auctoritatem.

VESTIGIVM XI.

QUIBVS CUM ALTERVTRA sit modo utendum?

Multiplex hominum genus est, quibus cum sacris de rebus veniendum sit in disceptationem: aut enim Ethnici sunt, qui divinos libros prorsus ignorant, & velut extraneos à sua, quam iactant, sapientiâ, seu Philosophiâ non admittunt; his ex adverso Catholici sacra omnia volumina Ecclesiastici Canonis amplectuntur, suspiciunt, & ut Dei verbum rite venerantur, quos inter facile litem dirimit Petrus Cluniacens. lib. 2. Epist. 1. ita distinguens: Ut gemino rationis scilicet, & auctoritatis remedio, vel si infidelis fuerit, rationi necessario cedat; vel si fidelis, sacris auctoritatibus adque sciat.

Sunt alij præterea, quos velut inter utrosque medios dixeris, Hæretici nimirum, & Iudæi, non omnino in sententia dispares, illi enim licet plures de sacris libris admittant, multa tamen in eis vitiant, adulterant, ac depravant, vel certè perperam intellecta proferunt, & in vulgus emittunt; Hebræi verò quosdam ex veteri quoque testamento repellunt: atque in ipsis etiam quos probant non pauca in quorundam textibus dolosè transferunt, detorqueant, mutant, inficiunt, dummodo suo, quem adhuc expectant, Messias suffragari, vel ad speciem videantur; sed inolitas utrisque hosti;

hostibus, iam olim fraudes nunc detegere nostrum non est; hæc enim ideo tantum præmisimus, ut cognitis ipsorum astibus, qualiter cum singulis, ex auctoritate ne, an ex ratione confligendum sit, breviter indicemus.

Et quidem, quod ad Ethnicos attinet, hic veterum quondam patrum consensus fuit, cum eis rationum tantum virtute fore pugnandum: ita S. Cyrillus Hierosolym. Cateches. 18. post firmatam Resurrectionis fidem multis à natura rerum rationibus ingeniose compositis, ita pergit scribere: *Hic itaque utere verbis ad Græcos (id est Gentiles) nam qui Scripturas non recipiunt, non scriptis eos armis oppugna (hoc est testimoniorum auctoritatibus) at qui solis rationibus, & demonstrationibus, &c.*

Clement. Alexand. lib. 7. Strom. cap. 1. Oportet autem (inquit) ad Philosophos evidentioribus uti rationibus, ut ex sua ipsorum doctrinâ exercitati iam possint exaudire, &c. Dionium autem Prophetiarum non meminerimus in præsentia, &c. Id est Prophetarum auctoritates his non adhibeamus: quod ad rem doctè commentatur Gentianus Herbetus, ibidem.

S. etiam Athanasius ad Antiochum, quæst. 135. breviter, & appositè: *Eos qui sacras literas non recipiunt, ex ipsa rerum natura de Theologicis persuadere solemus: Hoc est omisâ testimoniorum auctoritate, sola ratione convincere: quod etiam docuit S. Ambrosius lib. de Paradiso, cap. 8. Sed quoniam (inquit) etiam Gentilibus, si fortè illud obiecerint, respondendum videtur: qui exemplum (id est auctoritatem) non recipiunt, rationem exigunt.* Et in 1. ad Corinth. 15. 36.

Hinc S. Cyprianus lib. Adversus Demetrianam cum multis utriusque paginæ testimonijs, hominem Ethnicum impetisset; quibus, ut scribit Lactantius, lib. 5. Divin. Inst. cap. 4. Oblaquantem atque obstrepentem veritati redarguere conatur. Hanc in tanto Doctore confutandi methodum ita notavit Firmianus: *Qua materia non est usus, ut debuit: non enim scriptura testimonijs, quam ille utique vanam, fictam. commentitiamquè putabat; sed argumentis, & rationibus fuerat refellendus &c.*

Gentilibus quoque iunxit S. Thomas, Mahometas, atque Paganos (si tamen hi forsan ab ethnicis differunt) in quos pari modo pugnandum monuit lib. 1. Contra Gentes cap. 2. Quia (inquit) quidam eorum, ut Maometistæ, & Pagani non conveniunt nobiscum in auctoritate alicuius Scripturæ, per quam possint convinci: sicut contra Iudæos disputare possumus per vetus testamentum, contra Hæreticos,

ricos, per novum; hi verò neutrum recipiunt: unde necesse est, ad naturalem rationem recurrere, cui omnes assentire coguntur, &c. Quod & in eiusdem commentarijs probat Franciscus Ferraricus, Zumel, in 3. part. q. 1. art. 8. q. sua 1. & alij.

Si quando autem cum hostibus ethnicis auctoritate forsan erit agendum, non ex divinæ Scripturæ libris, sed ex suis ipsorum Poëtis, ac Philosophis testimonia petenda sunt, quibus ut suis firmius credent, ideoquè talibus efficacius revincuntur: quod prudentissimè observatum ab Apostolo est, dum apud Gentiles Athenis disputaret Act. 17. v. 23. ex inscripta eorum arâ Ignoto Deo; & mox in ipsorum Poëtis testimonium adducens, & ita efficaciter inferens v. 28. *Sicut & qui dam vestrorum Poëtarum dixerunt: ipsius enim, & genus sumus: Genus ergo cum simus Dei, non debemus estimare auro, &c.* Cuius argumentationis opportunitatem notat in loco Carthusianus: *Convenienter (inquit) Apostolus contra Gentiles disputans, non Scripturas novi, ac veteris testamenti sed Gentilium viri testimoniam profert, &c.* Sic etiam Interpretes alij: quin & S. Thomas 1. p. q. 1. art. 8. ad 2. causam eiusmodi argumenti ex naturæ ratione pendens assignat: *Etiam (ait) auctoritatibus Philosophorum sacra doctrina utitur, ubi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt, sicut Paulus Act. 17. &c.* De quò etiam Dionysius Carthus. lib. 1. Sum. Fidei, art. 2. num. 3. Cantapetrenf. lib. 6. Hypot. cap. 1. §. Deinceps.

Cuius verò ponderis fuerit apud ethnicos suorum auctoritas, satis expressit S. Hieronymus Epist. 84. de indicatâ S. Cypriani censura locutus: *Cur adversus Demetrianum (inquit) scribens Cyprianus testimonijs usus sit Prophetarum, & Apostolorum, quæ ille ficta, & commentitia esse dicebat, & non potius Philosophorum, & Poëtarum, quorum auctoritati, ut ethnicus, contraire non poterat? Quod ipsum quoque notavit supra Lactantius: Oportebat (ait) quia nondum poterat capere divina, prius humana testimonia offerri, id est Philosophorum, & Historicorum, ut suis potissimum refutaretur Auctoribus. Quod & in gentium Doctore notavit S. Hieronymus ad Isaiam, cap. 50. Unde (inquit) & Apostolus Paulus his, qui Prophetarum fidem non recipiebant, Auctorum suorum loquitur testimonijs, &c.* Idquè sapientèr exequitur S. Iustinus adversus ethnicos agens, Exhortat. ad Gentes, atque Salvianus lib. 1. de Provident. sed hæc de Gentibus, satis.

In Hæreticos autem, & Iudæos, cum in perfidiâ, & obstinatione pares existant, pari etiam erit argumentatione pugnandum, ut primum ex sacris, quos utriusque palam admittunt, libris aucto-

ritas deducta præcedat, mox armata rationum acies insequatur: quem signatè morem cum Hebræo differens, observavit Petrus Damian. opusc. 3. sic ipsum allocutus: *si Sacra scriptura testimonia ad fidem te Christi non atrahunt, si omnium te Prophetarum tam perspicua, & clara dicta non flectunt; libet adhuc post p'sitis scilicet Prophetarum exemplis, sola tecum ratiocinatione contendere, &c.* Quod ille statim acutè persequitur.

Et secutus videtur S. Augustini monitum: orat. *advers. Iudeos*, hanc cum ipsis pugnandi methodum præribentis cap. 2. *De sanctis ergo scripturis, quarum & apud ipsos magna habetur auctoritas sumenda sunt testimonia, quorum & si nolint oblata utilitate sanari, aperta possint veritate (hoc est veritatis ratione) convinci.* Sic doctus differendi Magister, de qua præliandi methodo contra huiusmodi adversarios, non pauca ex Sanctis Patribus attingit Franciscus Picus Mirandul. lib. 1. *de Studio Human. & Divina Philof.* cap. 3.

Proinde, cum singulis, qui diversæ religionis, aut sectæ sint, hac erit potissimū methodo confligendum, quam signatè præfinit Carthusianus, *ad Act. c. 17. contra diversos* (inquit) *fidei adversarios diversis argumentandum est modis, ac vijs: utpotè contra Iudeos per Scripturas legis, ac Prophetarum; contra Hereticos etiam, per novi testamenti Scripturas: contra Gentiles, per naturalis rationis discursum: oportet namque audientium considerare personas, & eas allegare cuiquæ Scripturas, seu documenta qua recipit.* Sic ille omnem differendi modum, vel ab auctoritate, vel à ratione consideratā divisim hostium qualitate, prudenter discrevit, ac seposuit.

Hanc etiam adversariorum distinctionem exactè, observandam consulit S. Thomas, *Quodlib. 4. art. 18.* ut cum singulis appositè differatur: *In disputatione Theologica (inquit) maximè vrendum est auctoritatibus, quas recipiunt illi, cum quibus disputatur; puta, si cum Iudæis disputetur, oportet inducere auctoritates veteris testamenti; si cum Manichæis, qui vetus testamentum respuunt, oportet vti solum auctoritatibus novi testamenti; si autem cum Schismaticis, qui recipiunt vetus, & novum testamentum; non autem doctrinam Sanctorum nostrorum, si ut sunt Græci, oportet cum ijs disputare ex auctoritatibus novi, vel veteris testamenti, & illorum Doctorum, quos ipsi recipiunt; si autem nullam auctoritatem recipiunt, oportet ad eos convincendos, ad rationes naturales confugere.* Ita S. Doctor: videndus etiam in cap. 4. Ioan. lect. 7. idèò Christus Dominus de resurrectione differens cum Sadducæis, qui Pentateuchi libros habebant vt Canonicos, cum alia multa, & fortè clariora testimonia ex Prophetis posset adducere,

solum

solum ex lib. Exod. cap. 3. v. 6. auctoritatem protulit Matthæi cap. 22. v. 31. quod notat ibi S. Hieronymus: *Hi (ait) quinque tantum libros Moysi recipiebant, Prophetarum vaticinia respicientes: stultum ergo erat inde proferre testimonia, cuius auctoritatem, non sequebantur.* En omnem instructæ disputationis armaturam, vt cum eiusmodi hostibus veniatur in certamen.

Demum, quod ad Catholicos attinet, qui Sacri Canonis libros omnes æquè venerantur; in dissertationibus theologicis, ac potissimum Biblicis, quæ fidem spectant, primas auctoritati detulit idem S. Thomas 1. part. q. 32. art. 1. corp. *Quæ igitur (inquit) fidei sunt, non sunt tentanda probari, nisi per auctoritates his, qui auctoritates suscipiunt, &c.* Quam ille sententiam semel, iterumquæ firmat lib. 1. *Contra Gent.* cap. 9. & in cap. 2. S. Dionys. *de Divin. Nomin.* lect. 1. Seraphicus item Doctor Bonavent. in Prolog. lib. 1. *Sent.* q. 2. ad 6. *Non sunt (ait) inducenda argumenta Dialectica, quibus homo (nempe Catholicus) principaliter innitatur, quia innitendum est auctoritati principalius, quàm rationi, &c.*

Apud eosdem etiam eo potest institui fine, ac proposito disceptatio, vt nunc auctoritate, nunc verò ratione vti opportunus videatur: quod pariter expressit S. Thomas *Quodlib. 4.* citato art. 18. *Disputatio (inquit) ad duplicem finem potest ordinari: quedam enim disputatio ordinatur ad removendam dubitationem an ita sit; & in tali disputatione Theologica maximè vrendum est auctoritatibus, &c.* Rursum addit: *Quedam verò disputatio est magistralis in scholis, non ad removendum errorem, sed ad instruendum auditores vt inducantur ad intellectu in veritatis, quam intendit; & tunc oportet rationibus inniti investigantibus veritatis radicem, &c.* Appositè S. Doctor: & hucusque satis vt opinor, auctoritatis rationisquæ collatio demonstrata est, & quaqua verum affatim discussa, & ventilata, nunc deinceps qualiter vtraque Biblicæ dissertationi deserviat sequentibus semitis ostendendum.



VSUM AVCTORITATIS

in argumentatione Biblica

persequitur.

SEMITA IV.

Opportunè visum est hanc quoque partem auspicari. Duce Tullio, seu quisquis Auctor ille sit, ad Heren. lib. 2. *Consequi videtur (inquit) ut dicamus, quemadmodum ipsas argumentationes ornate, & absolute tractare possimus; ut neque diutius, quam satis sit, in hisdem locis immoremur, atque eodem idem tadem revolnamur, neque inchoatam argumentationem relinquamus, neque incomode, ad aliam deinceps transeamus, &c.* Quod nulla ratione fieri commodius potest, quam si à principijs hanc semitam exordiamur.

VESTIGIVM I.

PRINCIPIA HUIVS

argumentationis quædam,

& qualia sint?

Aptissime præcunctis Aristoteles de Scientiæ principijs agens lib. 6. *Ethic.* cap. 3. ita docet: *Sunt enim principia ex quibus ipsa ratiocinatio constat, quorum non est ratiocinatio: Quod sane nulli alteri, quam soli Biblicæ scientiæ congruentius aptari potest; hæc enim vna est, quæ his vtatur principijs, quorum non est ratiocinatio; nam præter omnem rationis indaginem sola Dei revelantis auctoritate creduntur, & tamen eiusmodi principia sunt, ex quibus ipsa ratiocinatio constat.*

Etenim sicuti doctrinarum singulæ sua habent potissima, quæ vocantur principia, quibus aut veluti fulcro sustentantur, quasi fundamento solidantur, aut tamquam cardine vertuntur: sic Bi-

blicus

blicus disputator suis etiam principijs vtitur omnium quidem scientiarum certissimis, ac solidissimis, nempe Sacræ Scripturæ textibus, & veritatibus in eâ revelatis, quæ sapientissimus Iob eleganter, & allegoricè visus est delineasse cap. 28. v. 1. *exorsus: Habet argentum venarum suarum principia; & auro locus est, in quo constat. &c.* Qua locutionis metaphorâ, per *enigma*, & *parabolam*, vt notat ibi S. Hieronymus: *Argenti, & auri vocabulum; secundum auctoritatem Scripturarum, verbi eloquium, & sensus animi indicare voluit.*

Clarius verò S. Gregorius lib. 18. *Moral.* cap. 14. & ex eo, S. Jo. Cluniacens. ibidem: *In argento (inquit) eloquium; in auro, sapientia claritas designari solet.* Quod item in loco respiciunt Hugo Card. Carthusian. & Lira, Rupertus etiam lib. 5. *in Genes.* cap. 1. de Sac. Scriptura loquens: *De qua (inquit) rectè dicas habet argentum venarum suarum principia, in qua situs est plurimus testimoniorum eius acervus argenteus, &c.* Subdit art. 55. Dionysius: *Vena itaque huius spiritualis argenti, sunt libri Scripturæ Canonice, ex quibus velut ex venis rivuli sanctorum ducuntur, prefluuntque verborum, &c.*

Denique cuius utilitatis, & muneris sint hæc Sacræ Scripturæ principia, & veluti venæ diviniore sapientie ad Biblicam dissertationem, apertè tradunt, Sanctus Gregorius, & Odo citati: *Quia Hæretici (aiunt) sic de eloquij sui nitore superbiunt, ut nulla sanctorum librorum auctoritate solidentur (O malos rei Biblicæ tractatores!) Qui libri ad loquendum nobis quasi quædam argenti venæ sunt, quia de ipsis locutionis nostræ originem trahimus; eos ad Sacræ Auctoritatis paginas vocat, ut si verè loqui desiderant, inde sumere debeant, quid loquantur, &c.* St. atim quod illi de concionandi munere dicunt, tu iure possis ad Biblicum dissertatorem aptè transferre, addit enim: *Neceste est, ut causarum origines à sacris paginis sumat: ut omne quod loquimur, ad divinæ Auctoritatis fundamentum revocet, atque in eo, adificium locutionis suæ firmet, &c.* Haud potuisse clarius, & expressius disputationis Biblicæ principia delineari.

Hæc item ipsa in munimentis Davidicæ Turris, quæ adificata est cum propugnaculis, cant. cap. 4. v. 4. præsignata voluit Magister Prolog. lib. *Sent.* ita præfatus: *In ardescens fidem nostram Davidicæ Turris Clypeis munire, vel potius munitam offendere, &c.* Cuius mentem sic ad rem calluit, & expressit Gregorius Ariminz. ibi q. 1. art. 2. *Per Clypeos Turris Davidicæ intelligit auctoritates Sacræ Scripturæ, &c.* Cui etiam alij consentiunt iidem de Principijs agentes: S. Thomas hic in divisione textus, Durandus ibid. q. 1. n. 7.

Mag-

Machin in 1. part. disp. 1. sect. 2. conclus. 2. Zumel ibi. q. 1. pro-
 pol. 6. & verò, si velis hæc propugnacula, & armamenta pro sacræ
 Scripturæ testimonijs accipere, multa dabunt in loco S. Grego-
 rius, Anselmus, Rupertus, Philippus Abbas, & alij: tantum audi
 Richard. Victorinum in Cant. cap. 21. *Habet autem hæc Turris pro-
 pugnacula, diversa scilicet Scriptura documenta, &c.* Mox iterat: *Hæc
 Scripturæ testimonia, atque exempla propugnacula sunt, &c.*

Præterea fundamentorum, & nomine, & munere, hæc quo-
 que principia censerit voluit Cano lib. 12. de Locis, cap. 3. quod to-
 tum de Theologiæ principijs affatum est: *Eadem enim (inquit)
 sunt disciplinarum principia, ac fundamenta:* Cui etiam sententiæ
 contulit illud Davidis carnem Psalm. 86. v. 2. de Christi Eccle-
 sia præcinentis, vt plurimum ibi sensus est; *Fundamenta eius in monti-
 bus sanctis: vbi Caietanus describit (ait) Civitatem Dei, à fundamen-
 to; portis, & doctrina:* Cassiodorus, & Ludolphus: *Prior laus à fun-
 damentis, vt soliditas notetur Civitatis.* S. Basilii, & Theodoretus,
Fundamenta, divina sunt documenta: Dionysius Carthusianus *idest
 fundamentalia documenta Ecclesia: de qua S. Bruno ibid. fundabitur
 in doctrina Prophetarum, & Apostolorum.* Sic etiam alij.

Artissimè tamen omnium ad rem Euthymius: *Fundamenta
 (inquit) dogmata illa sunt, qua de Christo traduntur: hæc etenim dog-
 mata, bases quadam sunt, seu radices fidei Christianæ, &c.* Mox ad-
 dit: *Possumus intelligere fundamenta quidem, veluti principia ædifica-
 tionis Ecclesiæ. Demum claudit: Vt sensus sit, quod principia fidei Chri-
 stianæ sint in Prophetis.* Hoc est, in Prophetalibus libris, & omni
 sacro textu: sicque hanc Davidis vocem capit idem Cano, ita subij-
 ciens: *Quod explicaturus statim adiunxit. Dominus narrabit in Scrip-
 turis populorum, &c. Scripturæ ergo privata non sunt fidei Ecclesi-
 stica fundamenta; sed Scripturæ populorum, quas nobis Principes Eccle-
 siæ tradiderunt: quamobrem, in principijs Theologiæ ea sunt habenda,
 qua communiter, & publice Ecclesiæ suæ locutus est Deus, &c.* Post alia
 pergit: *Principiorum itaque Theologiæ numerus è libris sacris, atque
 Apostolorum traditionibus integerrimè constituitur. Denique infert:
 Illa fundamenta sunt Theologica, Ecclesiastica quæ doctrina, &c.*

Nec fundamenta solum, sed ianuas etiam appellari legimus ab
 Aristotele lib. 2. *Metaphys.* cap. 1. vbi de principijs agnoscendæ
 veritatis edisserens, ita præloquitur: *Si ita videtur habere, vt in pro-
 verbio dicimus, quis aberrabit à ianua? Hoc modo profecto facillè esset,
 &c.* Sive vt aliæ translationes habent, *in ianuis, vel in foribus quis
 delinquet?* Vbi vetus eius commentator apud Rayellum ibi. q. 1.
 184

*Ista sunt (ait) principia cognita naturaliter habita à nobis. Quin, &
 clarius S. Thomas ibidem lect. 1. sicut circa ipsum introitum domus,
 qui omnibus patet, & primo occurrit, nullus decipitur, &c.* Subdit sta-
 tim: *Huiusmodi autem sunt prima principia naturaliter nota, &c.* Quod
 etiam cursim indicavit Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 2. n. 3. & Philip-
 pus Faber. *Advers. Atheos, disp. 2. cap. 4. n. 33.*

In his verò principiorum ianuis, quæ Biblicam facultatem
 spectant, vtriusque instrumenti testimonia sita esse, atque afferva-
 ta volunt interpretum plures ad illud cant. cap. 7. v. 13. *In portis no-
 stris omnia poma nova, & vetera servavi tibi.* S. Gregorius, Cassiodo-
 rus, Aponius, Beda, Theodoretus, & quidam alibi: post illos Guar-
 ricus Abbas, serm. in Psalm. ita pro cunctis: *Omnia poma nova, &
 vetera (inquit) idest tam Prophetarum, quam Evangelistarum, vel Apo-
 stolorum eloquia reposita sunt, &c.* Cerne quibus instrumentis istæ
 principiorum ianux extructæ sint, & ornatæ.

Hæc etiam Paulus Episc. Burgens. 1. p. *Scrutinij* dist. 9. cap. 16.
 voluit à Salomone præmonstrata Proverb. cap. 8. v. 6. vbi sapien-
 tiam ita loquentem inducit: *Audite, quia de rebus magnis locutura
 sum: quod ille ex Hebræo fonte sic retulit: Quia principalia loquar;
 statatimque pro re commentatus addit: Principia enim cuiuslibet
 scientiæ, qua sunt principalia in ipsâ, præsupponuntur tamquam vera,
 &c. Et ideo principia, seu principalia doctrinæ divinæ, oportet quod præ-
 supponantur tamquam vera, & probata ex audita altioris scientiæ, quæ
 quidem est scientia divina, per cuius revelationem talia principia ha-
 bentur, &c.* Hæc appositè Burgensis.

Vidisti hucusque principijs Biblicæ facultatis inditam variam
 opportunamque rerum similitudinem, vt modo velut in auri, ar-
 gentique fodinis *Venarum principia* dicantur, vnde tamquam pre-
 tiosa vtriusque metalla sacra disceptatio ingeniosè conflatur: mo-
 do nominentur *Turres Davidicæ propugnacula*, quibus omnis arma-
 tura fortium, idest instructa disputantium panoplia Biblicum prodeat
 in certamen; nunc literariæ veluti civitatis *fundamenta* compellen-
 tur, quorum, quasi præiacto solidè cœmento, alta dissertationum
 culmina tutius erigantur. Nunc verò *ianuæ*, per quas ad sacræ pa-
 ginæ discussionem aditus invenitur. Denique *scientiæ* præcipua,
 seu *principalia*, vtpotè quibus in sacra doctrina, nihil potius, aut
 principalius existat, quæ omnia hos Biblicæ disputationis fontes,
 atque principia satis indicant, atque commendant.

Quam autem hæc necessaria sint sacris quæstionibus ver-
 sandis, satis expressè demonstrat Clemens Alexandr. lib. 8. *stromat.*

cap. 1. ita de perito differtatore locutus: *Si eius quidem referatur iudicium ad id, de quo similiter dubitatur, & illius rursus ad aliterum, de quo dubitatur similiter, procedet in infinitum, & non poterit demonstrari, si autem eius, quod certum est, & extra controversiam, referatur fides ad id, quod omnes confitentur, illud est constituendum doctrina principium, &c.* Quod ita clarius exposuit doctus eiusdem scholasticus Hervetus: *Si illius rei, de qua queritur fides referatur ad id principium, quod omnes fatentur, id est doctrina principium, quod est inventurum ea, qua queruntur, &c.*

Et in hac Clementis sententiâ, duo sunt ad rem observanda: primum in sacra quæstione quâlibet, prima certissimaquæ principia oportere constitui, & quæ apud omnes, æquè in confesso sint, aliter enim necessario esset in infinitum abeundum; quod nimis stolidum est, vel cogitare: idquæ ex Aristotelis scholâ procedit. qui lib. 1. Post. cap. 3. contra illos arguens: *Quibus, propterea quod ipsa quoque principia scientiâ tenere oportet, non videtur esse scientia, ita sapienter pugnat: Qui namque scientiam omnino non esse possunt, ij ascendendum esse in infinitum censent.* Cuius mentem sic explicat ibi S. Thomas lect. 6. *Si procedit in infinitum, non est in eis accipere principia, quia infinita non est transire, ut ad prima veniatur.* Satis ille sapienter.

Alterum est, de illis maximè principijs pro re nostrâ capiendum esse Alexandrinum, quæ fidei potissimum innituntur, dum ait: *Si fides referatur ad id, quod omnes confitentur, illud esse constituendum doctrina principium:* Nec istud etiam abit ab Aristotelis placito, qui adhibendam esse principijs fidem frequenter iterat eiusdem libri cap. 2. ita præ alijs: *Si ob prima scimus, ac credimus, & illa sanè scimus, ac credimus magis, quoniam ob illa, & ipsa scimus posteriora.* Subdit postmodum: *Magis enim principijs, aut omnibus, aut quibusdam credere, quam conclusioni necesse est.* Iterum addit: *Ipsa principia magis nota, magisque credita sint, quam id, quod ex ipsis ostenditur, oportet, &c.* Vides quantum, erga principia, fidei tribuat, qui credendum ipsis tam sæpe pronuntiat. Videndus etiam lib. 1. Topic. cap. 1. in hac quoque sententiâ fuit Sextus Empiricus, licet alias in omnes disciplinarum Professores malè animatus Auctor. lib. 7. *Contra Mathematic.* ita statuens: *Quod si verum querendum est, in omni parte Philosophiæ, oportet ante omnia habere principia, & eius discernendi modos habere, fide dignos.* Vbi, ut vides fidem etiâ principijs in omni parte Philosophiæ docet adhibendam.

Et quam proprium hoc sit principijs Bibliçæ facultatis, iterat

scæ-

sæpius S. Thomas, tum Prolog. lib. Sent. q. 1. art. 3. *Ita doctrina (inquit) habet pro principijs primis articulos fidei, qui per lumen fidei, infusum per se noti sunt habenti fidem, sicut & principia naturaliter nobis insita per lumen intellectus, &c.* Et altero scripto in eundem Prolog. q. 1. art. 1. corp. tum 1. p. q. 1. art. 2. corp. *Sicut musica credit principia tradita ab Arithmetico, ita doctrina sacra credit principia revelata sibi à Deo.* Et rursum art. 8. ad 2. *Principia huius doctrina per revelationem habentur; & sic oportet, quod credatur auctoritati eorum, quibus revelatio facta est.* Item in Procem. Boëtij, de Trinit. q. 2. art. 2. ad 5. & 7. 1. 2. q. 1. 1. art. 4. corp. & alibi non semel: Ex quò planè cernas, quam germanè Theologicæ sententiæ conveniat in hac parte, cum Philosophiæ schola.

Hanc verò utriusque concordiam, acutè tetigit Cano lib. 1. 2. de Locis, cap. 2. ita: *Sicut natura lumen (ait) absque ratiocinationis medio principiorum naturalium notitias efficit, ita lumen fidei, nullo habito rationis argumento, earum rerum persuasionem facit, quibus Fideles assentimur divinâ solum auctoritate nisi.* Planè sapienter: en autem germana Bibliçæ argumentationis principia, quæ docuit Clemens Alexandr. *Si fides referatur ad id, quod omnes confitentur, illud esse constituendum doctrina principium, &c.*

Et quidem nulla esse posse alia huius facultatis certiora principia, quam fidei articulos, & veritates in sacro textu revelatas, acerrimè tuetur Franciscus Picus, Mirandulan. de Fide, & ordine credend. Theorem. 5. *Cum qualibet (inquit) veritas sententiæque supposito fidei lumine evidentissimum sit principium, ex quò conclusiones elici, deduciquè possint.* Atque hæc constans omnium Theologum sententia est, quam, & auctoritate, & ratione firmatam ostendunt, in 1. p. S. Thomæ, q. 1. ad art. 2. & 8. Valentia, disp. 1. punct. 5. 6. 1. & 2. Machin. disp. 6. sect. 1. Zumel, q. 1. proposit. 4. Bañez, dub. 1. & 2. Fasolus, dub. 3. & 7. & ad art. 8. dub. 6. Granado, disp. 3. sect. 1. Navarrete, tom. 1. contr. 2. & 7. Gillius, lib. 1. tract. 2. cap. 4. 6. & 7. & apud hos, plures ex antiquioribus: unde fit argumentationem ab Auctoritate propriam esse Bibliçæ dissertationis, ut statim ostendo.

VESTIGIVM II.

ARGVMENTATIO BIBLICA

potissimum auctoritate constat.

EThoc maximè principio, proprio veluti cardine, versandas eff. sacras disceptationes, in primis discas á S. Thoma, *Quodlib.* 4. art. 18. exacto quidem Syllogismo, quem licet pro dubitandi ratione præmittat, optimo mihi argumento est ad rem con- sciendam.

- S. In qualibet scientiâ Quæstiones optime deter- minantur per prima principia il- lius scientiæ.*
- S. Sed prima principia scientiæ Theologicæ sunt articuli Fidei, qui nobis per aucto- ritates innotescunt.*
- S. Ergo maximè Quæstiones Theologicæ sunt determinandæ per auctoritates.*

Huius autem Syllogismi propositio maior, tam est omnibus ma- nifesta, vt iniuriam faceret in re scholasticâ, vel mediocritèr ver- fatis, qui quemquam de illâ dubitaturum existimaret: minor satis superque firmata est vestigio præcedenti, vnde filum illationis exa- ctè deducitur: quod iterum nexuit idem S. Doctor. 1. p. q. 1. art. 8. ad 2. *Argumentari (ait) ex auctoritate est maxime proprium huius do- ctrinæ, eo quod principia huius doctrinæ per revelationem habentur, &c.* & *prolog. in lib. Sent. q. 1. art. 5.* quod ipsum in vtroque loco sta- tuunt, & probant scholastici quam plures, nunc S. Thomæ, nunc Magistri textum exponentes; & præter ipsos alij, S. Antoninus 4. p. tit. 11. cap. 2. §. 10. sub hac inscriptione: *Quod arguere ex aucto- ritate est proprium S. Scripturæ.* Dionys. Carthuf. lib. 1. *Summ.* art. 2. n. 3. Salmeron, tom. 8. tract. 2. §. 1. Gillius, lib. 1. tract. 7. cap. 1. n. 2. Cantapetrenf. lib. 1. *Hypot.* cap. 16. Bañez, in 1. p. q. 1. art. 8. dub. 1.

Va-

Valades, *Rhet. Christ.* part. 3. cap. 10. Ioann. Haye *Apparat. Evan- gel.* cap. 5. num. 19. ideoquè iure commendatur á S. Thom. lib. 1. *contr. Gent.* cap. 9. *Singularis modus convincendi adversarium, ex au- thoritate Scripturæ, &c.*

Horum verò sententiam sic ad rem edifferit omnium aptissi- mè Cano, lib. 1. *de Locis*, cap. 2. *Cum* (inquit) *in reliquis disciplinis omnibus primum locum ratio teneat, postremum auctoritas. At Theologia tamen vna est, in qua non tam rationis in disputando, quam auctorita- tis momenta querenda sunt: etenim locum ab auctoritate ad eò sibi pro- prium vindicavit, vt rationes, vel tamquam hospites, & peregrinas ex- cipiat, vel in suum etiam obsequium adiscat quasi longè peritas, &c.* Prudenter ille: cum enim tota principiorum veritas ex afferentis auctoritate pendeat, hinc est quod germana de Biblico textu argu- mentatio, quæ procedit ex eiusmodi principijs, non alio modo, quam auctoritatis robore tractanda, & discutienda propriè fit.

Atque hic etiam SS. olim Patrum sensus fuit, quos tacito nomine refert Cassiodorus Præfat. in lib. *Divin. Lect. de Script. Sa- cræ* studiosis, ita prælocutus: *Multos enim vos vidiſſe retinemus me- moria firmitate pollentes de locis obscurissimis inquisitos, exemulis tan- tum auctoritatis divinæ solviſſe propositas quæstiones: quoniam in alio li- bro clarius expositum est, quod alibi dictum constat obscurius.* Et hæc quidem ratio, quam adhibet in re præſenti Cassiodorus satis fir- ma mihi visa est ad stabiliendam, quæ fit ex auctoritate, argumen- tationem: illa quippe sacram Scripturam exponendi potior, aptior, & tutior methodus est, cum vnius textus explicatio ex alterius collatione lucem mutuatur, vt quasi reciproca luminis collustra- tione clarescant: atqui hæc sine textuum, auctoritatumquè pro- ductione fieri non possunt: stat ergo auctoritatem in Sacri Codicis explicatione præferendam.

Huius autem argumentationis robur constat ex S. Augusti- ni sententiâ lib. 3. *de Doct. Christ.* cap. 26. de obscurioribus Scrip- turæ locis emittendis in lucem ita præcipientis: *Vbi autem apertius ponuntur, vbi discendum est, quomodo in locis intelligantur obscuris: ne- que enim melius potest intelligi, &c.* Rursumquè cap. 27. & 28. idem monitum præbet, cui etiam subscribit S. Gregor. lib. 28. *Moral.* cap. 6. atque hunc sapienter interpretandi canonem expositori per ne- cessarium, vt ex clarioribus abstrusiora rimetur, & velut illatâ ex apertis luce obscuriorum tenebras dispellat iure constituunt, & probant lectissimi Scriptores; Pagninus lib. 1. *Isagog.* cap. 15. & 22. Cantapetrenf. lib. 10. *Hypot. Regul.* 16. & 49. Salmeron. *Proleg.* 9.

Ecc 3

can.

can. 32. & 49. Ioannes Payva, lib. 2. *Regul. Sacr. Script.* cap. 18. Eandem Biblicè differendi regulam docet Sanct. Bonaventura in *Proem. Brevilog. S. De modo exponendisacr. Script.* iure audiendus: *Cum enim (ait) ipsa sub vnâ literâ multiplicem tegat intelligentiâ, expositor debet abscondita producere in lucem, & illam eductam manifestare per aliam Scripturam magis patentem, &c.* Cuius documentum appositum ille subdit exemplum, idquè ex oratorum etiam scholâ consulebat olim Tullius lib. 2. *de Invent.* de controversijs agens, què in scripto versantur: *Deinde (ait) quâ in sententia scriptur fuerit ex cæteris eius scriptis sumi oportebit: rursum addit: si in lege erit ex ambiguo controversia, dare operam oportebit, vt de eo, quod aduersarius intelligat, alia in lege cautum esse doceatur, &c.*

Cum igitur ita receptum à magnis Doctõribus sit, ex clarioribus Scripturæ textibus obscuriores fore illustrandos, consequens est; vt nullâ aliâ ratione, atque e methodo melius, ac tutius Sacræ pagine quæstiones, dubiaquè ventilari, & solvi possint, ac debeant, quam productis ex ipsâ testimonijs: *Nihil enim fere de illis obscuritatibus eruitur (ait S. August. lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 6.) quod non planissimè dictum alibi reperiatur.* Vides eandem causam exhibitam ab utroque. Magno Aurelio, & parè rationem offensam, cur ad vnus textûs illustrationem ex alterius auctoritate sit differendum: *Quoniam in alio libro clarius expositum est, quod alibi dictum constat obscurius.* Ad hanc ergo tollendam obscuritatem, nulla expeditior via est, quam per productos ex auctoritate textus argumentatio.

Vis illustre maximè Præceptoris exemplum? Habes Christum Dom. optimum differendi Magistrum, de quo sic præcinit Regius Cantor Psalm. 86. v. 6. *Dominus narrabit in Scripturis populorum, &c.* Vt illum pro re commentatur Euthymius: *A Prophetarum Scripturis Christus omnia docebit, quæ ad se pertinent, &c.* Hoc est productis ipsorum auctoritatibus arguet, differet, ac disputabit, quem utique hac methodo differentem, vt scribit Ioannes cap. 7. v. 15. *Mirabantur Iudæi dicentes: quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Vt in loco notat Hugo Cardinalis: *Docebat (inquit) vtens auctoritate Scripturæ, & mirabantur Iudæi audientes. eum litera-liter, & sapienter loquentem, &c.* Et huius quidem arguendi moris ab ipso summo Præceptore seruari plura notant exempla. non pauci: Abulensis ad *Matth. c. 19. q. 19.* & ad cap. 22. q. 334 & sequent. Salmeron tom. 8. tract. 1. loco 3. Bañez in 1. p. q. 1. art. 8. dub. 1. Caietanus ad *Matth. 22. v. 32.* & alij, quos affatim indicamus semit. 2. vestig. 5.

Habes

Habes & Paulum, qui præmittis optimam hanc agendi methodum, & præscribit, & exercet. *ad Corinth. cap. 2. initio enim palam exponit suæ dissertationis argumentum, quod totum testimoniorum constat, & versatur auctoritate, ita præmittens v. 1. Annunciatis vobis testimonium Christi: hoc est, edifferens ea, quæ de Christo scripta sunt in utroque sacro volumine: de veteri quidem, ita S. Anselmus: Id est, quod de eius incarnatione, passione, & resurrectione testati sunt Prophetæ, &c.* De novo autem sic ibidem S. Remigius: *Testimonium Christi est Evangelium, quia ibi sunt testimonia incarnationis eius, passionis, mortis, &c.*

Rursum apertè docet, quam ipse disputandi rationem respuat atque reiiciat. v. 1. *non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ. v. 4. non in persuasibilibus humana sapientiæ verbis. v. 6. sapientiæ autem loquimur non huius sæculi, &c.* Quo plura congerunt sacri Doctores, ad aperiendam pro re Pauli mentem: S. Thomas ibi lect. 1. *Sublimitas autem sermonis potest referri ad modum ratiocinandi per aliquas subtilis vias, &c.* S. Anselmus: *Non in Rhetoricis, & Dialecticis dissertationibus, vt artificiosè, & cõpositè predicarem vobis secundum logicam Carthusianus: Non in argumentatione dialecticâ, &c.* Et addunt alia eiusdem saporis in loco, S. Bruno, Remigius, Sedulius, Theophylactus, & S. Ambrosius, serm. 11. & 22. in Psalm. 118. S. Chrysostomus Homil. 6. *Non veni connectens syllogismos, nec sophismata.* Claudis S. Thomas: *Non fuit intentionis, quod sua predicatio nitetur Philosophicis rationibus, &c.*

Præterea, quam differendi doctrinam sequatur, ostendit: nempe, quæ in Scripturarum tractatione, atque intelligentiâ consistat. v. 7. *Sed loquitur Dei sapientiæ in mysterio, quæ abscondita est, &c.* S. Thomas, 2. 2. q. 45. art. 5. ad 1. *Apostolus (inquit) loquitur ibi de sapientiâ, secundum quod se extendit ad occulta mysteria divinorum: Quod clarius explicat S. Anselmus: Id est in occulto sensu Prophetiarum dictorum, vel operum sapientiæ referamus. vt in immolatione Isaac vel in victoria David de Philisthæo.* Quæ omnia Sacri Codicis Textus, & arcana respiciunt, vt differendo solent ab Apostolo frequenter afferri.

Ideo, quem probationis modum adhibere disputando consuecat, palam fateatur v. 9. nempe, qui ex testimoniorum auctoritate ducatur: *Sed sicut scriptum est: quod oculus non vidit, nec auris audivit, &c.* Quod ex Isaia cap. 64. v. 4. sumptum à S. Paulo; voluit S. Thomas ibid. lect. 2. Carthusianus, Lyra, Cornelius; vt institutam assertionem tanti Vatis auctoritate firmaret: Caietanus, pro

eun&is ita : Dixerat hanc sapientiam absconditam ; & prædefinitani in gloriam nostram, ignotamquè, & probavit hoc vltimum; modo autem probat primùm auctoritate sacra Scriptura sumpta ex Isaia. Quod oculus non vidit, &c.

Demum omne consuetæ sibi dissertationis artificium ita complectitur, v. 13. *Qua & loquimur non in doctis humane sapientie verbis; sed in doctrinâ Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.* Pro quibus ad rem quædam tradunt opportuna S. Ambrosius, S. Anselmus, & Primasius: iterumquè S. Thomas le&. 3. Id est (inquit) non nititur ad probandam nostram doctrinam per verba composita, sive quantum ad ornatum verborum, sive quantum ad subtilitatem rationum. Sed quibus ille principijs ad probandum innitatur, coram exponit ibi S. Chryostomus Homil. 7. *Quid est autem (inquit) Spiritualia Spiritualibus comparantes? Quando spirituale fuerit, & dubium, ex spiritualibus ducimus testimonia, vt exempli causa: dico Christum resurrexisse, natum esse ex Virgine: adduco testimonia, Typos, ac figuras, & demonstrationes, &c.* Quorum ille quædam indicat ex sacro textu: mox adiungit: *Ita Spiritualibus spiritualia comparo, & nusquam externâ ego sapientiâ, neque rationibus, neque confirmationibus, &c.*

Nec minus appositè, ac dilucidè Theophylactus: *Videlicet (inquit) si quaestiones nonnulla oboriantur, comparamus has proximis. id est dissolvimus spiritualibus alijs quibusdam vel sensibus, vel historijs, &c.* Et paria quoque producit exempla, sicut & in loco eodem Oecumenius, similem omnino adhibens expositionem: vides igitur affatim, quibus fundamentis fulcienda sit Biblica disceptatio, quibus deducenda principijs, & quibus firmanda probationibus, quod totum ex Apostoli mente voluit esse Cyrillus Hierosolymit. Cateches. 17. *Ingenuè (inquit) nunc quoque fatemur, nos non humanis rationationibus vsuros; verum ea tantum, quæ sunt in Sacris Scripturis, commemoraturos; hoc enim est tutissimum, quemadmodum B. Paulus inquit. Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, &c.*


Quam autem id tutum sit, imò & iactis à ratione probationibus longe tutissimum, planè docuit S. Augustinus lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 27. ita de Sacri Codicis tractatione præmittens: *Vbi autem talis sensus eruitur cuius incertum certis sanct. Scripturarum testimonijs non possit aperiri, restat, vt ratione reddidit manifestus appareat, &c.* Sed hæc consuetudo (subdit statim cap. 28.) *periculosa est; per Scripturas enim divinas multo tutius ambulatur.* Hæc S. Doctor: *unde sic rationem concinnabis, in literali Sacri Codicis interpretatione,*

ne, humanis tantum vti rationibus periculosum est, securiusquè divinorum ductu testimoniorum per probatam argumentandi viam inceditur, at qui hanc sine inductis ad differendum textibus ingredi non possumus: auctoritas ergo in eiusdem tractatione maxime vsurpanda est: *Per Scripturas enim divinas multo tutius ambulatur, &c.*

VESTIGIVM III. AUCTORITAS IN SVAS classes distributa, & explicata.

Hanc in duplici differentiâ dignovit S. Augustinus lib. 2. de Ordin. cap. 9. *Auctoritas (ait) partim divina est, partim humana; sed vera, firma, summa, est quæ divina nominatur.* Postmodum addit: *Humana vero auctoritas plerumque fallit; in ijs tamen iure videtur excellere, qui quantum imperitorum sensus capit, multa dant indicia doctrinarum suarum, &c.* Quin & ipse quoque Tullius, cum ad causarum probationem testimonia producenda consulit Orat. Part. cap. 2. duplex eorundem genus distinguit: *Divinum, & humanum: divinum, & oracula. vt auspicia, vt vaticinationes, &c.* Humanum, quod spectatur ex auctoritate, & ex oratione, in quo sunt scripta, pacta, promissa, &c. Rectè Cicero, nam priora illa spectabant ad Deos; hæc verò, tantum ad homines: ex quo satis constat, sic exactè dividendam esse auctoritatem, quod & statuit & probat Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 1. n. 5. & 6.

Sed quoniam in hac eius partitione plura sunt, adhuc veluti fontium capita, ex quibus illa possit effluere, singulis distinguenda sunt fontibus: & vt quo quæque promanet initio, planè dignoscas, tamquam in brevi tabella delineatam aspicias cuiusque divisionis originem.



In hac autem divisione libenter, & ex industria prætermisi locum ab Angelorum auctoritate, quam vnus, quem noverim, Gillius etiam inter eiusmodi locos admisit lib. 1. tract. 7. cap. 10. nam vel eorum effata in testimonium adducuntur, quæ in sacro textu scripta narrantur; & tunc ad verbum Dei scriptum pertinebunt; vel si fortè cuiquam mortalium aliquid Deo imperante modo revelarint (aliter enim fieri omnino non potest) tunc eorum quoque sermones ad divinam auctoritatem spectabunt.

Cum ergo quæ superant reliqua ex ætè, vt reor distributa, eiusdem capitis tot membra sint; oportet, vt de singulis quædam ad rem breviter, ex probatis Doctoribus tantum indicemus, quos tu possis, cum sit otium, ex instituto consulere. Collatâ autem divinâ, humanâquè auctoritate, certum in primis est, illam esse potissimam, cuius præsidio Biblica disceptatio consistat, atque salciatur: quod præmultis expressit Dionys. Carthusian. lib. 1. *Sum. Fid.* art. 2. dub. 3. *Maximè autem (inquit) innititur sacra doctrina auctoritati non humana, sed divine, qua profus firmissima est; auctoritati autem Apostolorum, & Prophetarum innititur quasi demonstrativè sicut divina revelatione doctorum.* Ita certior Theologiæ sententia.

Prima igitur, ac potior arguendi sedes ex auctoritate divinâ in verbo Dei scripto locatur, ac sistitur, quod ex professo statuunt, ac probant Cano, lib. toto 2. *de Locis*, Lorca eiusdem argumenti tract. lib. 1. Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 7. Castro lib. 1. *Advers. Hæres.* cap. 2. & 3. Carolus Regius lib. 5. *Orat. Christ.* cap. 6. & lib. 6. cap. 23. Augustinus Valerius lib. 1. *Rhet. Eccles.* cap. 4. 1. Gretserus. *Antimonio pro deliro medico*. D. 6. 15. Bañez in 1. p. q. 1. art. 3. dub. 3. & 4. Falolus. *ibid.* dubit. 6. Zumel, q. 3. omnes demum

Au.

Auctores, qui hunc Sancti Thomæ articulum passim exponunt, cui etiam suffragantur quotquot de divini voluminis auctoritate scripserunt, vel controversistæ, vel scholastici, vel interpretes.

Traditiones Apostolicæ quo iure, & quam divinæ sint auctoritatis, vt firmissima; imo necessaria, & infallibilia ex ipsis argumenta ducantur, & qua item ratione veranda sint, & virgenda pro re maxime Biblicâ multis Scripturæ testimonijs, & SS. Patrum confirmationibus recitatis, eruditè, disertèquè docent, atque tuentur Gillius citatus cap. 8. Cano lib. 3. cap. 6. Salmeron, Proleg. 11. can. 35. Cardinalis Hofius, tom. 1. *de Traditionib.* cap. 92. & rursus toto lib. 4. Zacharias Boverius tom. 2. *Demonstrat.* 5. art. 11. Gretserus, *Antimonio pro deliro medico*, D. 6. 20. & 21. & in alijs contra Hæreticos scriptis sepe, Castro lib. 1. *Contr. Hæres.* cap. 5. Bellarminus *controv. de Verb. Dei, non Script.* per capita 12. Stapletonus *controv.* 7. lib. 12. cap. 6. & sequent. Gordonus *controv.* 1. à cap. 28. Serarius *Prolegom.* cap. 5. q. 3. Becanus lib. 1. *Controvers.* cap. 2. Valentia lib. 8. *Analyf.* cap. 6. Suarez lib. 1. *Contr. Reg. Angl.* cap. 9. Petrus Cottonus lib. 2. *Eccles. Milit.* cap. 35. & his multo plures scholasticorum ad 2. 2. S. Thomæ in materia *de Fide*, vt Suarez, Granada, Arriaga, Valentia.

Hos autem, quos præmultis ad manus habui, èd libentius indico, quod viderim vberius hoc argumentum ex instituto fuisse persecutos: qui autem multa pro eodem voluerit Scripturæ testimonia, plurimâquè Patrum sententias, adeat Iodocum Coccium in *Thefauro*, tom. 1. lib. 6. art. 32. Canisij *Catechismum de Præcept.* *Eccles.* 8. 2. ac sequent. & quidem ex eorum quos præmisi, de *Crinâ*, vt ad rem notavit Magister Cano, cap. 6. indicato: *Non erit difficile ostendere ex Christi, & Apostolorum traditionibus certissima posse argumenta elici, &c.* Atque harum parem esse firmitatè cum ijs argumentationibus, quæ ex ipsis Canonice textibus efformantur, iure observant, ad 1. p. q. 1. art. 8. Zumel, q. 3. Falolus dubit. 6. Augustinus Valerius *Rhet. Eccles.* lib. 1. cap. 42. Rodericus Dosima lib. 3. *de Auth. Sacra Scrip.* cap. 14. Franciscus Picus Mirandul. *de Fide, & Ord. Crediendi.* Theorem. 6. Salmeron tom. 8. tract. 2. § *Est ergo.* Carolus Reg. *Orat. Christ.* lib. 5. cap. 6.

Ecclesie dignitas, atque maiestas, vt in apicem auctoritatis divinæ possit surgere, non quidem eo tantum ex nomine pensanda est, vt multitudine Fidelium, eorumquè sapientiâ, vitæ probitate, ac sanctitate morum constat; hoc enim ex capite humanæ solum est auctoritatis; sed quatenus supremi numinis afflatu cœ-

litus

litus animata coalescit, ac vivit: *Cuius Spiritu totum corpus Ecclesia sanctificatur, & regitur*, ut ipsa publicis precibus intonat, ex quo divinam induit, ac sibi coaptat auctoritatem, quod pro instituto sapienter observat Gillius tract. 7. cap. 9. n. 7. & Cano lib. 4. cap. 4. hanc Ecclesiae præcellentiam cum divinâ auctoritate copulatam aptè constituens: *Nos (inquit) sane Fidem nostram individuo nexu cum verbo Dei coniunctam esse volumus, nec ullum Ecclesiae assensum fidenter, firmèquè sustinemus, nisi quem à Deo extitisse habemus cognitum, & firmo conceptum animo, &c.*

Ecce tibi quo potissimum ex capite totius Ecclesiae dignitas æstimanda sit, ut in divinæ auctoritatis arcem conscendere censeatur, quod multis Scripturæ testimonijs, Patrum sententijs, ac rationibus firmant, qui controversias scripsere: Cardinalis Hofius, Gordonus, Bellarminus, Boverius, Stapletonus, Valentia, Cotonus, Becanus, Gretserus, Fighius, & his multo plures. Vnde doctissimus Cano, qui toto lib. 4. hoc argumentum prosecutus est & eruditè confecit, cap. 4. ita fidenter pollicetur: *Ostendamus, Ecclesia auctoritatem tantum habere ad faciendam fidem virium, ut firmissima etiam Theologis argumenta suppeditet, &c.* Atque hæc non minus esse infallibilia, notavit Fasolus dubit. 1. citata: *Quam ex alijs principijs revelatis expressè contentis in canonicis Scripturis, vel in Apostolicis traditionibus. Quod probant Zumel indicatus q. 3. Machin in 1. p. disp. 7. sect. 1. Picus Mirandulens. citatus Theorem. 8.*

Tres autem omnino semitas ostendit, atque eruditè profequitur Gillius illo cap. 9. per quas tutò possit incedere, qui velit ex Ecclesiae auctoritate argumenta desumere: primam, *ex ratione capitis*; hoc est Summi Pontificis, qui dum in definiendis, quæ ad Ecclesiam spectant, tamquam ex Cathedrâ constanter oracula pronuntiat, errare prorsus non potest, aut fallere, ideoquè certissimæ, imo divinæ sunt auctoritatis, quæ hac ratione, ut caput Ecclesiae, prouulerit: qui constans omnium catholicorum sensus est, ut apud controversiarum Auctores reperitur: secunda semita constat: *Ratione corporis totius Ecclesiae sub eodem capite ubique terrarum diffusa*: quo circa celebris est inter omnes Theologos huius argumenti Scriptores illa S. Augustini sententia lib. *Contr. Epist. Manichæi* cap. 5. *Evangelia non crederem, nisi me Catholica Ecclesiae moveret auctoritas*: Tanti eam fecit Sanctiss. Pater.

Tertiam denique semitam indicat Gillius ex dignitate Ecclesiae *ab auctoritate Conciliorum*: etenim Concilia generalia Sancti Spiritus afflatu rite collecta, & summi capitis approbatione firmata totam

totam Christi Ecclesiam merito referunt, ac repræsentant; ut controversiæ passim ostendunt, quos nuper nominavimus: quod apertè patet ex illo Apostolorum Concilio Actor. 15. v. 22. *Tunc placuit Apostolis, & Senioribus cum omni Ecclesia, &c.* Quorum illa constantissima vox fuit v. 28. *Visum est enim Spiritui Sancto, & nobis, &c.* Vnde divinam Ecclesiae auctoritatem, post multos controversiarum Scriptores, intulit Arriaga in 2. 2. S. Thomæ. disp. 9. de Fide, sect. 4. & harum quidem semitarum irrefragabilem firmitatem ad argumenta ex eiusmodi auctoritate producenda, notarunt Ma chin supra memoratus, Molina, ad prædictum art. 8. Arubal ibid. disp. 7. cap. 1. Vazquez disp. 12. cap. 1. Valentia disp. 1. q. 1. punct. 5. §. 1. & disp. 1. de Fide, q. 1. punct. 7. §. 16. & 45. & alijs sparsim: Navarrete tom. 1. controvers. 7. Salmeron, tom. 8. tract. 2. loco 3. 4. & 5. de tribus divisim, & affatim, & ex instituto Melchior Cano lib. 4. 5. & 6. Carolus Regius *Orat. Christ.* lib. 5. cap. 6. Augustinus Valerius *Rhet. Eccles.* lib. 1. cap. 43. & sequent. Roderic. Dosma lib. 3. cap. 7. 8. 9. 12. & 13.

Divinam mox sequitur auctoritas humana, sed inferiori tamen gradu, & vestigio, utpote quæ hominum sensui tantum innitatur: sic illam ponè subeuntem agnovit S. Thomas art. 8. sæpius indicato ad 2. de sacra doctrina locutus: *Vritur auctoritatibus aliorum Doctorum Ecclesia quasi arguendo ex proprijs, sed probabiliter, &c.* Quod etiam in loco observatum non omiserunt eiusdem Interpretes. Cuius autem ponderis, & auctoritatis sint SS. Patrum sententiæ, tum maximè cum vnus multorum, vel certè plurium, aut quandoque etiam omnium sensus est, ex professo discutunt, & ostendunt Bañez ibid. dub. 5. Gillius tract. 7. cap. 11. 12. & 13. Salmeron proximè citatus loco 6. Cano lib. 7. de Locis toto per capita 4. Castro lib. 1. *adveres. Hæres.* cap. 7. Stapletonus controvers. 6. lib. 1. cap. 5. Boverius, *Demonstr.* 4. art. 15. & sequent. Thomas Vbaldens. *Distint. Fidei* lib. 2. cap. 25. Gretserus, *Antimonio pro deliro Medico*, Dist. 25. & 26. Valentia disp. 1. de Fide, q. 1. punct. 7. §. 46. & lib. 8. *Analys.* cap. 8. & alijs, Fasolus ad art. 8. S. Thomæ dub. 9. & 10. Picus Mirandulan. supra indicatus Theorem. 14. Carolus Regi. *Orat. Christ.* lib. 5. cap. 7. Augustin. Valerius lib. 1. cap. 46. Rodericus Dosma lib. 3. cap. 6.

Quam verò fuerit vsitatum hoc argumentandi genus ex auctoritate à patribus Ecclesiae Patribus in Biblicis maximè controversijs, sint pro multis ex exemplo duo illa magna religionis lumina Hieronymus, & Augustinus, qui subortas de sacri textus intelli-

gentia disceptationes inductis, & expensis vetustiorum testimonij discutiunt, pertractant, & frequenter absolvunt, quod, & posteriores imitati hoc iter subsecuti sunt: S. Fulgent. lib. 2. ad Monim. cap. 3. S. Anselmus tract. de Sacram. Altar. cap. 13. & lib. 1. Epist. 68. Claud. Mamerc. lib. 2. de Stat. Anim. cap. 9. Hugo Eterianus lib. de Regres. anim. ad infer. cap. 1. Sanctus Vigilus lib. 5. Cont. Eutyb. Alcuinus, lib. 4. Contr. Felic. Vrgel. Raban. Maurus libris de Instit. Cleric. alij quos indicamus part. 1. Prænot. 4. §. 12. & hic semita 3. vestig. 2.

Interim audiendus pro cunctis Hugo Victorinus, qui Præfat. in Sum. Sent. ita sapienter de huiusmodi argumentationis usu præmonuit: *Vbicumque possumus auctoritatum vestigia sequamur; ubi verò certa deest auctoritas, his potissimum assentire studeamus, qui maximè Auctoribus accedunt, & non de suo sensu præsumentes Scripturas ex pietate interpretantur: si qua igitur obscura nobis occurrerint, sit nostri propositi, primum ad auctoritates confugere; deinde quid nostri temporis sapientes de illis sentiant, in medium proferre &c.* Expende precor, & observa prudentissimam pro re nostra monitionem

Tanta quoque Scholasticorum auctoritas est, etiam ad sacræ paginæ tractationem, ut in his pariter sedibus sibi locum adsciscant: *Ad quos pertinet (inquit Carolus Regius Orat. Christ. lib. 5. cap. 7.) multa quæ in sacris literis obscuriora sunt, vel in SS. Patribus examinare, ac explicare fidei dogmata; ex principijs fidei multas conclusiones elicere, &c.* Atque hic sanè germanus eorum labor: *In quo (subdit Salmeron, Prolegom. 9. can. 15.) brevi compendio, ac certâ methodo multarum rerum, quæ tum in Scripturarum studio, tum in doctrina, & lectione veterum Patrum, latissimè, & fufissimè pertractantur, veritates assequimur, &c.*

Atque hanc Scholasticorum industriam, & subsidium erga sacri Cædicis interpretationem meritò agnoscunt, & commendant plures, quos indicavimus 1. part. prænot. 9. §. 6. eorum necessitatem ex SS. Patribus observat Navarrete rom. 1. controv. 4. & non pauci S. Thomæ interpretes in 1. p. q. 1. art. 1. quin & eorumdè utilitatem ad ventilandas de Sac. Script. controversias contra Hæreticorum impetus tuetur Valentia controv. de Trinit. lib. 1. cap. 28. lib. 5. cap. 3. & lib. 4. de Idololatr. cap. 15. Salmeron, Prolegom. 18. Thomas Valdens. Doctrin. Fid. lib. 2. cap. 67. & 68. Grethseus in Lutero academ. cap. 5. & 6.

Et ut omnia compendio transigam, quæ locum ab Scholasticorum auctoritate spectant, quod eorum munus, & opera circa

divinæ Scripturæ intelligentiam, & instituendam ex sacris textibus argumentationem: qui nam maioris auctoritatis, vetustiores ne an recentiores censendi sint: qua item lance nunc quorundam modo multorum, nunc plurium, aut quandoque etiam fermè omnium consensus pensari debeat, quantiquè ponderis sit, atque ad argumentationem instruendam virtutis, & energiæ: demum quatenus omnis eorū auctoritas, ex ijs tantum, quibus innituntur rationibus sit æstimanda; discutiunt, & ex instituto tradunt, Vazquez in 1. p. disp. 12. cap. 3. & interpretes alij S. Thomæ Cano lib. 8. de Locis, maximè cap. 4. Gillius tract. 7. cap. 13. Bañez ad art. 8. quæst. 1. S. Thomæ dub. 6. Roderic. Dosma, lib. 3. de Auct. Sac. Script. cap. 5.

Proximè scholasticis adsunt iuris utriusque professores, & suam quoque stationem in hac argumentationis acie sibi iure vendicantes: cum enim germana ipsorum arguendi ratio Biblicæ quoque argumentationi omnium simillima sit, ut constat ex dictis semita 1. vestig. 4. vel ex hoc maximè capite in hanc sedem cæloniam merito essent adscribendi: præterea quod ad Ius Canonicum signatè pertinet, ut observat eruditè Cano lib. 8. cap. 6. *Summorum Pontificum decreta à iure divino, hoc est, à libris utriusque testamenti dimanasse creduntur, &c.* Ut etiam indicavit Franciscus Picus Mirandul. lib. 5. de Prænot. cap. 7. & ipse Cano statim ex indicatis quibusdam Iuris Pontificij capitibus asserit; ac demum infert: *Cum ergo Theologia ex eisdem fontibus suos rivulos ducat, inepè nimirum Theologus faciet, nisi operâ Summorum Pontificum velit uti, &c.* Vides quo iure ad Biblicas arguendi sedes Iuris Canonici peritorum auctoritas spectare videatur.

Aliam insuper causam addit Carolus Regius, Orat. Christ. lib. 5. cap. 7. his verbis: *Nam cum peritia canonum Sacerdoti, qui est aliorum magister maximè necessaria sit, debet ex eorum interpretibus confirmare multa, &c.* Propterea hos in gradu locant Fabianus Iustinianus lib. 2. de Sac. Script. part. 2. cap. 1. Arriaga Rhet. Christ. part. 2. cap. 16. Vazquez ad 1. part. disp. 12. cap. 1. & alij quidam Scholastici. Denique Cuinam vsui iurū interpretes, & professores Theologis differentibus esse possint; quævè argumenta, & quædā eorum auctoritas Theologicis disputationibus administret, docet appositè Cano lib. 8. cap. 7. Rodericus Dosma, lib. 3. de Auct. Sac. Script. cap. 11. Bañez, ad sæpius indicatum art. 8. S. Thomæ dub. 6. resp. ad Vltimum, Gillius tract. 7. cap. 13. n. 3.

Maiores autem est difficultas de Iure Civili, an & quâ ratione

ad eiusmodi divisionem auctoritatis spectare possit. Primum enim, patet, compilatum illud est ex Ethnicis. Romanorum Iur. Consultis, Vipiano, Paulo, Modestino, Gaiō, Martiano, Iavoleno, Callistrato, & cæteris, quorum nomina passus non est oblivione deleri Iustinianus Imperat. nam singulis ipsorum legibus præponenda curavit, ut habes l. 2. Cod. de Vet. Iur. enucleand. ubi: *sed unusquisque eorum, qui auctor legis fuit, nostris digestis inscriptus est.* Quam obrem apte Cano lib. 10. cap. 7. horum auctoritatem cum Gentilium Philosophis adnumeravit, & consequenter Dosma lib. 3. Ius Cæsareum à Pontificio distinxit, illud cap. 4. hoc verò 11. cap. seponens.

Secundò: cum interdictum sit Presbyteris Iure Canonico, studium, & professio Iuris Civilis, sit inde repugnare Theologiæ, germanæ videlicet Sacerdotum scientiæ, quod ipsis lege Pontificia prohibetur, atque adeo dissentaneum Theologis esse usum auctoritatis ex Iure Civili: nam ut ad rem Petrus Blesens. Epist. 26. *Res plena discriminis est in clericis vsus legum, &c.* Videndus etiam Epist. 38. & 140. & compend. in Iob. ad cap. 2. & in vectiva in depravat. suor. oper. Sanctus item Paulinus Epist. 29.

Tertiò: nam cum Theologia de rebus divinis agat; si lei, ac religionis mysteria, divini quæ Codicis arcana pertractet, Ius verò Civile in humanarum, & temporalium rerum administratione versetur, vis intelligi potest, quem usum id præstare queat Theologo, tam divinis de rebus differenti: nam ut optinuit divini Iuris Auctor, & Doctor Christus Dom. Lucæ 12. v. 14. iudicem agere recusavit, ac velut ex humano iure sententiam dicere, quod S. Ambros. & ipse de Tribunalis & forensium strepitu iurgiorum ad Sacerdotium vocatus, lib. 1. de offic. cap. 1. & lib. 2. de Pœnit. cap. 8. apte commentatur, in Luc. lib. 7. Bene (inquit) terrena declinat, quæ propter divina descenderat; nec iudex esse dignatur litium, & arbiter facultatum, &c. Ex quibus univèrsim infert nuper citatus Cano: Non ergo Theologus ex illis argumentum aliquod idoneum accipiet, ad conclusiones Theologia comprobandas: Sic ille de Iur. Civilis Auctoribus.

Sed tamen ex ipsis, licet Ethnicis sint, argumenta quandoquæ sumi posse constat, ut postmodum de Gentilibus etiam Philosophis; maxime cum Christianos habuerit Interpretes primarios Ius Civile Iasones, Bartolos, Baldos, Accursios, Aretinos, & reliquos his recentiores quorum sententijs magna quoque subest auctoritas; præterea, nam & in ipso divino Scriptore Volumine omnium

Cij

Civilium legum præiacta fundamenta novit Tiberius Decianus Apolog. de Respon. Prudent. cap. 22. n. 92. & ab alijs etiam observatum memini. Petrus Blesens. Epist. 8. in lib. Ieremiæ cap. 32. v. 9. Iuris quoque Civilis quemdam stylum adnotavit: *Ieremias (inquit) Propheta quasi in Iure Civili fuerit eruditus emptiorem prædij Patruelis, quam contraxerat, quorundam verborum legalium vrbantate commemorat, &c.* Quædam simili notæ observat in Salomone, & Daniele Ioannes Sarisberiens. Epist. 86.

Vnde planè conficiat, etiam ex Iuris Civilis auctoritate interdum argumenta posse deduci, quibus in Biblicâ dissertatione, aut assertionem suam Prælector, aut institutam argumentationem impugnet, valeat illustrare, vrgere, atque munire, quod in Sacri Codicis commentationibus non raro præstiterunt eiusdem Interpretes, citatis, & ad rem sapienter expensis ex Iure Civili textibus, quibus & sua scripta luculenter exornant, & propositum ex instituto argumentum efficaciter confirmant: & possem equidem non pauca forsitan exempla proferre, nisi certo scirem, plura fuisse legitibus obvia; sed ut & hunc commentatorum morem probatum habeas, satis est idem Petrus Blesens. ira se apud familiarem excusans eadem Epist. 8. *Incepas me quia in exhortationibus meis verba posui, quæ Ius Civile redolebant: porro Ius Civile sanctum est, & honestum, atque sacris orbed exorum Patrum constitutionibus approbatum, &c.* Quæ demum ratione, ac methodo argumenta ducenda sint ex Iure Civili, docet, ac probat Cano lib. 10. cap. 8. & 9. Dosma citatus cap. 4. libris 3. Gillius cap. 13. n. 3. Valentia tom. 1. disp. 1. q. 1. punct. 5. §. 1.

Ad auctoritatem verò quod spectat, verè Iustinianus leg. 1. Cod. nuper allegato: *Nihil (inquit) tam studiosum in omnibus rebus invenitur, quam legum auctoritas, quæ & divinas, & humanas res bene discernit: Vnde rectè ab ipsis appellatur. Iuris prudentia, divinarum, atque humanarum rerum notitia &c.* Si tamen de divinis orta sit controversia, quæ fidem, aut sacra religionis mysteria respiciat, præferendam esse Iure Consultis Theologorum auctoritatem non ambigas; quod præmultis iure, & sanctè docent Bellarminus, tom. 3. controver. 1. de Matrim. cap. 5. Castro lib. 1. Advers. Hæres. cap. 8. Cano lib. 8. cap. 7. conclus. 1. Alphonsus Espina in Fertalic. Fidei, lib. 2. cap. 21. Bañez, in 1. p. q. 1. ait 8. dub. 6. de horum autem inter se sententiarum dissidio videndus Cardinal. Tuschus tom. 8. lit. T. conclus. 297.

Vna superest in hac divisione historicorum auctoritas; Ecclesiasticos autem historicorum Scriptores intelligas hic oportet; nam

Fff

G

si fuerint Gentiles, erunt cum Ethnicis postmodum numerandi, nunc vero institutum mihi non est indicare, cuius utilitatis si historicorum notitia pro Sacra Script. intelligentia, id enim plures assiduum præstiterunt, quos dedimus inter quæstionum Auctores sec. 12. quæst. 24. Pro multis illa commendatio est S. Gregor. Nazianc. carm. 49.

Historia plenum pectus pulcherrima res est.

Namq; ea multo rō mens est; ea magnus aceruus

Est saphia, &c.

Et ad rem præmissus S. August. lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 28. Quidquid de ordine temporum transactorum indicat ea, quia appellatur historia, plurimum nos adiuvat ad sanctos libros intelligendos, &c. Optime, igitur & magnæ simul erunt auctoritatis historiarum Scriptores ad exornandam, fulciendamque Biblicam disceptationem, quales autem ex ipsis, & cuius firmitatis argumenta præstantur, abunde tradunt Cano lib. 11. maxime cap. 4. Gillius cap. 15. n. 6. Dolsma lib. 3. cap. 2. Augustinus Valerius lib. 1. cap. 48. Vazquez, in 1. p. disp. 12. cap. 4. Machin ibid. disp. 7. sec. 1.

Externorum quoque auctoritatem sibi merito quodam dignitatis adscribit Biblica Theologia, quod disertè statuit S. Thomas art. 8. sæpe citato ad 2. Etiam (inquit) auctoritatibus Philosophorum sacra doctrina vititur, &c. Quo autem id iure fiat, statim exponit, Sed tamen huiusmodi auctoritatibus vititur, quasi extraneis argumentis, & probabilibus. Quo verò fine, manifestè tradit Dionysius Carthus. lib. 1. Summi Fidei, art. 2. Interdum quoque (ait) Sacra Script. vititur auctoritate Philosophorum, non quasi indigerent, sed ex abundantia, vel ad explanationem maiorem. Et notat uterque testimonium Ethnicæ Poëse cuius ex auctoritate argumentum vigebat S. Paulus Act. cap. 17. rursusque S. idem Thomas in Prolog. Boëtij de Trinit. q. 2. art. 3. corp. S. Antoninus Procem. in 1. p. Hist. rial. & alias etiam ab eodem Apostolo usurpatis Ethnicorum sententias ad rem observat August. Valerius Rhet. Eccl. lib. 1. cap. 47. Iacob. Perez de Sac. rat. conc. lib. 2. cap. 19. Cano lib. 10. c. 3. Gaspar Sanch. in Job. Proleg. 10. Ioann. Eusebius lib. 12. de Orig. Sac. Script. cap. 10. Martinez lib. 6. Hypot. cap. 1. §. Dei cœpi. Vazquez in 1. part. disp. 24. cap. 5. n. 12. Iouones Payva lib. 3. Regul. Sac. Script. cap. 25. Prado Pentecour. p. 18. & plures.

Sed tamen caute monuit S. Thomas art. 3. indicato ad 1. Quid-

doctrina Philosophorum non sit utendum quasi principali, ut scilicet propter eam credatur Fidei, non tamen remouetur, quin ea possint uti sacri Doctores, quasi secundaria, &c. Eoque gradu semper habita fuit Ethnicorum auctoritas, tum ab Apostolo, tum ab antiquis etiam maximè Græcis Ecclesiæ Patribus, qui contra Gentiles potissimum agentes, suorum sæpe scriptorum testimonijs ipsos acriter urgebant, quod notatum à Cardinal. Bellarmino est, Conc. 15. vt frequenter fecere S. Iustinus, Origenes, Clemens Alexandr. Nazianzenus, Isidorus Pelusiota, Theodoretus, & alij, quorum scripta referta sunt, vel Philosophorum, vel Pœtarum sententijs (vt modo Latinos omittam pariter ex Ethnicorum auctoritate pugnantes) cuius instituti hanc belle rationem assignat S. Augustinus de hac ipsa Gentiliū Auctorum allegatione locutus lib. 13. Contr. Faust. cap. 15. Valet quidem aliquid (inquit) ad Paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam, &c. Cui mirè consonat, vbi nuper, S. Thomas ad 8. Quod in quantum sacra doctrina vititur Physicis documentis propter se, non recipit ea propter auctoritatem dicentium, sed propter rationem dictorum, &c. Mox addit: Vititur eis in quantum sunt in auctoritatem alijs quibus testimonium aduersarij efficacius est. Aptissimè.

Ideo secutus est hanc arguendi methodum Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 146. ita Casum Scholasticum effatus: Quoniam igitur te vt Gentilem, & Gentiliū dogmata profitentem ex tuis libris subigere oportet, aduersus invictum Oratorem opponenda nobis est verisissima, & sapientissima Isacris admonitio, &c. Quam statim ad rem producit, & vides qualiter Doctissimus Pater aduersarij declamatoris vititur sententia, quo hominem Ethnicum reuincat, atque hinc similem confutationem adhibet eiusdem libri Epist. 228. & lib. 3. Epist. 19. & 82.

Hoc ipsum alijs etiam antiquis Patribus observatum, quia testimonium aduersarij efficacius est: ita Lactantius, lib. 3. Divin. Inst. t. cap. 1. aduersus Ethnicos pugnaturus: Vt ipsi Philosophi (ait) suis armis potissimum quibus placere sibi, & confidere solent, opprimantur à nobis. Adde S. Antoninum Procem. in 1. p. Hist. quin & hæc à Deo veniens eruditio est, ideo enim Gentium Reges Stellâ duce commovit, quoniam eiusdem ortus ab Ethnico quoque Vate fuetat pronuntiatus. Num. cap. 24. v. 17. quod in Epiphani. Homil. 3. sic disertè notavit S. Maximus Taurinens. Vt si Iudæis prædicatoribus de adventu Christi credere forte Gentilijs renuisset,

suorum saltem testimonium sequeretur Auctorum. Etenim vt ex veterum Patrum more præmonuit Franciscus Picus Mirand. lib. 1. de studio hum & div. Philos. cap. 3. Pulcher est honestus modus debellandi adversarium est, eis ipsis, quibus vitur, armis vincere. &c. De quo quædam his consona de dimus semit 3. vestig. 11.

Sed quo tandem loco, & pretio æstimanda sit Ethnicorum auctoritas: qui sint alijs Philosophi præferendi: quantum ponderis habeat eorum in compari sententiâ consensus, qualiter eisdem, & cuius roboris ducatur argumentum, luculenter edisserit Cano lib. 10. potissimè cap. 4. & 5. & quædam etiam attrahunt; præter indicatos, Dosma lib. 3. cap. 3. Carolus Regius lib. 5. cap. 7. Augustinus Valeius lib. 1. cap. 47. Vazquez disp. illa 12. cap. 3. Machin disp. 7. sect. 1. Iacobus Valades part. 2. cap. 21. Carthusianus lib. 1. Sum Fidei, art. 2. n. 3.

In postremâ tandem externorum parte constituo Heræticos, & Iudæos; licet à nullo quem legerim, indicatos sciam, ex quibus argumentum ab auctoritate sumi possit ullum: hi enim utriusque cum sint extra veram, & integram Ecclesiæ credulitatem; vel ex hoc maximè veniet cum externis numerandi; nam vt optimè notavit Valentia tom. 3. disp. 1. quæst. 10. de Infidelit. punct. 3. Vel quis adversarios fidei nondum suscepta, & tunc est Gentilis, seu Paganus; aut fidei suscepta in figura, & tunc est perfidus Iudæus, aut suscepta secundum ipsam manifestationem veritatis, & tunc est Hæreticus. Ideo iure poteris utrosque postremos vt externos computare, tamquam ab unitate fidei similiter, vel extraneos, vel certè transfugas, vt hanc ab externis, classem possis explere.

Ad Heræticos ergo quod attinet, iure cum Ethnicis pares fecit Tertullianus lib. de Carn. Christ. cap. 15. Merito (inquit) Ethnici talia; sed merito & Hæretici: numquid enim inter illos distat? Nisi quod Ethnicis non credendo, credunt: & Hæretici credendo, non credunt. Et rursus lib. de Resurrect. cap. 3. Aufer denique Hæreticos, quæ cum Ethnicis sapiunt, vt de scripturis solis quæstiones suas sistant. & stare non poterunt. Quo loci quædam ex SS. Patribus ad rem contulit noster Zerda: vide pro multis S. August. Epist. 48.

Proinde prudenter illos à Biblicâ disputatione: reiecit Septimius idem lib. de Præscript. cap. 15. sic fatus: Hunc igitur potissimum gradum obstruimus: non admittendos eos ad ullam de scripturis disputationem. Cuius asserti hanc ille rationem adhibet, satis effi-

cae

catem cap. 17. Hæresis non recipit quosdam scripturas. & si quas recipit adiectionibus, & deductionibus ad dispositionem instituti sui intervertit. & si recipit non recipit integras. & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diversas expositiones commentata convertit. In quo Hæreticorum vitio, & detegendo, & accusando frequentes sunt sacri Ecclesiæ Doctores, quos nostrum non est modo per censere: concludit denique Tertullianus cap. 19. Ergo non ad Scripturas provocandum (nempe cum Hæreticis) nec in his consuevendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria est, aut parum certa, &c.

Hinc constat apertè quam metico ipsis omnem auctoritatem denegaverit S. Augustinus, lib. de utilit. cred. cap. 14. sic eisdem affatus: Nemini dubium est, quin nihil dignum auctoritate præferatis. Et verè ille, si pondus auctoritatis in ijs hominibus quæras, qui nihil ratione validum, nihil veritate solidum, nihil testimonio fultum, nihil denique sensu prælictum afferant; sed omnia temerè, atque impudenter effutiant; ideoque nihili habenda est eorum auctoritas; nisi forsitan ex conceptis ipsorum verbis; atque sententijs ad hominem, vt scholastici dicunt, oporteat argumenta retorquere; tunc enim ex propositis eorundem testimonijs, velut ab ipsorum auctoritate validior in eos instituetur argumentatio.

Et hunc servatum fuisse morem ab antiquis Patribus, planè cognoscat quisquis eorum disputationes adversus Hæreticos legit; vt rapta ex ipsorum manibus tela violenter in ipsos contorqueant: audi pro te magnum Gregorium lib. 3. Moral. cap. 5. Sic sic à nobis Viris fortibus hostis percutitur, vt sua ei etiam telarapiantur. Glorio è; nam vt bene S. Chrysologus serm. 157. Hostem proprio mucrone turbare, singulare est insigne virtutis. Et in pari cum ipsis congressu Sidonius Apollinar. lib. 9. Epist. 9. Hærisiarchas proprijs armis, proprijs quoque concuti machinantibus. Mox lepidâ paritate: Acriam (inquit) more medicorum, qui remedium contra venena, cum ratio compellit, & de serpente conficiunt. Et hac medendi methodo vsi sæpe sunt, qui controversias hoc sæculo contra Hæreticos scripserunt, vt ex suis ipsorum sententijs tamquam auctoritate convincant.

Haud aliter, & cum Iudæis agendum, monuit Doctor Iacobus Perez lib. 2. de Sac. rat. conc. cap. 19. Apud quos (inquit) plurimum sæpe valet hoc argumentum ex ipsorum scilicet, cum quibus aris, testimonio sumptum: cuiusmodi etiam est, quod contra Iudæos ex Rabbini commode sumi potest. Quod etiam probat Carolus Regius Orat. Christ. lib. 5. cap. 19. Bellarminus lib. 4. de Notis Eccles. cap. 16.

& creditus ipsorum confutator Paulus Burgenf. qui *Proem in Scrutin. Scriptur.* de Talmudicis Hebræorum scriptis agens: *Ex talibus enim (ait) possunt sumi efficacia argumenta contra eos, &c.* Et ipse opere toto affatim exequitur, sicut & plures, qui adversus Iudæos scripsere: quod & ante notaverat Ioannes Picus Mirand. *Apolog. Quæst. q. 5.* de cabala Iudæorum, sic fatus: *Visum est mihi habere posse Christianos vnde Iudæos suis telis confodiant, cum ab eis auctoritas cabalistarum, quos habent in magno honore, & reverentiâ, negari non possit.* Sic ille, reliquos transeo.

VESTIGIVM IV.

INDICATI SENSUS

Biblicæ Auctoritatis in argumentationem producenda.

MUltis distinctum est notis hocce vestigium, nempe pro sensu suâ varietate, quibus sermo divinus exponitur: erunt proinde singuli seorsim, non tam ex instituto replicandi, quam indicatis tantum cuiuslibet tractatoribus cursum ostendendi, qui sem ex professo discussam conficiunt, vnde natam pro cuiusque notione doctrinam diligens Prælector expromat, & quo sub sensu in argumentationem producta valeat, vigeatque Sacri Codicis auctoritas saltem per transenam edifcat.

Primus occurrit, utpote in Sacrà Scripturâ princeps, ac præcipuus *literalis sensus*, cuius auctoritate potissimum inniti debere Biblicam argumentationem, tum maxime quæ ad res Fidei probandas, & sacra religionis arcana stabilienda spectat, eorūque hostes debellandos, concors, & scholasticorum, & interpretum sententia est: quibus præit S. Thomas, 1. p. q. 1. art. 10. ad 1. ita de eunctis Scripturæ sensibus differens: *Cum omnes sensus fundentur super unum scilicet literalem, ex quo solo potest trahi argumentum, &c.* Quod in loco probant, & sequuntur complures, inter quos Molina disp. 5. Valentia disp. 1. q. 1. punct. 5. 6. 3. Arriaga, disp. 1. sect. 6. Fasolus dubit. 9. & iterum S. Thomas, Prolog. in lib. sent. q. 1. art. 5. corp. atque ibidem alij. S. Antoninus 4. part. sum. tit. 11. cap. 2.

Quo

Quo ergo iure, ac methodo, & quibus etiam conditionibus sensus literalis efficacissimus omnium sit ad eiusmodi argumentationem firmandam, & validissimè vrgendam, eruditè docent, ac dilucidant Alfonso de Castro: lib. 1. *Contr. Heres.* cap. 3. Sylvester *Rosa Aurea*, tract. *de sensib.* cap. 6. Serarius *Proleg.* cap. 2. q. 10. Galarza, lib. 2. *Instit.* cap. 25. Ribera, *Prælod.* 1. in *Proph.* num. 22. Bonfrerius *Proleg.* cap. 20. sect. 4. Azor. lib. 8. *Instit.* cap. 2. q. 10. Escalante lib. 1. *Clypei*, cap. 17. Sixtus Senensis lib. 3. *Biblioth. Doct.* ma lib. 2. *de Auct. sacr. Scrip.* cap. 8. Salmieron *Proleg.* 19. §. *His ergo*, & tom. 8. tract. 2. loco 1. Fabianus Iustinian. lib. 1. *de sacr. Scrip.* part. 1. cap. 12. Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 5. & 7. Burgenfis 1. part. *Scrutinij*, dist. 1. cap. 1. & in *addit.* ad *Prolog.* Litæ §. *Circa quintum.* Lorinus in *Psalm.* 118. v. 129. Franciscus Picus Mirand. *de Fide, & Ord. Credend.* Theoremata.

Mysticus vero sensus an quandoque etiam utilis sit ad arguendum, quis ille, & qualis, qua in super ratione, & quibus cum agendo, valeat ad efficacem, vel probabilem saltem argumentationem, affatim versant, atque disentiunt multi: Abulensis, ad *Matth.* 13. q. 28. Bellarminus lib. 1. *de Verb. Dei*, cap. 17. Cantapetrenf. lib. 7. *Hypot.* cap. 1. §. *At quæres*, Salmieron ad *Rom.* disp. 34. Lorinus *Psalm.* 118. v. 4. Escalante lib. 1. *Clypei*, cap. 21. Lorca tract. *de Locis*, disp. 18. num. 3. *Canisius*, lib. 2. *de Deipara*, cap. 6. §. *Verum enim*, Azor. citatus q. 10. Cano lib. 2. *de Locis*, cap. 11. Medina lib. 6. *de Rect. in Deum Fide*, cap. 25. Galarza lib. 3. cap. 7. Anton. Perez *Volum.* 3. dub. 12. cap. 5. n. 55. Payva lib. 1. *de sensib.* cap. 6. Bonfrerius sect. 4. prædicta. Guevara *Præfat. in Habac.* n. 17. Serarius *Proleg.* cap. 2. q. 10. & ad superius citatum art. 10. S. Thomæ præter ibidem indicatos; Vazquez disp. 16. cap. 5. Machin. disput. 8. sect. 5. conclus. 3. Bañez dubio ult. Zumel, q. 9. conclus. 2.

Probatum vsus mystici sensus ad arguendum ex Apostoli Pauli consuetudine, qui, ut observat Salmieron, tom. 13. part. 1. in *Epist. ad Rom.* disp. 6. loco 2. *Ex mystico sensu argumenta deducit præsertim agens cum Fidelibus, nam & si eiusmodi argumenta apud Iudæos refractarios & infideles firma, & solida non sint; apud Iudæos tamen ad Christum conversos suam, & probabilitatem, & firmitatem habent, &c.* Quod pro talium argumentorum vsu præmonitum esse operuit doctum Prælectorem, qui quædam horum exempla ibidem indicata percurreret: aptissimum etiam est, quod ad Hebr. cap. 1. v. 5. idem Paulus exhibuit, producto, ut multi volunt sub mysticâ intelligentiâ, testimonio ex 2. reg. cap. 7. v. 14. pro afferendâ Christi

Fff 4

Dominæ

Domini filiatione; quod in loco notant Caietanus, Cornelius, n. 52. Ribera n. 55. Salmeron disp. 7. §. *Secundo modo*. Tena difficult. 1. 1. sect. 2. Cano lib. 2. *de Locis*, cap. 11. §. *Posterior*, de quo nos supra semit. 2. vestig. 6.

Hinc obiter inferas, sensum allegoricum, si sit idem cum Mystico (frequenter enim apud Patres, & Interpretes hoc duplici nomine sensus idem spiritualis compellatur) eamdem habere virtutem ad arguendum, quam & mysticus; si vero allegoricum intelligas eum, qui solâ translatione vocum, & metaphorica significatione continetur, aliud esto de ipso iudicium; nempe quod protulit S. Augustinus Epist. 48. sic ad rem opportunè factus: *Quis autem non impudentissimè nitatur aliquid in allegoriâ positum pro se interpretari, nisi habeat & manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur obscura?* Quem secutus S. Thomas in Procem. Boëtij de Trinit. q. 2. art. 3. ad 5. *Ex Tropicis* (inquit) *locutionibus, non est sumenda argumentatio*: idquè probat ex sententiâ S. Dionysij: *Quod symbolica Theologia non est argumentativa; & præcipuè, cum hoc non sit expositio alicuius Auctoris, &c.* Idem asserit 1. p. q. 1. art. 10 ad 1. nempe argumenta sumi non posse, *ex ijs, quæ secundum Allegoriam dicuntur*. Allegoriam vero istam ab Augustino, & Thoma prudenter exclusam, non illam existimes, quæ paribus Sacri. Scripturæ testimonijs continetur, aut ab Ecclesiâ recipitur, vel communi Patrum acceptione firmatur, vt concors Doctorum sententia est, sed quam pro suo quisque cerebro, & velut allegorizandi prurigine comminisci somniaret.

De Parabolico autem, & ænigmatico, qui proximus præcedentibus est, quo ad sacra dogmata stabilienda, hæc olim S. Hieronymi sententia fuit ad Matth. cap. 13. *Numquam Parabola, & dubia ænigmatum intelligentia potest ad auctoritatem dogmatum proficere*. Cui etiam subscribit S. Irenæus lib. 2. *Advers. Hæreses* toto cap. 46. vt eius mentem ibidem expressit Fevardentius annot. 6. quod & indicavit Galarza lib. 2. *Instit.* cap. 25. sed tamen si prudenter, & cum delectu proferatur, idoneus quoque fiet ad argumentationem haud inefficaciter roborandam: nam & à Christo Domino usurpatum arguendo huiusmodi sensum tradit, & exemplis illustrat Iacobus de Valentia Procem. in *Psalm.* tract. 3. clavi. 10. rursum quâ ratione dem divinus Præceptor ex parabolâ conclusionem eliciat docuit ad Matth. cap. 21. Abulensis q. 195. denique Parabolici sensus ad arguendum efficacis in quo fundetur, quam frequens eiusdem vius sit in arcano sermone, satis ostendit Tena lib.

lib. 6. *Isagog.* difficult. 7. sect. 1. Doctor Iacobus Peréz. lib. 3. *de sacr. Rat. Conc.* cap. 1. Carolus Regius, *Orat. Christ.* lib. 5. cap. 5. & lib. 6. cap. 31. Iosephus Arriaga *Rhet. Christ.* part. 2. cap. 15.

Tropologicus, sive *Moralis sensus*, & nonnulli putant, videtur inefficax, ex quo firmum sumi possit argumentum, cum ad instruendos, formandosquè mores tantum apud Patres interserviat; si tamen ea mente, ac ratione tractetur, quibus à Christo Dom: & Apostolis usurpatus est, non adeo invalidas præstabit argumentationi vires: in hoc enim sensu capiuntur, à Sanctis Patribus frequentes exemplorum inductiones, quibus optimus Magister arguere solitus est, res quasdam veteris testamenti in dissertationis confirmationem adducens; eaque ratione, ac methodo sensus eiusmodi utilis esse poterit ad arguendum: quod argumenti genus ab exemplo, in sacro sermone probant, atque commendant Iacobus de Valentia *Proem. in Psalm.* tract. 3. Clavi. 10. Serarius *Proleg.* cap. 21. q. 14. n. 4. Escalante, lib. 1. *Clypei*, cap. 14. Lorca, tract. *de Locis*, disp. 15. n. 7. Galarza, lib. 3. *Instit.* cap. 10. Bellarminus lib. 3. *de Verb. Dei*, cap. 3. Valades, *Rhet. Christ.* part. 3. cap. 12. & 13. Vazquez, tom. 1. in 1. p. disp. 14. cap. 7. Molina ibidem disp. 4. Arriaga disp. 1. sect. 6. subsect. 4. Bañez ad art. 8. dub. 1.

Ex sensu quoque *anagogico* duci solitum efficax argumentum ad ea maxime confirmanda, quæ futuræ viræ statum ac beatitudinem respiciunt, illa satis ostendunt exempla, quæ sacris Scriptores pro re nata proferunt, & illustrent: Vazquez citatus disp. 16. cap. 3. Molina disp. 4. Galarza lib. 3. *Instit.* cap. 4. Escalante lib. 1. cap. 22. dub. 1. Ianfenius *Concord.* cap. 23. §. *Nonne*. Payva lib. 1. *de sensib.* cap. 15. Diedo lib. 2. cap. 2. Valades *Rhet. Christ.* part. 3. cap. 12. & plures quorum sententiam firmat Ioannes Picus Mirandul. *Apolog. Quest.* q. 5. ita de sensu anagogico scribens: *Qui etiam inter omnes est sublimior, & divinius sursum nos ducens à terrenis ad caelestia, &c.* Et hinc est quod validissima inde argumenta habentur contra Iudæos, &c. Quod exemplo argumentationis ab Apostolo Paulo usurpatæ probat satis opportunè.

De sensu denique quem dicunt, *accomodatitio*, scio ita censuisse magnæ eruditionis, atque iudicij Scriptorum Serarium *Proleg.* cap. 21. quæst. 14. *E sensu isto nullum quasi divinum, necessarium, ac firmum duci ad ullam rem potest argumentum.* Quod ille latè probare conatur: sed quod venia tanti viri dixerim: esto nullum quasi divinum argumentum ex eo sumi possit, idest divinæ auctoritatis, ac ponderis, qualiter ex sensu exactissimè literali, & ab Ecclesiâ,

Patribusquē probato: at saltē topicum, aut probabile; non efficitur inficietur Serarius, cum eiusmodi quoque rationibus vti quandoque fuerint Scriptores etiam Canonici, vt apte probat Basilus Fozze q. 3. *Exposit.* Molina in 1. p. q. 1. art. 10. disp. 5. & nos superius ostendimus semit. 2. vestig. 6.

Fateor insuper, necessarium non esse, nec firmum argumentum ex huiusmodi sensu, qui pro cuiusque cerebro, & arbitrio temerē confingatur; at negari non poterit quædam etiam in Novo Testamento reperiri, quæ tum Christo Dom. tum formandis quoque moribus per accommodationem adaptentur; alia etiam quæ B. Virgini Matri, cæterisque divinis cœlestibus ab Ecclesia, & SS. Patribus pari ratione tribuantur, vt multis exemplis monstrat ibi Serarius n. 2. ex quorum accommodatione sensu non dubium quin ad eiusmodi mysteria, encomiaquē confirmanda satis probabile ducatur argumentum, vt præ multis docent, & exemplis quoque illustrant Escalante lib. 4. *Clipei*, cap. 1. & lib. 7. cap. 3. Vazquez, in 1. p. disp. 14. cap. 2. §. 5. & 6. Valentia disp. 1. q. 1. punct. 5. §. 3. Arriaga, disp. 1. sect. 6. subsect. 1. Lerca, tract. *de Locis* disp. 18. dub. incidenti, Flores *Proem.* in cap. 24. *Eccles.* §. 7. n. 49. Antonius Perez citandus dub. 12. cap. 3. n. 22. Maldonado *ad Matth.* cap. 8. v. 17. & quotquot illi sunt, qui testimonia Veter. Testamenti sub eiusmodi sensu in novo citari solere tuentur, quos indicamus part. 2. sect. 9. q. 36. §. 5.

Qua ratione, atque delectu tractandus ille sit, & in argumentationem adducendus, opportunè monent Vazquez disp. 14. cap. 7. Arriaga sect. 6. subsect. 4. Serarius cap. 21. citato q. 14. n. 3. & 4. Gillius lib. 1. tract. 7. cap. 7. n. 6. Anton. Perez, *Volum.* 3. dub. 12. cap. 6. Bonfrerius *Proleg.* cap. 20. sect. 4. & ex prædictis alij: atque vt compendio dicam, si demum erit quisque sensus, vt occasio tulerit, ab arguentē vsurpandus, quemadmodum in agitando Biblicâ questione à Prælectore adhibendum esse præmonui part. 1. prænot. 13. quam pro hoc instituto recolas, quæso, nec non & illud quod sapienter docuit Molina citatus disp. 4. *In interpretatione Scripturæ Sacrae secundum spirituales sensum,*

illud semper observandum, maxime erit, ne vlla vis inferatur Script. Sacrae in præiudicium sensus literalis, qui vt fundamentum supponi debet,
&c.

VESTIGIVM V.

PRO VSU ARGUMENTA-

tionis ab auctoritate monitiones quadam.

Prima: quod ad Sacri Codicis auctoritatem attinet, textus in ipso Bibliorum volumine penitus inspiciendi; nec temerē fiendum aliorum citationibus, multa enim varijs ex causis quandoque solent inverti, confundi, & immutari, nisi ab ipso fonte hauriantur, ea propter vt ait Hildebertus Cænomanensis Epist. 73. *Sipienti satius est de fonte, quam de rivo sitis ardorem extinguere, &c.* Atque vt apte Martialis lib. 9. Epigr. 102.

*Multum crede mihi, refert à fonte bibatur,
 Qui fluit, an pigro, qua stupet vnda lacu.*

Sed in re Biblicâ opportunius Petrus Damianus, opusc. 24. cap. 4. de sacris ipsis textibus agens: *Accedamus (inquit) ad fontem & profluentis rivi principalem repetamus originem.* S. Hieronymus Epist. 116. & lib. 2. *advers. Rufinum*, in Prophanis etiam Tullius, *de Orat.* lib. 2. *Tardi ingenij est rivulos consectari, fontes rerum non videre, &c.* Quod & in Iur. Consult. allegationibus observandum monuit Tiberius Daciaus Apolog. *de Respon. Prudent.* cap. 22. n. 81. ita iuris studiosum hortatus: *Vt leges in ipso fonte, vbi scripta sunt, videat, & legat; neque contentus sit aliorum relatione, qui forte etiam eas non viderunt, &c.* Idquē pari monitu inculcant Alciatus lib. 4. *Pæverg.* cap. 25. Ceballos Præfat. in *Quæst. com. cont. com.* n. 44. & à Pinto Ramirez, *Spicileg.* tract. 1. cap. 51 § 5.

In SS. quoque Patrum textibus observavit Sanctus Bonaventura Præfat. in *Pharetram*, ita præmittens: *Cum auctoritates Sanctorum legerem, & legens varias corruptiones perciperem, placuit mihi, vt ad ipsum fontem originalium recurrem, & ob maiorem certitudinem ipse met aliqua perciperem, &c.* Pro quò videndus etiam serm. 19. in *Hexahemer.* erit igitur in volutandis integrèquē producendis eorum testimonij exactè cavendum, quod & in dignoscendis ingenij

ius consulit Seneca, Epist. 33. *Depone* (inquit) *istam spem, posse te summam degustare ingenia maximorum virorum; tota tibi inspicenda sunt. tota tractanda, res geritur, & per lineamenta sua ingenij opus ne situr ex quo nihil subduci sine ruina potest, &c.* Idem & de testimonijs Patrum dictum existima: *Tota tibi inspicenda, tota tractanda sunt.* Ut penitissimam eorum mentem valeas penetrare: quod & moer, & exequuntur multi S. Anselmus lib. *de Sacram. Altar.* cap. 13. Petrus Celler. lib. 6. Epist. 23. Philippus Abbas, Epist. 5. Franc. Picus Nirard. *de Fide, & Ordin. Credend.* Theorem. 14. & 18. Fr. Franciscus Arriba, lib. 1. *Var. Quaest.* cap. 14. Gilius lib. 1. tract. 7. cap. 14. qui pro discendis interpretandisque, Patrum sententijs, aptissima sex documenta proponit.

Secunda: Potissimi quique ac literales maxime cuiuslibet textus Expositores præmanibus habendi, adeundi, & consulendi sunt: quod in primis monitum voluit Cassiodorus *Divin. Lect.* c. 24. *Demus itaque operam (ait) & auctoritatem cum expositoribus suis sedula intentione curamus: viaque intelligentia Patrum labore repertas pio studio subsequamur, &c.* Quam vero multis opus sit commentarijs ad Sacrae Scripturae intelligentiam, post Hieronymi, & SS. Patrum plurimum mentionem, satis apertè fatetur Ioannes Trithemius opusc. *de Laude Scriptorum*, cap. 2. de studio eiusdem Scripturae sic fatus: *Ad cuius continuandam amicitiam copia Sanctorum voluminum tibi necessaria est: sine libris enim ad eius familiaritatem non venies.*

Et nemini equidem, de Bibliis tractationibus me non præmississe, part. 1. Pronct. 16. sed quorsum, inquis, repetita de iisdem admonitio? Audis Augustinum in simili rerum iteratione suadentem lib. 2. *de Bapt. Cont. Donat.* cap. 1. *Quia & ea, quæ instructi sunt necessaria, sapius oportet insinuare tardioribus: & cum ea multipliciter variatque versantur, atque tractantur, ipsos quoque capaciore intelligentia præditos adiuvant, & ad facilitatem sciendi, & ad copiam discendi: Vides geminum fructum ab Augustino indicatum ex repetitâ lectione plurium Auctorum, qui rem ex instituto discutunt, & facilitatem sciendi, & copiam discendi: & uterque sanè proventus quàm multiplex fiat plane dignoscet in varia, quam demonstramus haufienda, ex pluribus utilitate.*

Vnus enim alio clarius, & expeditius, germanum argumentationis statum exponit, argutiusquè nodum difficultatis vellicat, quo directius intendi possit argumentum.

Ille congruum vel arctandæ, vel solvendæ difficultati textum offert inquirenti.

Alius

Alius ingeniosè excogitatum rationis pondus in proposito textu confirmationem suppeditat.

Quidam appositam, opportunamquè in textu ratiocinationem investigat.

Aliquis ex compari controversiâ expeditam argumentationi viam aperit.

Hic aptum ad virgendam argumentationem exemplum, aut paritatem suggerit differenti.

Non nemo ad nexum argumenti, vel extricationem disputandi lumen ostendit.

Alter interpretum sententias studiosius congerit, & expendit vberius, quibus affatim cognitio valentior in oppositam instruat argumentatio.

Singuli demum coeuntes conficiendæ ad amussim argumentationi collectum veluti fasciculum vndique comportant.

Ecce, cur complures rerum Auctores indico: *Novi enim (vt me supra docuit Augustinus) quemadmodum soleat contristare lectorem: cum à libro, quem gerit in manibus, quando in aliquem modum quaestio incidit, in alium mittitur, ubi eius solutionem requirat, quem forte non habet, &c.*

Tertia: Ne plura simul testimonia, & quæ idem prorsus institutum conficiant, sine delectu, & acervatim congerantur usque ad satietatem: venit quoque hoc placitum ex Veter. Patrum sententiâ: sic enim S. Hieronymus *Dialog. Advers. Luciferian.* post inducta selecta quædam ad rem testimonia: *Et multa (inquit) alia, quæ persequi infinitum est, studio brevitatis omitto: neque enim numerus testimoniorum, sed auctoritas valet, &c.* Ideoque non erit de singulis ex instituto differendum, vt docuit S. Augustinus lib. 1. *de Peccator. meritis* cap. 26. *Nimis longum fiet, si ad singula testimonia similiter disputemus.* Videndus etiam lib. 1. *de Morib. Eccl. Es.* cap. 26.

Et asserti rationem indicat Faustinus Episcopus lib. *de Fide contr. Arrian.* cap. 1. *Maximè quia divinis vocibus, non numerus testimoniorum, sed auctoritas requirenda est, quæ idonea est, etiam si vna voce proferatur.* Ioannes Sarisberienf. lib. 5. *Policrat.* cap. 14. *Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testium fidem, & testimonia, quibus potius lux veritatis assistit.* S. Prosperus Aquitano. *Epist. ad Demetriad.* ita præ alijs: *Sed tantam multitudinem sententiarum in unum congerere, immodicum fuit.* Vincentius Lirinens. *advers. Hæres.* cap. 35. *Cernas infinitam exemplorum congeriem, &c.* Item quique cap. 37. cui vitando fastidio hanc quoque causam reddit,

Clau.

Claudianus Mamercus lib. 2. de Stat. Anim. cap. 7. *Quia in saepe dictis non uberior cognitio rerum, quam sit. prolixitas onerosa verborum; &c.* Adde Rupertum lib. 3. in Matth. ad. cap. 4. & 14. Abulenſis in Matth. 12. quæst. 27. & 28.

Ast aliquando inquis Novi Testamenti Scriptores, atque in his maximè Paulus Apostol. plura simul testimonia veter. instrumenti congerit ad eandem proflus assertionem firmandam: factor equidem sic in vsu hauſſe non semel Apostolum; vt quædam eius Epistolæ legenti peruium est; & à multis iam Interpretibus obseruatum: sed tamen quam cautè, ac temperatè tanti Doctoris sit insitendum exemplo, satis appositè docuit Ambrosius Catharinus in 2. ad Corinth. cap. 6. v. 18. *A B. Paulo (inquit) admonemur, licitum nobis esse varias congregare Scripturarum sententias, modo in testimonium adducantur aptè; & ad sensum ipsius Scriptura aperendum; non autem temerè; & absque iudicio; in quò tamen à plerisque erratur, qui multitudine potius quàm pondere passim eas citant, quo eruditiores apud indoctum vulgus videantur; &c.* Atque vti tam non tam ille, verè, quam eleganter: multorum enim iam hoc vitium fuit, in quò iure exarscunt cordati Scriptores: Doctor Iacobus Perez lib. 5. de Sac. Rat. Conc. cap. 3. Salméron Prolego. 9. can. 20. Iustinianus lib. 2. sacr. Script. part. 2. cap. 1. Antonius Balinghen; *Præparat. ad Lor. Comin.* part. 2. cap. 3. n. 5. Iacobus Alvarez lib. 5. de Vit. Spirit. cap. 40. §. Aliud autem: Carolus Regius *Orat. in Christ.* lib. 6. cap. 24.

Quarta: vt testimonium ex ipso sacro volumine dilertè productum, in primis appositè intellectum explicetur, & in dicitur præcè congruere brevè discussione palam ostendatur: quò circa belle præmittit S. Augustinus lib. 11. de Doctr. Christ. cap. 1. *Dua sunt vias, quibus nititur omnis tractatio Scripturarum: modus inveniendi quæ intelligenda sunt; & modus preferendi, quæ intellecta sunt.* Rectè enim testimonia intelligantur, ineptè proferuntur: intelligenda igitur in primis sunt, quæ in argumentationem adducuntur: in quò peccasse quondam Sadducæos divinæ legis testimonia, quæ proferebant, male capientes, ita coarguit Christus Domin. Matth. 22. v. 29. *Erratis, nescientes Scripturas,* vt aptè commentatur S. Chrysostomus Homil. 7. t. ac breviter ibidem Eusebius Emiffenus: *Nam neque illud intelligebant quod Moyses dixerat, &c.* Et ex hoc etiam capite Hæreticorum inscitiam in producendis sacris textibus arguebat Optatus Milevitan. *Contr. Parmenian.* lib. 4. ita præmultis: *Et non intellectas proferunt lectiones.*

Vt

Vt ergo rectè intelligantur, illa maximè proderit admonitio, quam caure præserbit Rupertus lib. 3. in Matth. ad cap. 4. v. 14 vbi productum ab Evangelista Isaac testimonium ex cap. 9. v. 13. perpendens, ita subiicit: *Non solum illud tantulum; quod Evangelista de Prophetis perscribit testimonijs, respicere debet lector studiosus, siue auditor attentus; verum etiam illa, quæ assumptis adhærent capitulis, quæ præcedunt; siue quæ sequuntur, &c.* Quod potissimè concludit ad plenam producendi textus intelligentiam: hinc autem in primis ritè intellectus, erit mox à differente breviter explicandus: quod ex S. Ioanne palam discimus cap. 7. v. 38. nam prolatum à Christo Domino Scripturæ testimonium commemorans, ipse statim explicuit, vt notat Aleuinus in Ioann. lib. 4. cap. 18. *Consequenter (inquit) exposuit Evangelista dicens: Hoc autem dixit de Spiritu, &c. Exposuit Evangelista; & dixit, unde Dominus clamasse ad qualem potum invitasset, quid vebibentibus propinasset, &c.* Quod etiam obseruauit S. Cyprian. Epist. 63. Eusebius Emiffenus Homil. in ser. 2. post Domini. 5. *Quadragesimæ* id quæ rursus vsitatum à divino Præceptore in alijs etiam disputationibus, qualis est illa cum Phariseis Matth. 19. v. 7. vt ad rem difertè docuit Chrysostomus Homil. 63.

Et hinc plane fiet, sic explicatos commode textus ad præsignatum dissertationis scopum convenienter aptari, quò in sacris Novi Testamenti Scriporibus palam elucet: sit exemplo magnus disputandi Magister Paulus, dum ad Roman. cap. 3. ex multis Scripturæ textibus arguit, vt in loco sapienter notavit Lyrà in argumenti diuisione: *Primum autem (inquit) per scripturam ostendit; & ideo primo ipsam allegat secundo ad propositum applicat.* Rursum in explicatione v. 19. *Hic scripturam allegatam applicat ad propositum dicens.* Scimus autem, &c. Haud aliter S. Thomas ibid. & Primastus de estato inibi Davidis testimonio loquens: *Videamus (ait) quomodo sibi hoc loco Apostoli sermo consentiat cum testimonio, quod ex Propheta sermonem suum confirmaturus assumpsit, &c.*

Hinc vero in producendis textibus opportunitatem in Dabolo inepto allegatore Matth. cap. 4. iure desideravit S. Chrysostomus Homil. 13. *Considero (inquit) Diaboli insipientiam de testimonio quoque, quod protulit: nam ex quidem quæ à Domino prolata sunt, satis aptè vti quæ prolata; quæ vero ab illo vsurpata; inapte nimirum, ac prorsus incongrue; nec ad rem de qua agebatur, aptè accommodari possunt, &c.* Hoc etiam vitium in Hæreticis, malis quoque textuum litoribus accusabat S. Hieronymus ab Ezechiel. cap. 16. *Et omnes (inquit) Hæretici quæ testimonia in suo loco alteri sensui congruens alteri*

nituntur asserere; Atque utinam non in quibusdam etiam comitten-
tatoribus, ut animadversum legis à Cardinal. Toledo in ca. p. 2. Lu-
cæ Annotat. 57.

Quinta: ut ex sacris rextibus, qua prædictum est ratione in-
tellectis, explicatis, & ad rem apte productis certa quædam, ac
potissimè defensanda, conclusio statim eliciatur: multos enim quã-
doque audiui Biblicos dissertatores, qui congestis hinc inde pluri-
bus Scriptorum testimonijs, & inventum inaniter ventilatis, nihil
certè statuerent, quod aut firmandum proponerent, aut eligerent
impugnandum, sola plurium locorum, ac citationum iactatione
gloriantes, nusquam de statuendâ probandâque conclusione soli-
citos, quos utique habuisse oportuit præ oculis illud Rhetoricæ
præceptum à Tullio lib. 1. de Invent. Statutum: *Conclusio est exitus,
& determinatio totius orationis.* Quos illi terminos dum ignorant,
necessum fit, interminatas ab ipsis excitari controversias.

Atque his equidem nihil potius habeo, quod ponam ob oculo-
los, quam disertam Melchionis Cano sententiam pro eliciendis
Biblicis conclusionibus in hæc verba conceptam lib. 12. de Locis,
cap. 5. *Maneat igitur esse proprie Theologicam (dic Biblicam) conclu-
sionem, quæ ex Theologia principijs, ut effectus ex causis suis orietur: unde
illud consuetarium est; nullam Theologiæ questionem existimandam, qua
non possit ad eiusmodi initia referri; atque ex ijs aptè, & congruenter
argumentando desiniri.* Nil verò congruentius possit excogitari pro
eliciendâ ex principijs Biblicis conclusione, de quibus nos supra se-
mitæ huius vestig. 1. si verò deducendæ huiusmodi conclusionis
exempla desideras, illorum satis ostendemus semitæ sequenti vestig.
3. quod totum huius monitionis est, & ex Iacobo de Valentia in
Biblici syllogismi Typo semitæ. 6. vestig. 3.

Sexta: Textus ab adversario propositi contra ipsum: artificio-
sè retorquendi: venit ex divini Præceptoris magisterio hæc etiam
admonitio, sic enim à Christo Domino usurpatum, ut indicamus
semitæ sequenti vestig. 3. & à Regio Psalte prædictum Psal. 57. v.
7. *Centeret dentes eorum in ore ipsorum* Quod de hac differendi ra-
tione à Salvatore usitata capiunt non pauci, Hugo Cardin. Rufi-
nus Aquilegiens. & Ludolphus Carthusita præ alijs: *quia verbis suis
capiet eos.* &c. Idquæ adimpletum censet Hugo Matth. cap. 22.
cum adducto de resurrexione textu silentium imposuit Sadduceis
&c. Sic etiam Ioannes cap. 5. v. 46. Iudæos indicatis ex Moyse
testimonijs aperte convincit, & ut opportune in loco notat Eu-
thymius: *Sagaciter semper in caput illorum retorquet, quæcumque pro
i. ijs facere videntur.* &c. Haud

Haud aliter SS. quoque Patres, pro quibus sufficiat exempli
loco Martyr Iustinus Dialog. cum Tryphon. sic differens: *Et his ipsis
rebus, ac sermonibus, quos contra me asserere vos putatis, argumenta pro
me colligam, adhibito semper scripturarum testimonio.* &c. Quod ipse
statim exequitur: nempe conatus Tryphon illud Itaiæ vaticinium
cap. 8. v. 4. *Antequam sciat puer,* &c. De Ezechia Rege: fore intel-
ligendum, ita quærebat à Iustino: *Memineris postulari à te rationem
eorum quæ toties proposuisti ostendere: absolve igitur eam, ut sciam us-
que indicante, de isto vestro Christo dicta esse, quæ nunc de ipso Ezechia
Prophetam prænuntiasse dicimus.* Cui S. Iustinus ex ipso testimo-
nio in eum argumentationem instituens; ita respondit: *Fiat hoc
quoque ut iubetis; sed prius demonstrate mihi de Ezechia prædictum
quod prius quam sciat vocare Patrem, aut Matrem occupavit Damas-
ci copias, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum?* &c. Quod
mox argumentum ex hac retorquendi methodo acriter urget
in objicientem.

Atque, ipse modus arguendi est, quem ex contrarijs legibus
Rhetores dicunt, ut semit. 1. vestig. 5. §. 3. nempe cum ex ob-
iecto legis testimonio adversarium impugnamus, quod sic indi-
cavit Tullius lib. 2. ad Heren. cap. 3. *Deinde contraria legis enoda-
vimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causa commodum.* Et
in varijs arguendi modis retulit Aristoteles lib. 2. Rhet. ad Theod.
cap. 23. *Alius ex ijs, quæ quispiam dixit, in se ipsum reiecit.* Quo
sapienter usus est magnus Theologus Nazianzenus orat. 35. sic
Hæretici unus aggressus retorquendum: *Tuammet questionem sa-
pientia tua admovo,* &c. Sic etiam sæpissimè Patrum plures, dum
scribunt in Fidei adversarios.

Septima: Argumentum ab auctoritate negativè nihil firmum
evincit, aut ne vix quidquam, nisi debiliter, ac meticulosè non
tam probat, quam ex alijs principijs aliunde discutiendum, ac
firmandum insinuat; ut si quis probare contendat, ex eo quod
hoc, aut illud in sacris literis non expresse revelatum inveniatur,
id tale nunquam fuisse: v. g. Beatiss. Virgin. Matrem ab originali
labe non fuisse liberam, quod eius immunitas diserto divinæ
Scripturæ testimonio explicitè nõ asseratur; quod, quam futile, ac
ridiculum sit, nemo non videt: plura enim in Ecclesiâ Christi, ve-
lut Sacræ Religionis arcana veneramus, quæ aperto Scripturæ
textu non exprimentur ut multorum iam observatio fuit, qui con-
troverfias in Hæreticos scripsere.

Vnde sapienter adnotavit Gillius, qui hoc argumentum accu-
rate

ratè descripsit lib. 5. tract. 7. cap. 14. n. 6. *Nam quis ferat ita arguen-
tem. Deus hoc nõ revelavit: ergo non est. Poteſt quippe eſſe, quamvis
Deus non revelaverit, &c.* Pzulk poſt addit: *Hoc argumentum non habet
vim.* Hoc non continetur in Sacra Scriptura: ergo non eſt de Fide:
Quando quidem haberi poteſt ex traditionibus, &c. Atque huius ar-
gumentationis negativæ defectum, alij quoque monuere, Abu-
lenſ ad 1. Reg. cap. 3. q. 196. & ad Matth. 14. q. 138. ad 3. Bellarmi-
nus tom. 1. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 8. tom. 3. lib. 1. de Sacrament. cap.
19. Suarez lib. 2. de Prædeſt. cap. 13. Montoya de Trinit. diſp. 16.
ſect. 3. n. 12. qui plura, nataquè illius exempla proferunt, vt Sal-
meron tom. 13. diſput. 6. loco 7.

Vnum equidem addam ex Tertulliano lib. de Coron. Milit.
cap. 2. vbi totam huius velut ideam, ac ſpeciem eleganter diluci-
dat; cum enim cõmnis tunc quæſtio eſſet: an Chriſtianus geſtare
coronas liceret? Ita differit Septimius: *Et facile eſt, ſtatim exigere: vbi
ſcriptum ſit, ne coronemur: at enim vbi ſcriptum eſt, vt coronemur? Expo-
ſulantes enim Scriptura patrociniũ in parte diverſa; præiudicant, ſua
quoque parti Scriptura patrociniũ ad eſſe debere. Nam ſi ideo diceitur co-
ronari licere, quia non prohibeat Scriptura, æquè retorquetur, ideo coro-
nari non licere, quia Scriptura non iubeat: quid faciet diſciplina? Uideas
ex vtrinq; quæſita, ſed negativè Scripturæ auctoritate nihil con-
fici; idè ſapienter Tertullianus rem veluti in bivio linquens addi-
dit: *Quid faciet diſciplina? Vtrumque recipiet, quaſi neutrum prohibi-
tum ſit? An vtrumque rejiciet quaſi neutrum præceptum ſit?* Nihil ergo
habet utilitatis hæc argumentatio, quæ pendulam in ancipiti men-
tem ponit, & ex qua nihil certum evincitur, cum vtrumque pari-
ter ſubſequatur.*

Octava: Denique quam cautè, ac moderatè ſoli tantum, & nu-
dè textuum auctoritati fidendum ſit in argumentatione, ſapienter
admonuit Doctor Iacobus Perez, lib. 2. de Sac. Rat. Conc. cap. 19. *At
Theologos (inquit) obſecro, vt à testimonijs prudenter argumententur,
alioqui enim nullum argumenti genus infirmius: facile namque multi
quavis interpretatione ſolent eludere &c.* Atque hoc illorum vitium
eſt, vt ſcribit Ioannes Sarisber. Epift. 186. *Qui fraudulenta verborum
interpretatione ad arbitrium, non ad mentem Auctoris detorqueant legem;
eiquè nolunt ſuum accomodare intellectum.* Talis erat malus ille argu-
mentator, in quem Fauſtinus Episc. lib. contr. Arrian. cap. 2. ſic exar-
deſcit: *Noli ergo facere divinis ſermonibus vim; quid inferis, quod ille non
loquitur? Quid doces, quod ille non docuit? Sic ille adverſus Hæreticũ,
quoddam Ioannis Apoſt. testimoniũ violentè interpretat. m.*

Idè,

Idè, ſic modeſtè de ſe ipſo fatecur Petrus Damian. lib. 4.
Epift. 3. *Ne quis nos arguat Sacra Scriptura verba ad arbitrium noſtræ
voluntatis inſlectere, &c.* Quod de Bibliicis quoque testimonijs,
Dialog. cum Tryphon. conſult S. Iuſtinus: *Non ſunt depravanda, nec
alio torquenda interpretamentis, &c.* In qua etiam ſententia fuere
Iſidorus Peluſ. lib. 4. Epift. 203. S. Hieronymus, Epift. ad Pau-
lin. Vincent. Lirinens. contr. Hæreſ. cap. 37. S. Irenæus lib. 1.
Adverſ. Hæreſ. cap. 1. S. Auguſtinus lib. 1. de Genef. ad lit. cap.
18. S. Gregor. in Ezech. Homil. 10. Tertullianus Præſcript. cap.
38. Petrus Bleſenſ. ſerm. 12. & ex recentioribus Lodovicus Vi-
ves lib. 1. de Cauſis corrupt. art. & plures, ſed de argumento ab au-
toritate, ſatis.

QUALITER IN ARGUMEN-
tatione Biblica ſit utendum ratio-
ne, perſcrutatur.

SEMITA V.
VESTIGIVM I.
RATIONIS MVNVS
& utilitas in Biblicam diſ-
ſertationem.

ADhibenda ſimul eſſe in diſputationibus eiufmodi præter au-
toritatis pondera, de qua ſatis hucusquè, rationum etiam
firmamenta ſapienter admonuit S. Thomas quodlib. 4. art.
18. *Quadam diſputatio eſt Magiſtralis in ſcholis (inquit præalijs)
ad inſtruendum auditores, vt inducantur ad intellectum veritatis,
quam intendit, & tunc oportet rationibus inniti inſtigantibus verita-
tis radicem, & facientibus ſcire, quomodo ſit verum quod dicitur: alioquin*

Ggg 2

ſ.

si nudis Auctoribus Magister quæstionem determinet, certificabitur quidem auditor, quod ita est: sed nihil scientiæ, vel intellectus acquiret, & vacuus abscedet. Evolve, precor, hanc omnem Aquinatis periodum, & plane perspicies, quot subinde commoda proveniant, ex adhibitâ ratione in Biblicam controversiam.

Etenim ratio præter auctoritatem ostensa inducit auditores: ad intellectum veritatis: investigat veritatis radicem: scire facit, quomodo sit verum, quod dicitur, quod nullo modo sola exequitur auctoritas, quasi tantum ducatur auditor, nihil scientiæ, vel intellectus acquiret. Scientiam quippe rerum, & intelligentiam sola affert, ratio præstare potest, quam si non animo concipiat auditor, esto multis sit auctoritatibus oneratus, à dissertatione vacuus abscedet; ergo ne vacua sit Biblica disputatio, non tantum erit auctoritatum veluti fulcris sustentanda, sed soliditate quoque rationum imbuenda; quam ob causam oportet rationibus inniti investigantibus veritatis radicem: ne sine radice dissertatio velut evulsâ funditus arbor continuo decidat, & areseat.

Nec imbuti solum ratione oportebit auditorem ne vacuus abscedat, sed ut perfectionis velut ætatis metas attingat; nam & suas etiam ætates animæ inesse, quibus tamquam gradibus ad sapientiam proficiat, ingeniose excogitavit S. Augustinus lib. de vera Relig. cap. 26: ad præsens institutum sicubi opportunus: Dicitur novus homo (ait oræalijs) habens & ipse proportionem, non annis: sed profectibus distinctas quasdam spirituales ætates suas; primam in vberibus utilis historia, quæ nutrit exemplis: secundam iam obliviscentem humanam & ad divina tendentem, in qua non auctoritatis humanæ sinu continetur, sed ad summam incommutabilem legem (aliâ Lucem) passibus rationis innititur, &c. Sic appositè S. Doctor, videndus etiam lib. 6. Confess. cap. 5.

Ergo qui tantum auctoritate ducitur, veluti lactens infans, primam tamquam pendens ab vberibus nutritis agit gratiam, nihil solidioris ibi capiens, sed solo lactantis auctoritatis succo nutritus, donec infantilem istam teneritudinem excedens, ac veluti gerulæ sinum despiciens, in robustiorem transeat ætatem, & puerilis nutrimenti dedignatus alimoniam in rationis soliditatem evadat; & fortioribus incedens vestigijs passibus rationis innitatur: nec velut alieno auctoritatis fulcro ut puer incumbat, sed proprio mentis ratiocinio, ut iam factus robustior, insistat.

Præ-

Præterea exhibitâ tempestivè ratio disputationem omnem cumulat, perficit, & informat, qualis (ut exemplo sit) profundissima illa de Trinitatis arcano controversia, de quâ iam pridem doctissimi Patres egerunt, vtrum auctoritate, aut ratione absolvenda foret. S. Augustin. lib. 1. de Trinit. cap. 2. & lib. Contra Feliciani cap. 2. Richardus Victor. lib. 2. cap. 4. S. Vigilus disp. de Christ. Dom. & Fide ss. Trinit. (de quâ Boëtius Proœm. in lib. de Trinit.) ita præfatur: Investigatam diutissimè quæstionem formatam rationibus, literisque mandatam offerendam vobis, communicandamque curavi, &c. Ita S. Vigilus.

Cuius sententiam dum commentatur S. Thomas opusc. 70. ita scribit: Tangit modum agendi: primò quantum ad hoc quod argumentando procedit, & idèd dicit, formatam rationibus quæstio namque (subdit inter alia) idèd formata dicitur, quando ad eam ratio additur per quam certitudo de veritate habetur, & in hoc providit intelligentiæ; quia quod credimus, debemus auctoritati; quod intelligimus, rationi. Sic ille ex S. Augustini sententiâ, quam superius indicavimus.

Audis à Boëtio dici quæstionem formatam rationibus, quæ sine rationibus rudis esset, ac profusè in formis, ut quod forma composito, id ipsum Biblicæ quæstioni rationem esse non ambigas: contemplare sine luce mundam, sine sidere firmamentum, terram sine ornatu absque symmetriâ ædificium, & absque spiritu corpus: quid nisi obscurum chaos, funestum tenebris cælum, incomptam orbis molem, disiecta cæmentorum rudera, truncum denique sine mente cadaver aspicias: haud aliter rudem, ac deformem dicas esse dissertationem cum desit rationis species, ac forma: Quæstio namque idèd formata dicitur, quando ad eam ratio additur.

At profundissima sunt, inquis, in sacro textu divini sermonis arcana, & quæ velacutiorem humanæ mentis obtutum effugiunt, & altissimè prætervolant: nam ut appositè Chrysologus serm. 156. Sermo Evangelicus non humana loquitur, sed divina; non arte fallentia, sed veritate subnixæ: non coniecturis nutantia, sed auctoritate firmata. Non erit igitur audendum humanæ rationis indagine tan inscrutabilia pertingere.

Verum meticolosè hinc obiectioni iâ pridem modestè responsum apparavit S. Thomas lib. 1. Contr. Gent. c. 8. vbi & aliâ non contemnendam utilitatem investigandæ, & adhibendæ rationis plana ostèdit: Vtile tamen est (inquit) ut in huiusmodi rationibus quantumcumque debilibus, se mens humana exerceat, dummodo desit comprehendere, vel demonstrandi præsumptio; quia de rebus altissimis etiam parva, &

debili consideratione aliquid posse inspicere incumdisimum est, &c. Prudentissimè S. Doctor.

Hoc igitur temperamento ad investigandas in sacro textu rationes oportebit accedere, quod in reliquis Fidei mysterijs discutendiis præfixit S. Anselmus, lib. de Incarnat. cap. 2. sic inter alia sapienter admonens: Nullus quippe Christianus debet disputare quod Catholica Ecclesia corde credit, & ore confitetur, quomodo non sit &c. sed sæpe quantum potest querere rationem, quomodo sit: si potest intelligere, Deo gratias agat, &c. Tali ergo monito cautus Prælector de Biblicâ ratiocinatione exercendâ, consilium ineat: *Consilium autem est (vt docet S. Thomas, 2. 2. q. 49. art. 5.) inquisitio quadam ex quibusdam ad alia procedens; hoc autem est opus rationis.* De quâ sequenti vestigio satis.

VESTIGIVM II.

RATIOCINATIO EX ADDV- ctis Textibus concinnanda.

Disertus est, & opportunus pro hac monitione S. Augustinus lib. 3. *Contr. Academ.* cap. 20. vbi cum quædam de auctoritatibus pendere præmisset, statim ita subdit: *Quod autem subtilissimâ ratione persequendum est; ita enim iam sum affectus, vt quid sit verum, non credendo solum, sed etiam intelligendo apprehendere, impasienter desiderem.* Ex quibus sic inferas, licet; non igitur nudæ insistendum auctoritati; sed ex ipsa etiam subtilissima ratione, discutendâ, consequens erit argumentatio concinnanda, vt quid sit verum: in auctoritate, non credendo solum, id est, vni dicentis testimonio tantum inhærendo, sed etiam intelligendo, hoc est, argumentationis ductu ratiocinando, prudenter assequi possit intellectus discretus.

Eiusmodi vero ratiocinatio quam necessaria sit ad Biblicam dissertationem, ex eiusdem Augustini sententiâ palam exponit Rabanus lib. 3. *de Instit. Cleric.* cap. 15. *Vbi talis (inquit) sensus eruitur, cuius incertum certis Sæct. Scripturarum testimonijs non possit aperiri, restat vt ratione reddita manifestus appareat, &c.* Si ergo ratione reddita manifestandus est latens divinæ Scripturæ sensus; non alio profus modo eruendus erit, quam ratiocinij, & illationis ope.

ratione: cuius ad intelligentiam scire oportebit, particulas illativas, quibus vtitur sermo divinus, dum aliquid probationis modo subnectit argumentationi, quam instituit, vt ipsas observat Doctor Iacobus Perez, lib. 3. *de Sacri. Rat. Conc.* cap. 2. Porro (ait) *vbi sunt hæc particula. quoniam, quia, quare, igitur, ergo, si, vt, & id genus alia, probatio est.* Quibus optime notis; & observatis in sacro sermone facile poterit Biblicus dissertator abditam argumentationem investigare, atq; agnoscere, quam particule tales velut indice demonstrat.

Vt autem planius inoffenso, quod aiunt, pede hoc in vestigio progrediamur, præmittendum omnino est, rationem in argumentatione, quæ textibus fit, tripliciter posse considerari. Primo enim esse potest ipsa ratiocinatio, quam singuli facili contextus latenter includunt, si accuratè discutiantur, & in argumentationis speciem dialecticè conformentur, atque in hunc sepe modum asserito in disputatione proposito Christus Dominus. *A Scriptura quoque ratiocinando, id ipsum confirmat.* Vt notat S. Chrysostomus Homil. 71. in *Matth.* ergo, & in testimonio quod producit, & in argumentatione ab ipso conformatâ, indicæ sunt arguendi rationes, & veluti semina logicè disputandi: alioqui nec opportunè Christus Dominus ex veteri testamento textus in dissertationem adduceret, nec sapienter ex ipsis argumenta formaret, quod vel in suspensionem occurrere, nefas, & impium est.

Et huius nos instituti multa satis ostendimus semit. 2. vestigio 6. de rationibus à Canonico Scriptore interdum adhibitis: faciat interim satis pro cunctis Rupertus, qui lib. 7. *de Oper. Spirit. S.* cap. 13. ita de sacro univèrsim Volumine sapienter observat: *Plena est divine Scripture pagina tam perfectis syllogismis, quorum brevitate maxime Rhetores delectantur.* Hos, si studiosus Prælector expendat, & in dialecticæ canones redigat, planè perdiscet, quam multiplici argumentationum segete sermo divinus exuberet, & consequenter quam necessaria sit ad eos discutiendos ratiocinatio, quæ in ipsis occultè textibus delitescit.

Secundo, *Ratio*, etiam intelligi potest quædam illatio discursus, quæ ex collatis inter se testimonijs, & in formam ratiocinij rectè compositis legitimè deducitur: nempe cum ex duobus textibus fit, quorum alter pro maiori propositione, alter pro minori ponitur: ex quò efficacissima conflat argumentatio, cuius formam observatam invenio à Roderico Dosma, lib. 3. *de auct. sacri. Script.* cap. 5. Sic de huiusmodi argumentatione Biblica scribente: *Procedit autem ita magna parte, vt binis Fidei axiomatis (id est expressis*

Script. textibus) *præmissis complexionem concludat valde fidei dogmatibus accedentem, &c.* In quâ sententiâ, totus est Franciscus Picus Mirandul. de *Fid. & Ord. Cred.* Theorem. 5. & 7. ac de syllogismo ex utraque præmissâ revelatâ; latè, & ingeniosè differit Manuel Calecas lib. 2. *Cont. Græc.* & in materia de *Fide*, complures scholastici.

Quin etiam ex eodem sæpe contextu similis efficitur ratiocinatio. quod observandum legis à Doctiss. Cardinali de Toledo, ad Ioann. cap. 6. annot. 25. vbi, cum celebrem de veritate Corporis Christi sub Eucharistia quæstionem versaret. post adducta SS. Patrum plura testimonia, sic pergit differere: *Sed accedunt rationes, & argumenta efficacia ex ipso Ioannis contextu sumpta.* Demum octo rationum argumentis ex ipsa contextuum discussione, ingeniosè formatis, controversiam omnem absolvit: quam differendi viam se fatetur secutorum Prolog. in lib. 1. de *Catal. sacr. Script.* Ioannes Dried. *Hunc* (inquit) *modum in omnibus libris servare conabimur, ut sententias, & conclusiones colligamus ex Scripturis Sacris.* Quas ille, ut promissit inde collectas productis textibus ratiocinando confirmat. Atque huc spectant omnia, quæ de argumentatione Biblicâ ex collatis inter se textibus præmissa sunt semit. 1. vestig. 4.

Tertio denique, poterit accipi, occulta etiam ratio, & causa, qua contextus ipsi constare probantur, vel sub sumptis ex eorundem sententiâ propositionibus: illæ quippe latentes causæ, atque rationes nascituram ex ipsarum collatione, ac ratiocinio argumentationem ostendunt, & operante dissertatoris ingenio foras emittunt: & quidem hac industriâ versandos esse sacros textus, arcane docuit S. Hieronymus, dum Procem. in *Epiſt. ad Ephes.* de Apostoli scriptis agens, id sacro interpreti curandum admonuit, quod & de quolibet divini Codicis Auctore univèrsim præcepisset, nempe: *Intelligere cur scripserit, qua sententiam suam ratione firmaverit, &c.* Si ergo discutendum est à Prælectore, qua ratione Canonicus Auctor, sententiam, mentemque suam scripto firmatam tradiderit, nulla id aptius methodo poterit assequi, quam ut ab inducto in argumentationem textu dicti rationem eruat, elicitamque in ratiocinij formam, modumque componat, quod bino illationis exemplo probat S. Hieronymus ad *Plat.* 103. v. 30.

Quod pro multis sapienter docuit *Oratoris Christi* doctus Præceptor Carolus Regius, lib. 6. cap. 29. §. 18. *Cum aliquid* (inquit) *è Scripturis offerimus, præsertim si difficultatem aliquam secum impertat. potest una, vel plures rationes afferri: cur hoc vel isto modo, & neq.*

alio dicatur; sive rationes ab ipsâ scripturâ decerpantur, sive ex SS. Patrum prompurijs: aut à nobis prudenter ex cogitata succiantur, & tales sint, quibus doctrina ipsius rationabilitas manifesta fiat, &c. Vides quo mentem ille suam omnem conferat, nempe ut suadeat, & evincat, adhibendas esse pro adducto in argumentum textu rationes, quibus doctrina ipsius rationabilitas manifesta fiat. Id est latentia in ipsis textibus rationum semina discursus ope, ac subsidio in lucem prodeant: quod satis superque à nobis ostensum semit. 1. vestig. 2. vbi de divini sermonis investigandis rationibus.

Nec id solum in Canonicis Scripturæ textibus, sed in SS. Patrum quoque testimonijs observandum docet pariter, & exequitur S. Anselmus tract. de *Sacram. Altar.* cap. 1. qui sumpto ab eorundem auctoritatibus argumentationis initio, totam ratiocinij molem extruxit, sic enim de allegatis à se Patribus scribit: *Sumpto inde argumentandi exordio, rationes quasdam ex Patrum sententijs sumptas capi invicem conferre, &c.* Scilicet testimoniis sententias argumentosè contulit, ex collatione ratio statim emicuit, atque ex eo argumentandi exordio, integrum ratiocinationis artificium emerfit; quod ipsum sacrum etiam dissertatorem admonuit Carolus Regius, *Orat. Carist.* lib. 6. cap. 23. *Diligenter* (inquit) *ex ipsis Patrum sententijs argumenta, & rationes eliciat, &c.*

Eapropter in adducendis Patrum testimonijs, ut iam supra notatum semit. 3. vestig. 10. apud consulit Cassiodorus, ea potissimè præferenda, quæ plus in se ratiocinij continere noscantur: sic ait divin. enim *Lect.* c. 24. *Quod dictū rationabiliter in tractatoribus probatissimis invenitur, hoc proculdubio credatur esse divinum.* Verè nam ex eiusmodi testimonijs, in quibus scintillæ rationis emicant, facilius, atque fecundius consari poterit argumentatio. Atque hæc tenus, ut reor, satis de triplici hoc ratiocinationis discrimine, quod in versandis sacris textibus, & ex Dialecticæ præscripto, in argumenti formam componendis invenitur: quorum, pro facilitate, atque usu, quod olim de Rhetoricis probationibus, Aristoteles *Rhet. ad Alexand.* cap. 7. id sibi

Prælector dictum existimet: *Opus est autem harum vnamquamque probationem intelligere qualis sit, & unde idonea insam verba abunde nobis suppetent, &c.*

(o)

VESTIGIVM III.

EXEMPLA INSTITVENDÆ

Biblicæ ratiocinationis.

Sic ut de re militari, quamquam sint tradita quaedam præcepta communia (inquit appositè Quintilianus, lib. 2. Instit. cap. 5.) magis tamen præderit scire, quàm Ducum quisque ratione, in quali loco, tempore sit vsus sapienter, aut contra; nam in omnibus ferè minus valent præcepta, quam experimenta. Sic & nos post tot spatium præindictas de argumentatione Biblicâ monitiones, prudentius ad SS. Patrum, velut optimorum Ducum exempla confugiemus, ut intuentes: *Qua quisque ratione, quali loco, & tempore sit vsus sapienter, eiusmodi argumentis, hac semitâ tutius progrediamur.*

Tum quod ad rem monēbat, Prolog. in libb. Topic. Bcëius, ut quod præceptis ostenditur exemplis multipliciter colluceat: siquidem (ait Sarisberienſis, lib. 7. Policrat. cap. 9.) *exemplis sæpe magis proficitur, quam præceptis.* Et unde potius exempla sumentur, quam à sacro sermone? Nam ut appositè S. Hilarius in Matth. cap. 12. *Sermo Dei dives est, & ad argumentum p̄sius intelligentia plurium de se exemplorum copiam præbet, &c.* En igitur exempla, que trinæ ratiocinationis acceptioni nuper indicatę respondent.

Primo, ex invento ratiocinio in iplo contextu, quod in plurimis Psalmorum locis exequitur Cassiodorus ex catenatis ipsorum textibus dialecticam argumentationem instituens, ut Psalm. 31. v. 11. Psalm. 41. v. 12. vbi etiam addit de Gentilium oratoribus loquens: *Vt evidenter appareat imitatores eos fuisse, non Auctores.* Hoc est, illos ex sacro sermone didicisse argumentationum artificium, quarum se Auctores fuisse gloriantur: iterum Psalm. 93. v. 9. & Psalm. 150. v. 5.

Item ex implicitâ in simplici testimonio argumentatione, qualis est Ioann. cap. 10. v. 41. quæ in ibidem Homil. 6. sic eruit Chrysostomus: *Vide quam certam affert consequentiam; Ioannes quidem nullum signum fecit; hic autem fecit: ergo huius excellentia ostenditur.* Sic etiam Euthymius: *Considera (inquit) quomodo inter se argumentantur: Ioannes quidem signum fecit nullum; hic autem multa:*

maior

maior ergo hic est illo, &c. Quod pariter adnotavit Hugo Cardin. Vide (ait) qualiter complicant Syllogismos indubitabiles, &c. Et non intactum reliquit Rupertus lib. 10. in Ioann. Iansenius Concord. cap. 93.

Similiter ad Rom. cap. 13. v. 12. sic arguit Apostolus: *Nox præcessit, dies autem appropinquavit; abijciamus ergo opera tenebrarum, &c.* Vbi statim argumentationem agnovit Cornelius, & alij: Sanctus vero Anselmus, rationem in ea latentem ostendit: *Minus enim (inquit) decorum est sub tempore novæ lucis opera veterum tenebrarum gerere, &c.* Vnde facile quivis poterit argumentum syllogisticè concinnare ex indicatâ ab Anselmo ratione in argumentatione Pauli: hunc in modum: *Indecorum est tempore novæ lucis opera veterum tenebrarum gerere: nox præcessit, dies autem appropinquavit: abijcienda ergo sunt opera tenebrarum.*

Argutè quoque Rupertus lib. 9. in Matth. ex Malachia cap. 3. v. 1. ita ratiocinatur pro firmando adventu Messia, præmissa Vatis testimonio, & in argumentationis formam distributo: *Nunc igitur quoniam, & nos discipuli sumus gratia Domini, & Dominus Iesus ad turbas loquitur de Ioanne, syllogismum amabilem perficiamus: proponit ipse Christus.* Hic est enim de quo scriptum est: *ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, &c.* Assumamus nos: *sequitur autem protinus in eodem Propheta, & statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis: Concludant omnes turba Christianorum: igitur iam non est expectandus alius: certissimè enim iam venit, qui expectabatur venturus Dominator, &c.* Sic ille satis Dialecticè.

Alterâ ratiocinij species est: cum ex productis textibus à disserente concinnatur argumentatio, iuncta simul ratione (licet aliquando illationis nota sileatur) eliciturquè dialecticè conclusio: talis est illa Christi Dom. adversus Sadducos Matth. cap. 22. v. 24. vbi cum Moſis testimonium obieciſſent ex lib. Deut. cap. 25. v. 5. ut argumentum è textu pariter institueret divinus Præceptor v. 31. aliam quoque Moſis auctoritatem induxit ex lib. Exod. cap. 3. v. 6. cuius mentem, atque virtutem ita calluit, & expressit Euthymius: *Quia illi Moſem abiecerunt, iam etiam Moſaica Scriptura eorum obcurat. Statim subdit post adductum Exodi textum, & considera rationem: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, non penitus mortuorum; nam si penitus mortui fuissent, dixisset ritiqu: Ego etiam Deus: nunc autem qua dixit: Ego sum Deus Abraham, &c. Ostendit quod eorum, qui resurrecturi erant; tamquam*

vbi

vivorum Deus esset. Quod argumentum ex textu deductum pari robore acriter virget S. Damascenus lib. 4. de Fide, cap. 28.

Et mirandum est in hac textuum collatione dominicæ argumentationis artificium: nam ut rationum ex ipsis testimonijs in adversariorum insidias efformaret, textus sæpe alios adductis contra se textibus opponerebat, quorum velut excollisione robustior argumentatio resultaret: sic Matth. cap. 4. v. 6. contra productum à Diabolo textum ex Psalm. 90. v. 11. alium quoque obiecit Christus Dom. v. 7. ex Deut. cap. 6. quod ad Matthei locum observat Abulensis quæst. 29. Respondit Iesus per Scripturam, maxime quia Diabolus hic arguebat, vel confirmabat intentionem suam per sacram Scripturam, &c. Quæ etiam arguendi methodo usus est idem divinus Magister, Matth. cap. 12. v. 3. ut ipse notat Abulensis, q. 10. ita præ alijs scribens: Accusatio enim facta contra discipulos insurgens ex radice Scripturæ, quasi agerent Discipuli contra præceptum Scripturæ: conveniens fuit ergo ostendi eis (nempe adversarijs) quod contra Scripturam non agebant, &c. Hoc est elicitum ex textu argumentatione probare, tunc opus fuit, nihil à Discipulis factum contra legem, ut allegato eiusdem præcepto de Sabbati observatione, calumniabantur Pharisei.

Extant & aliæ huius speciei similes argumentationes, in quibus præmissio textu, statim elicitur conclusio, prævia etiam illationis nota: qualis est illa Salvatoris Matth. cap. 19. v. 6. vbi proposito ex libro Genes. testimonio cap. 2. v. 24. illico Christus intulit; Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet: Item Marci cap. 21. v. 27. post textum inductum Exod. cap. 3. v. 6. statim concludit: vos ergo multum erratis. Paulus etiam ad Rom. cap. 10. v. 16. ex producto Isaiæ testimonio cap. 53. v. 1. mox elicit: ergo fides ex auditu: vbi rationem aptè subnotavit Anselmus, Quia ex eo, quod audivimus à Doctoribus. incipimus credere, &c. Eaque opportuna est argumenti ratiocinatio, quæ infert: ergo fides ex auditu, quod notat in loco per opportunè Cornelius.

Atque horum quidem ductu, suas etiam è textu argumentationes instituunt Vetustissimi Patres: exemplum sit Moyse Barcephas, qui 1. p. de Paradiso, cap. 1. cum diu ventilatam quæstionem discuteret, an Paradisus corporeus fuerit, an vero quid spiritale, ac solâ intelligentiâ perceptibile, ab ipso Moysi testimonio argumentum exorditur; Genes. cap. 2. v. 7. & 8. tumquæ sic argumentatur: Ex ijs quæ Moyses spiritu s. afflatus scripta reliquit, certum est Adamum corpus habuisse ex luto compactum: erat ergo

& locus ille, in quo ad corpus consistebat, corporeus, &c. En verò il ius argumentationem dialecticè confirmatam: Adam corporeus fuit, idem in Paradiso fuit collocatus: ergo & Paradisus fuit quoque corporeus. Cuius illatio huic Philosophiæ principio nititur: corporeum ex rei naturâ non nisi in corporeo locari posse; atque huiuscemodi quidem sunt omnes omnium Patrum argumentationes, quotquot ex propositis, & expensis Sacræ Scriptæ testimonijs in quosvis Fidei adversarios arguunt, disputant, fulminant.

Talis est & illa S. Iustini Martyris Dialog. cum Tryphon. vbi proposito duplici textu, altero Deut. 29. v. 1. altero Exod. 19. v. 16. ita Syllogizat. Scripturis iisdem prænuntiatum est, pacturum Deum aliud sedus præter id, quod in monte Horeb pepigerat: vetus testam. entum cum timore, tremoreque, acceperunt Patres vestri, ita ut nec audire quidem Deum valerent: ergo illud alterum Deus pollicitus est, non quale prius; sed tradendum sine pavore, & tremore, fulgentibusque. Vides optimam ex propositis textibus argumentationem huius secundæ speciei; cui similes alias in SS. Patrum scriptis passim invenies.

Tertia demum est argumentatio scrutans, & eruens ex ipso textu rationes, & causas asserti, qua nullam fortè potiorem invenias quam est illa Christi Dom. Matth. 19. cum insolubile Matrimonij vinculum affecturus contra Phariseos, primum, v. 5. testimonium adducit ex Genes. cap. 2. 24. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ; & erunt duo in carne una. Quod statim explicat optimus Magister v. 6. Itaque iam non sunt duo, sed una caro, conclusione mox elicit: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. In qua est argumentatione notandum, cauales particulas ut illam Moysi quamobrem, & istam à Christo vsurparam v. 5. propter hoc, latentes in se rationes, & causas includere quibus aptè vestigatis, & adhibitis, formandum, & vrgendum sit argumentum.

Et in isto quidem prudenter Euthymius illationem observat: Deinde (inquit) suam quoque infert sententiam: ait enim, quod ergo Deus coniunxit &c. Et clarius adhuc S. Thomas, ut exactè scholasticus, artificium omne dilucidat, ita scribens: primo assumit verba Scripturæ; secundo dicit, quomodo ad propositum facit: tertio principale propositum concludit &c. Illationes expressit Iansenius, Concord. cap. 96. Ex hac (inquit) Scripturâ infert Dominus primo, unam conclusionem quæ est illorum verborum interpretatio Itaque iam non sunt duo &c. Postmodum addit: Infert deinde Dominus, & alteram conclusionem principalem, quæ respondet ad quæstionem Phariseorum; quod Deus coniunxit, &c. Hactenus ille. Quod.

Quod verbū ad rationes attinet in producto textu latentes, ex eoquē sapienter eliciendas, ita notat S. Chryostomus ibid. Homil. 63. *Considerandum autem est, quia non auctoritate solum Scriptura, verum etiam rerum dignitate sententiam suam corroborat, &c.* Quam ille prudentissimam rationem ex ipsa rerum dignitate, merito, decoro, atque honestate natam aptè persequitur: & mox aliam subiungit: *Quemadmodum igitur scelus est, in duo dividere unam carnem, sic & mulierem à viro suo diripere, iniquissimum est, &c.* Et hanc etiam validissimam rationem ipsi naturæ penitus inditam, acriter vrget Chryostomus, & alias pariter eo loci congerunt interpretes S. Anselmus, S. Thomas, Iansenius, ibi, Abulensis quæst. 20. Rupertus lib. 2. in Genes. cap. 34. easquē vsque ad septem extulit Salmeron, tom. 8. tract. 48.

Ideò divinus idem Præceptor Sadducæos Pentateuchi volumina recipientes, scriptorum tamen eius mentem, rationemquē ignorantes simili argumentatione percellit, Marc. cap. 12. v. 24. hanc præmittens assertionem: *Erratis non scientes Scripturas, neque virtutem Dei.* Illico testimonium inducit ex lib. Exod. cap. 3. v. 6. cui hanc explicationem subdit Iesus v. 27. *Non est Deus mortuorum, sed vivorum.* Sadducæi enim animas post obitum superesse negabant: statimquē conclusionem elicit: *Vos ergo multum erratis:* quod opportunè docuit Simon de Cassia, lib. 1. cap. 52. *Præterea (inquit) intulit vos multum erratis, non intelligendo scriptura veritatem, aut malè interpretando, &c.* Haud aliter Philippus Abbas tract. de Silent. Cleric. cap. 90. *Nescientes in Scripturis, cuiusmodi veritas prædicetur, &c.* Theophylactus ita: *Ignoratis Scriptura mentem, sed & Scriptura virtutem ignoratis, &c.* Adde his Caietanum, & belle omnes.

Nam nisi ratio, & rursus causæ testimonijs inditæ penitus intelligatur, nec latens in ipsis veritas capi poterit; quæ non aliam quam ipsa ratione velut à radice prægerminat, *quam non intelligendo, aut malè interpretando,* vitari necesse est: propterea quod ignores, *in Scripturis cuiusmodi veritas prædicetur:* ergo si nescias *Scriptura mentem, & virtutem,* quo, precor, modo rationem eius, & velut animam, quæ rationis operatrix est, assequi, ac tenere valebis, vt ex ea rectè capta *Virtutem* argumentis inspicias, & infundas? Et hoc planè vitium Sadducæorum in quæstione de fœminâ septiviva fraudulentè ab ipsis conficta, vt plurimum ibi sensus est, detexit, & catpfit Teriulianus lib. de Monogam. cap. 7. pravam illorum intelligentiam de legis præcepto suggillans: *Intelligere debent primò rationem ipsius præcepti, & ita sciunt illam rationem iam cessantem ex*

eis esse, quæ evacuata sunt legis. Tantum mali est, & ignorantia: in adductis testimonijs rationem non calluisse, vnde conflanda, & vrghenda sit argumentatio, quam proinde vt ineptam, & frivolam in Sadducæis meritò Christus Dom, accusat disertè concludens: *Vos ergo multum erratis, &c.*

Ergo qui errare nolit, rationes ipsis testimonijs insitas sapienter expendat, expensas eliciat, elicitasquē in Dialecticæ argumentationis speciem artificiosè componat quod argutè factum à Sacris Interpretibus, quorum carne vnum, aut alterum exemplar: sit Theophylactus ad Lucæ cap. 12. v. 33. Christi sententiam edificans de divitiarum contemptu, & elemosynæ largitate: *Persuadet (ait ille) nobis rationibus, quibus contradicere non possumus: in hac enim vrbè, inquit, tinea corrumpit; in cælis autem non sic: non ergo insipientis esset, colligere thesauros in loco, in quo corrumpuntur?*

Artificiosam quoque Christi defensionem ad obiectas à Pharisæis calumnias ingeniosè scrutatur, & in lucem eruit Rupertus lib. 8. in Ioann. notæ sunt illæ cap. 8. v. 13. & Assertoris responsio v. 14. audi nunc disertum Scriptorem: *Duas propositiuncias, quas veluti invicem repugnantes, & in eodem simul esse non valentes, male in affirmationem, vel negationem diviserant dicendo: Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum: Hic verax sui defensor, & mendacium correptor componit. & in vnam redigit assertivam propositionem dicendo: Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est: statimquē subiuncta ratione id ipsum comprobatur dum dicit, quia scio vnde veni, & quo vado; quæ ratione sicut veritatem testimonijs sui cõfirmat sic per oppositum eius, id est per hoc quod subsequitur: Vos autem nescitis vnde veni, & quò vado: falsitatem eorum, qui hoc ipsum testimonium suum reprobabant, oppugnant. Sic Rupertus, & quid ex dialecticæ regulis acutius, & elegantius?*

Et huiusmodi quidem erant omnes Christi Domini argumentationes, in quibus rationum flammæ divinitus emicarent, quas propterea diligenti ratiocinijs discussionem penetrandas inuit eodem libro, postmodum, Auctor idem ingeniosus: *Hoc in Domino nostro præcunctis hominibus mirandum est (inquit) quia nunquam ulli adversariorum ex opposito repente occurrat; sed semper adversarios à longe rationum circumlat agminibus, quas eumpere nullius astutia possit, si ut in præsentis disputatione diligentius considerari luce clarius sit, &c.* Sic ille ad eam cum Pharisæis disputationem Ioann. 8. v. 44.

Addam pro coronide, ad conflandam, & perficiendam ex

inductis textibus argumentationem, eprimam sanè Canonem, quem in regulis intelligendi Sacram Scripturam retulit Franciscus Ruiz, reg. 8. ita conceptum: *Ex verbis sensum sequamur; & ex sensu, rationem; & ex ratione, veritatem apprehendamus.* Quod ille sumpsit ex S. Hilario lib. 5. de Trinit. in omni autem eius contextu, si curiosè dispiciatur, eximium Biblicæ argumentationis exemplar elucet.

Totus erit in eo S. Doctor, ut probaret æterni Patris verbum verum esse eum Patre Deum: quod ut conficeret, illud numinis alloquium præmisit Genes. cap. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Ex quo tum sic differere aggreditur: *Verba sensum enuntiant, sensus rationis motus, rationis motum veritas incitat.* Ecce totum ratiocinii perspicax artificium: subdit statim: *Ex verbis igitur sensum sequamur, ex sensu rationem intelligamus, & ex ratione veritatem apprehendamus.* Habes inibi Scripturæ testimonium, in cuius discussione singulas huius documenti partes ad opus, & præxim aptatas vides.

Primo ipsa textûs verba, quæ satis apertè sensum enuntiant: *Nam sine dubio* (pergit Hilarius) *dictum hoc ex affectu, sensuquè dicentis est.* Ecce sententia verborum, ut *ex verbis sensum sequamur, & ex sensu, rationem intelligamus.* Illam statim aperit S. Doctor sic argutè subinferens: *Ergo qui dicit faciamus, significat secum ad faciendum nõ dissentientem, non alienū, non infirmum, sed qui potens sit ad id vnde* (hoc est, de quò) *est sermo faciendum: hoc ergo sine dubio sensisse, qui loquitur, quia id locutus est, intelligendus est.* Cernis quam acriter, & ingeniosè doctus Pater ex intellecto verborum sensu rationem urgeat, ut & nos Biblicè arguendo *sequamur ex sensu rationem.*

Sola superest veritas huius nempe argumentationis fructus, & scopus: *Vt ex ratione veritatem apprehendamus:* hæc ergo sic in apertum educit Hilarius, *vt plenior autem natura, atque operationis veritas doceretur, qui sensum suum per verba eloquebatur, sensus quoque rationem ex natura cum veritate subiecit dicens.* Ad imaginem, & similitudinem nostram. Vnde concludit ingeniosè disertissimus Pater: *Tenuit ergo sermo divinus rationem veritatis in dictis, quam opus explicabat in factis, vt hominem ad Imaginem Dei Deus figuraret, vt Deum significaret, nec veritatem Deo adimeret.* &c.

Sic ingeniosè Hilarius propositam de divinitate verbi assertionem ex præmisso Genes. testimonio, ratiocinando firmavit, ubi acutam pariter, & artificiosam Biblicæ argumentationis ideam,

ac

ac veluti paradigma monstravit, in quo testimonij sensus præcedit, sensum consequitur ratio, ex ratione veritas ratiocinio deducta tandem elucet, vt & qui similem arguendi formam exactè discere velimus: *Ex verbis sensum sequamur, ex sensu rationem intelligamus, & ex ratione veritatem apprehendamus.*

VESTIGIVM IV. DE RATIONE ADHIBENDA quædam SS. Patrum præceptionis.

FORsan ob ea, quæ rationum vsu in Biblica dissertatione toties ante præmissas, aliquis supra modum ingeniosus illico suspicabitur; ad excogitandam (ne dicam comminiscendam) nimis subtiliter rationem ex vivo plusquam satis acumine in Sacra Scripturæ discussione, id sibi licere, quod & in alijs dialecticorum argutijs, & vanis exilitatibus; sed frænandum tamen huiusmodi acumen est, & intra solidæ, veræquæ rationis metas coercendum, ne sibi fors eveniat quod & de quibusdam investigandæ subtilius rationi, supra quam par est inhærentibus, prudenter cavet Sanctus Gregorius lib. 16. Moral. cap. 27. *Quia vero* (inquit) *humana mens perscrutari non valet divina secreta, omne quod ratione perscrutari non possunt, credere contemunt, & per inquisitionem nimiam in errore labuntur.* O caveat hanc ruinam prudens Prælector, quod vt sibi suadeat, legat, precor, prehendam, & fervet quas cohibendæ rationum subtilitati habenas iniiciunt cautissimi monitores.

In primis gentium Doctor Paulus adversus inanes has argutias suum ita differendi modum insinuat, 2. ad Corinth. cap. 10. v. 4. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, &c.* Vbi pro re S. Anselmus sic explicat: *Id est secularium doctrinarum, & argumentorum.* Similiter Interpretes alij, quorum sententiam his expressit Cornelius: *Munitiones vocat omnes rationes syllogisticas, sophismata, eloquentiam, virtutes Philosophicas &c.* Sed præcunctis Apostoli mentem S. Chrysostomus tom. 5. Homil. Contra Anomæos. luculenter exponit: *Nos quoque* (inquit) *voluimus vobis, nihil ex rationibus dicturos.* Nota enim arma non

H h h

c r a

carnalia, sed spiritualia destruentia rationes, &c. *Preceptum nobis est, ut eas demoliamur, non extruamus; imperatum nobis est, ut eas dissolvamus, non armemus: rationes enim mortalium timida sunt.* Sic ille indicato sapient. textu cap. 9. v. 14. videas & alia, quæ subdit.

Rursum idem Apostolus ad Rom. cap. 12. v. 6. varia gratiarum munera percensens: *Habentes (ait inter alia) sive Prophetiam secundum rationem fidei, &c. Quod aptissimè commentatur Salmeron tom. 8. tract. 2. loco 6. prophetiam (inquit) hoc est donum Spiritus Sancti ad Sacros Scripturæ libros interpretandos, secundum rationem fidei, id est ne sacris literis exponendis acumen humani ingenij consulat, sed eas iuxta fidem à maioribus acceptam exponat, &c.* Ea fuit tanti Præceptoris censura contra vanas istas rationum subtilitates utroque loco satis expressè, cui succedunt sacri Doctores.

S. Augustinus Epist. 7. si enim (ait) ratio contra divinarum Scripturarum auctoritatem reddatur quantumlibet acuta sit, fallit verisimilitudine, nam vera esse non potest. Et prudenter ille noverat hanc humanæ mentis audaciam, cum ita rescriptit ad Optatum Epist. 157. *Vbi res naturaliter obscura vestrum modulum vincit, & aperte divina Scriptura non subenit, temerè aliquid definire humana conjectura presumat.* Ideo dum nulla in sacro textu, pro dirimendâ questione, testimonia succurrunt; cunctanter potius quam fidenter ratiocinandum monet Epist. 222. cui temeritati frænandæ plura simul obiecit lib. de Genes. imperfect. cap. 1. & de Genes. ad Litter. lib. 1. cap. 20. & 21.

Idem in Enchirid. cap. 4. *Hæc (inquit) sunt defendenda ratio, quæ vel à sensibus corporis inchoata, vel ab intelligentiâ mentis inventa; quæ autem nec corporeo sensu, nec mente assequi volumus, aut valemus, eis sine vlla dubitatione credenda sunt testibus à quibus ea, quæ divina vocari iam meruit Scriptura, confecta est, &c.* Cavè igitur irrisu discutiendis utendum ratione; atque his paria tradit lib. 3. de Doctr. Ch. ist. cap. 28. & alibi non semel.

S. Cyrillus Alexandr. Prolog. comment. in Ioann. ita præmonet: *Non enim illis, qui temeraria investigatione, humani què potius rationibus, quam auctoritate Scripturæ gaudent, gratia spiritus, sed simplicioribus veritatem insunt mentibus, quæ cavillationibus nullis studentes, non parva cum veneratione dextrum, atque regium iter sequuntur, &c.* Iterumquè lib. 2. cap. 64. sic adversariis allocutus: *Non rationibus vestris inanibus, atque frivolis nos Scripturæ sensum investigamus, sed sacras sequentes literas altius universa scrutamur, &c.*

S.

S. Iustinus Martyr, in Confut. Dogmat. Aristotel. illos iure, ac sapienter irridet: *Qui contemptis Prophetarum eloquijs, ut fide earentibus (quod ipsi stultè suspicati sunt) proprijs ratiocinationibus commiserunt, vestigationem Dei notitia, &c.* Et hanc pariter audaciam in Apollinario damnabat Sanctus Basilius Epist. 68. ita de ipsius scriptis sententiam ferens: *Sunt verò quæ scribit etiam ad Theologiam pertinentia: non ex Scriptura probationibus, sed ex humanis argumentis ad structionem habentia, &c.* O malum adstruendæ sacre veritatis fundamentum!

Utique pariter consonat S. Chrysostomus Homil. 2. in Genes. super Moysi narratione de Mundi opificio: *Ita auscultemus (inquit) ita nostris rationibus longum valere dicamus.* Subdit statim: *Rationes enim hominum timenda sunt, & parum secure ad inventiones eorum, &c.* Rursumquè in Psalm. 115. sic differit: *Quando ergo est aliquid magnum, & quod cogitationem, & rationem superat, oportet eam assumere (nempe colligere, atque contrahere) & non consequentia humana res examinare.* Postmodum addit: *Qui enim contendit rationibus res Dei invenire, nequam eum gloria afficit, ut qui rationum suarum humilitati velit inaffabilia eius Oeconomia consilia subycere, &c.* Sic ille, videndus etiam Homil. in Psalm. 139.

Cui harmonicè concinit sacer ille Poëta apud Zachariam Episc. Chrysolit. in unum ex quatuor. cap. 178.

*Divinum factum non est mirabile multum,
Si ratione capi queat, aut ratione probari;
Nec Fidei meritis est congrua vis rationis.*

S. Vigilus Episcop. Trident. disput. de Christo Dom. & Fide Trinit. Sic Arianum aggreditur, de æternâ verbi generatione loquens: *Vide in quantum laboris amentia, ut divine nativitatis arcanum, nec superius quidem virtutibus cognitum philosophicis rationibus investigare magis quam Fidei veneratione (hoc est Scripturarum auctoritate) posse conspici arbitreris.* Satinquè pergit factò à creaturarum cognitione, argumento: *Tu Creatorem earum, quibus multe mirabilius præstat, questione discaris, circumscriptis argumento, indignis, & prophanis rationibus vulgas?* Videas, & alia, quæ ad rem persequitur: necnon & lib. 5. Contr. Eutychem.

H h h 2

Eu-

Eusebius Cæsariens. lib. 5. *Hist. Eccles.* cap. 27. quosdam impiè subtiles Hæreticorum disputatores merito coarguit, ita scribens: *Christum ignorarunt, neque quid sacra, & divina litera de illo dicant, conquisiverunt; sed quemam syll. gisini figura ad suam impietatem confirmandam reperiretur, studiosè indagarunt.* Et horum quoque meminit Nicephorus *Hist. Eccles.* lib. 4. cap. 21. sed eiusmodi Syllogismorum argutias merito respuunt, & à Sacræ Scripturæ tractatione, veræquè discussione Theologiæ rejiciunt Sacri Doctores: S. Epiphani *Hæres.* 76. ad caput 7. Actijs: S. August. lib. 15. *de Trinit.* cap. 20. & Epist. 56. Cyrillus Hierosol. *Cateches.* 17. S. Gregor. Nazianz. orat. 35. & 37. S. Hieronym. libr. *advers. Helvid.* S. Bernard. Epist. 190. & serm. 3. *Pentecost.* S. Hilarius lib. 3. & 4. *de Trinitat.* S. Anselmus. lib. *de Incarnat.* cap. 2. Petrus Damian. opusc. 36. cap. 10. S. Bruno, serm. 1. *de Trinitat.* S. Bonaventura, Prolog. *in lib. sent.* quæst. 2. ad 6. Lactantius lib. 3. *Divin. Instit.* cap. 13. Abulensis, *ad Matthæ.* cap. 22. quæst. 205.

Horum autem omnium mentem, atque sententiam brevi monitione compexus est Didacus Valades *Rhet. Christ.* part. 2. cap. 21. ita de sacro Dissertatore fatus: *advertendum tamen ne sacris literis exponendis humani acumen ingenij, aut natura vim, rationemquè sequatur, sed ea in iuxta fidem à maioribus acceptam, & huius Fidei proportionali rationem interpretetur.* Idquè documentum ab antiquis etiam Patribus traditum, tanti fecit S. Anselmus, ut propriæ ratiocinationi se filium non esse fateatur, nisi Patrum auctoritate firmetur: sic enim scribit lib. 1. Epist. 68. de quadam in suo *Monologio* sententiâ: *Nulla mihi ratio mea, quantumlibet videtur necessaria, persuasset, ut primus dicere præsumerem: ea enim ipsa sic B. Augustinus in lib. de Trinitate, suis magnis disputationibus probat, &c.*

Quo demum & quali temperamento, ac moderatione ratio se gerere debeat erga Sacri Codicis discussionem, univèrsim admonent multi: Carthusian. *in cap. 1. Genes.* art. 6. & lib. 1. *Summ.* art. 1. n. 5. Cantapetrensi. lib. 10. *Hypot. Regul.* 33. Salmeron. tom. 8. tract. 2. § *In usu.* Gilijus lib. 1. tract. 7. c. p. 16. D. Sma. lib. 1. *de Aucto.* s. 8. ript. cap. 6. Vazq. *in 1. disp.* 3. cap. 1. & 4. & disp. 12. cap. 3. F. solus ibid. ad art. 8. 1. quæst. dub. 7. Valentia *disp.* 1. q. 1. punct. 5. §. 4. & lib. 8. *Analys.* cap. 5. docum. 6. Cano lib. 9. *de Leois,* cap. 7. & sequent. qui, & lib. 8. cap. 1. ita cautè præmonuerat:

Mi-

Miseram esse scholæ doctrinam, quæ detractâ Scripturæ Sacræ auctoritate syllogismis contortis de rebus divinis philosophatur. In quam mentem, & casu subiungit opportuna.

FREQVENTIORES Biblicarum argumentationum species, ac formas aperit

SEMITA VI.

Multam illam, ac variam argumentationum suppellectilem, quam Rhetores, & Dialectici iactant, atque in pretio, & usu habent, non est animus modo, aut locus vsque ad fastidium excoercere, ac replicare: nam, ut optimè Alcuinus *Dialog. de Rhet.* ubi de argumentatione differere instituit: *Tam grandis est argumentorum silva, ut vix sub brevitate aliquid aperiri possit.* Ergo satis, si potissima Biblicæ dissertationis capita, quæ ex arguendi facultate detumi possunt, veluti quosdam viarum indices ostendamus: *Nec enim nunc id agimus* (dicam cum Tullio lib. 2. *de Orat.* cap. 13.) *ut artem aliquam dicendi* (seu quod ad rem attinet, argumentandi) *explicemus sed ut doctissimis hominibus usus nostri, quadam quasi monita tradamus.* Quod ideò tibi vtilius faciã, quoniam ut me monuit Petrus Damian. opusc. 2. *Nolui te prolixis argumentorum distinctionibus onerare,* sicut & se prudenter fecisse testatus est Doct. Iacobus Perez lib. 3. *de Sacra. ration. concion.* cap. 1. cum de argumentatione tractationem aggressus, ita præmisit: *Eace, Lector, huiusmodi generis argumentandi usum: quamvis primas tantum in hac calineas duximus; non enim est instituti nostri res ipsas seridè tractare sed tractandi modum solum aperire.* Sic ille: tantum igitur quosdam equidem argumentationum species, quarum in sacro sermone inveniuntur exempla, cursim indicare pergam, ex utraque Rhetorum, ac Dialecticorum scholâ: *Vnde* (ut aptè Alcuinus lib. *de sept. Artib.* cap. 2.) *nunc aliqua breviter assumemus, ut nonnullis partibus indicatis penè totius artis ipsius summam virtutemquè intelligere debeamus.* Ergo cum Cantapetrensi Procem. *Hypotypos.* lib. 8. *Strictim sem totam adumbrare conaber: doctiorum, & magis in divinis Scripturis*

exercitatorum erunt partes, nativos colores inducere. Denique, quod ad argumentationum exempla pertinet, fatemur equidem quod de Topicis, Aristotel. lib. 1. cap. 1. Omnino sufficiens, secundum propositam methodum, esse ducentes, aliquovis modo vnumquodque ipsorum posse cognoscere. Hæc igitur satis erunt: desino.

VESTIGIVM I.

QVOTVPLEX SIT ARGV- mentatio Biblica?

EX veterum olim oratorum præscripto, lib. 1. de Invent. sic univ-
ersim statuit Tullius: *Omnis argumentatio aut per inductio-
nem tractanda est, aut per ratiocinationem.* Cuius de sententiâ
ita Quintilianus lib. 5. Instit. cap. 11. Idem (inquit) omnem argu-
mentationem dividit in duas partes, inductionem, & rationem, ut plerum-
que Græcorum, &c. In quibus est pro multis Aristoteles lib. 1. Topic.
cap. 10. lib. 1. Ethic. cap. 3. & lib. 1. Posterior. cap. 1. atque hanc
etiam divisionem aperte constituunt Sacri Scriptores, Beætius, de
Different. Topic. lib. 2. S. Isidorus lib. 2. Etymol. cap. 9. Cassiodorus
lib. de Rhet. & de Dialect. Alcuinus lib. de Sept. Artib. cap. 2. & Dia-
log. de Rhetor. Vincentius Bellocens. Specul. Doctrin. lib. 3. cap.
45. & 59. S. Paschasius lib. 5. in Matth. Ludovicus Granat. in Rhet.
Eccles. lib. 2. cap. 9. Carolus Regius Orat. Christ. lib. 6. cap. 30. cu-
ius hæc sapiens, & vera observatio est, cum varias argumentorum
formas, & expolitiones recenseret: *Inter quas (inquit) ratiocina-
tio, & inductio præcipuum locum habent, imo ad eas omnes alia comma-
de referri possunt.* Sic ille: mox de singulis ego.

Ac de inductione primum, quam ita definit Tullius, de Invent.
lib. 1. *Inductio est oratio, quæ rebus non dubijs captat assensionem.* Non
multo aliter ceteri ex indicatis Auctores; sed quædam tamen ad-
dunt ad huius definitionis lucem percommoda: S. Isidorus: *Quæ
rebus non dubijs captat assensionem eius, cui instituta est.* Cassiodorus,
Rhet. ita: *Quæ captat assensionem eius, cum quod instituta est.* Alcu-
nus, lib. de Sept. Artib. cap. 2. *Quæ captat assensionem ei, cum quod in-
stituta est.* Et in Dial. de Rhet. adhuc argutius: *Est oratio, quæ per
certas res quadam incerta probat, & nolentem ducit in assensionem.*

De

De inductione si plura velis, quorum notitiâ reliquas ipsius pro-
prietates ad eiusmodi Biblicam argumentationem transferre pos-
sis: videnti sunt præter nuper indicatos, Aristoteles lib. 2. Prior.
cap. 23. S. Thomas in lib. 1. Posterior. lect. 1. Iacobus Valades Rhet.
Christ. part. 6. cap. 10. Arriaga Rhet. Christ. part. 3. cap. 10. & 15.
Paulus Vallius, *Introduct. Logic.* part. 3. cap. 2. qui omnes de indu-
ctione plura tradunt satis vtilia: quidquid contra ipsam ineptè co-
natus olim sit Sextus Empiricus lib. 2. Hypotyp. cap. 15.

Atque ut ad Biblica transeamus, aptum inductionis exemplar
observat S. Paschasius lib. 5. in Matth. ex illa Centurionis oratione,
qua Christum Dom. allocutus est. cap. 8. v. 9. *Nam & ego homo
sum sub potestate constitutus, &c.* Quâ super ita commentatur diser-
tè Centurione locutus: *Ut perfectus Orator, aut Philosophus inducit
exemplum, quo animum pissimi iudicis ex eff. ij sui qualitate moveat ad
effectum.* Mox addit: *Facit enim hic noster Philosophus inductionem
comparationis à minori, ad maiorem.* Demum concludit *Nam omnis,
ut aiunt, argumentatio duobus fit modis; aut per inductionem, aut per
ratiocinationem; sed inductio ab aliquibus sæculi sapientibus sensim per
exemplum studet (ut hic noster Orator) animum iudicis permovere ad
effectum.* Quid luculentius?

Nec minus appositum notat exemplum Ludovicus Granat.
lib. 2. Rhet. Eccles. cap. 9. ex 1 Machab. cap. 2. à v. 51. quod sic ap-
ponit de inductione loquens: *Hoc eodem modo argumentamur, cum
plura exempla, quæ idem efficiunt, congerimus; sic Mathathias Machabæo-
rum Pater morti proximus, filios suos ad religionis, & iustitiæ defensionem
heriatus est, prepositis Abrahæ. Ioseph, &c. Atque Danielis exemplis.*
Horum alia producit ex sanctis Ecclesiæ Doct. tribus: & hanc
quoque inductionem ex eodem Machab. loco signavit Arriaga,
Rhet. Christ. part. 2. cap. 34.

Similiter Carolus Regius Orat. Christ. lib. 6. cap. 30. ex Paulo
ad Rom. 8. v. 35. & ex 1. ad Corinth. cap. 9. v. 7. & ex sanctis etiam
Patribus argumentationes observat ab inductione, alias quoque ex
eisdem Nicolaus Causinus Paral. lib. 4. cap. 56. & lib. 6. cap. 25.
Doct. Iacobus Perez lib. 3. de Sacra. Rat. Concion. cap. 1. ex Ec-
clesiast. cap. 44. vsque ad 50. & ex toto cap. 11. ad Hebr. Biblicas
etiam inductiones adnotavit: quibus & Arriaga Rhet. Christ. part. 3.
cap. 15. illam ex Ecclesiastico notans appellat: *Huius argumentatio-
nis exemplum insigne, &c.*

Alterâ vero argumentationis pars, est *Ratiocinatio*; potissima
illa quidem non Oratoribus tantum, sed inter cuiuslibet facultatis

differtatores: eam Tullius lib. 1. de Invent. ita describit: *Est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens quod expostum, & per se cognitum sua se vi, & ratione confirmat*. De qua fuit Quintilianus lib. 7 Instit. cap. 9. atque his affirma sunt, quæ semit. 1. vestig. 5. §. 4. ex ratiocinatione ostendimus.

Ex Sacris autem Scriptoribus, ita S. Augustinus lib. de *inmorte animi* cap. 1. *Est enim recta ratiocinatio à certis ad incertorum inagnationem nit. ns cogitatio*. Ex quò S. Isidorus lib. 1. Different. lit. R. rursus S. Augustinus lib. 1. de *Quant. Anim.* cap. 27. æquè breviter, ac dilucidè; *Ratiocinando aut. m est rationis inquisitio*: & lib. de *spirit. & Anim.* cap. 1. Propius ad oratorum mentem lib. *Rhet.* Cassiodorus: *Est oratio qua id. de quo est quaestio, comprobamus*. Similiter Alcuinus lib. de *Sept. Artib.* cap. 2. expressit ad verbum S. Isidorus lib. 2. *Erymol.* cap. 9. Vincentius Bellovac. *Specul. Doct.* lib. 3. cap. 105. vide Robertum Balforem in lib. 1. *Topic. Aristotel.* c. p. 1. tex. 2:

Vt ergo ratiocinationem in Sacre. Script. st. vlc. studio. & tractatione constituas, præmittendum est: quod apè docet, ac probat Machin in 1. part. disp. 2. se & 2. coroll. 1. *Illam partem Theologia, qua versatur in interpretandâ Sacra Scripturâ esse scientiam, si sensus Sacra Scriptura elicitur per legitimam consequentiam, & discursum. modo, quò à nobis scientia affirmatur, &c.* Quod etiam expressè tucetur Navarrete tom. 1. *controv.* 6. & ad 1. p. S. Thomæ q. 1. art. 2. sic ho'asticorum nonnulli; Molina disp. 1. §. *Secundo* Vazquez, disp. 5. cap. 2. n. 2. qui sic ex Bassoli sententiâ: atque hunc esse voluit Theologiæ habitum Ariminensis in *Prol. lib. Sent.* q. 1. art. 4. conclus. 4. *Quo quis novit sensum Scriptura, & unum dictum exponere, & probare per aliud: necnon & ex eius dictis alia deducere, quæ non formaliter continentur in ea &c.* Pro quo videndus iterum quæst. 2. art. 2. & Durandus ibid. q. 2. & 3. Alensis 1. p. *Summ.* q. 1. memb. 1. & 4.

Vnde plâne deducas, quæ germane, & necessaria sit *Ratiocinatio*, ad Sacrae paginæ studium, & Biblicæ controversiæ discussionem, quæ nisi hoc ratiocinij ministerio perfici ex: & non potest: quin & ratiocinandi formam, ac methodum præstet ipse divinus sermo, vt notavit appositè Salmeron Proleg. 8. *Firmissima (inquit) est Scriptura, & certissimas rationes probandi quodcumque velit suppeditat: etiam si quæ tradit, minime prober, &c.* Ad eò & in ipsius quoque numinis stylo hanc arguendi velut speciem indicat David Psalm 93. v. 11. ita rogans: *Qui corrumpit gentes non arguet, qui docet homines scientiam? Vt exp. nit ad rem Genebrardus: Nonne arguet? Id est argumentabitur: rerum, & causarum merit peritus ad disse-*

ten-

rendum de qualibet re? M x Hebrææ vocis significatum aperient, quæ pro arguet subest in origine, illum esse germanè, notat: *Non tantum inirepare, sed & differere, argumentari, ratiocinari, scientiam esse rerum, & causarum vt arguere apud Latinos, &c.* Quod & simili voce in alijs Sacri Codici: textibus æstatim evincit, & eodem *Ratiocinandi* verbo ibi observat Agellius.

Hinc illæ veniunt notationes, quas ad rem aptissimas in Sacris Scriptoribus passim invenias: Cano lib. 9. de *Locis*, c. 4. 8. & 9. plura producit, & expedit à *ratiocinatione* divini sermonis exempla quædam Carolus Regius *Orat. Christ.* lib. 6. cap. 30. Quantum illa proffit ad Sacrae Scripturæ discussionem notavit De Luna lib. 3. de *Auct. Sacra. Script.* cap. 1. Salmeron tom. 8. tract. 2. loco 3. Ex quibusdam quoque textibus sacri sermonis integram, absolutamquè omni ex parte *Ratiocinationem* institui posse, monuit Doct. Iacobus Perez lib. 3. de *Sacra. Rat. Conc.* c. p. 1. & 2. Carolus Regius lib. 8. cap. 1. eamquè consulendam ad divini textus intelligentiam docet Valentia in 1. p. disp. 1. quæst. 1. punct. 5. §. 3. & 4. & lib. *Analys.* cap. 5. punct. 5. sic illi de *ratiocinatione* Biblica differunt, de qua nos ex alijs quædam dedimus pro quæstionibus ex illatione dialecticâ fulcitaris 1. part. Præmonit. 14. §. 8. & rursus semita 2. vestig. 6.

Tandem gemina hæc argumentationis divisio, *inductio* videlicet & *ratiocinatio*, iterum tibi facile persuadet, quam vera, & germana sint, quæ de duplici tantum argumentandi sede, ab *auctoritate* nempe, atque *ratione* præmilimus semit. 2. vestig. 3. etenim *inductio*, eadem ipsa est, quæ argumentatio ab *auctoritate* seu quod idem est ab *exemplo*, quod proprium inductionis est, vt docent Cassiodorus in *Dialect.* cap. de *Topicis*, & B. èrius de *Different. Topicis*, lib. 2. *Exemplum* (inquit) *inductioni simili ratione copulatur*.

Idquè ab auctoritate pendere Rhetorum sententia est, quam sic expressit Tullius de *invent.* lib. 1. *Exemplum est quod rem auctoritate, aut casu alicuius hominis, aut negotij confirmat, aut infirmat, &c.* Iterumquè lib. 4. ad *Heren.* inculcat.



VESTIGIVM II. SYLLOGISMVS.

PRior, ac potissima species argumentationis, est syllogismus, ut qui vim omnem ratiocinationis includat, atque complectitur, quod præ multis docuit Clemens Alexand. lib. 3. *Stromat. c. 1. concludere (ait) ex ijs, quæ quis cunsitetur, est ratiocinari, seu syllogismum conficere.* Imò & eundem ab antiquis absolute ratiocinationem uere nominatum ex Tullij sententiâ retulit Quintilianus, lib. 5. *Instit. cap. 16. Et ille (inquit) nomen hoc ratiocinatio duxisse magis à syllogismo videtur; nam & statum syllogisticum ratiocinativum appellat, &c.* Quod etiam in *Dialect.* Cassiodorus cap. de *Loc. Rhet.* Vincentius Bellovac. *Spec. Doctr. lib. 3. cap. 104.* qui communis etiam Rhetorum, & Dialecticorum sensus est. Et huius quidem speciem in sacro quoque sermone reperiri, non aliter, suspicor, tibi melius ostendam, quam indicatis quibusdam ipsius exemplis (queris enim omnia?) quæ doctissimi Patres in divinæ paginæ volutatione sapienter observarunt, ut ex præmonstrato sacro hoc syllogizandi paradiamate, suos etiam syllogismos eruditus Prælector noscat, & valeat, cum opus sit, efformare.

Est igitur in primis syllogismus, qui sacris ex textibus constari potest (ut potè qui scriptis constat, & nitatur testimonijs illi per omnia compar, & germanus, qui apud veteres olim Rhetores super inducto ad rem textu artificiose discurrit, & ex ijs, quæ scripta sunt, differendo ratiocinatur: cuius aptissimum habes exemplar à Quintiliano commendatum lib. 7. cap. 9. *Syllogismus (inquit) habet aliquid simile scripto, & voluntati, quia semper pars in eo altera scripto nititur, &c.* Subdit què postmodum: *Hic status ducit ex eo, quod scriptum est, id quod incertum est; quod quoniam ratiocinatione colligitur, ratiocinativus dicitur, &c.* Atque hæc syllogismi proprietates illis apprimè respondet, quæ semit. 1. vestig. 5. §. 4. ex ratiocinatione notamus.

Sed à quo, precor, aptiora sumam exempla, quam ab ipsa Dei sapientia, summo scientiarum Deo, ac optimo logicè differendi Magistro Christo Domino? De huius enim arguendi stylo; cum meminisset, Samaritanum à Phariseis appellatum, Ioan. c. 8.

v.

v. 48. sic opportunè scripsit S. Augustinus lib. 1. *contra Crescon. cap. 17. In quo genere Dominus cum adversus Iudæos crebrò ageret; eosque convinceret, &c. Liventius, & invidiosus fortasse Dialecticum, quam Samaritanum appellarent. Ita S. Doctor. & acutè calluit, & prudenter extulit Christi Dialecticam.*

Habes igitur ab eius Scholâ primum ratiocinationis exemplar: cuius alter pars scripto nititur in illa celebri quæstione (sic enim in loco vocat SS. Patres, & interpretes) à Salvatore habitâ cum Phariseis Matth. cap. 22. à v. 41. de Christi divinitatè, ac divinâ filiatione: Thesis vero probanda hæc erat, Christum esse Dei Filium, quod secundum carnem inficiari non poterant Pharisei, quò super sic utrinque differitur: interrogavit eos Iesus, dicens: *Quid vobis videtur de Christo? Cuius filius est?* Ecce Thesis ventilanda; dicunt ei: *David:* ecce adversariorum assertionem: nempe Davidis illum esse filium: arguit Christus: *Quomodo ergo David in Spiritu vocat eum Dominum dicens.* En statim scriptum, in quò pars ratiocinationis altera nititur: nempe ipsius David testimonium, Psalm. 109. v. 1. ita pronuntiantis: *Dixit Dominus Domino meo, &c.* Ex quò contra Phariseorum assertionem sic intulit, & conclusit Christus: *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo Filius eius est?*

In hac autem Christi argumentatione, nihil est, quod non dialecticè sapiat: primo enim ratiocinationem vocat Hugo Cardinandum ait: *In directa ratiocinatione confutat eos, &c.* Rursum conclusionem agnovit, scripto nixam Auctor Glossæ apud S. Thomam in caten. ita scribens: *ex auctoritate concludit:* atque hanc, & similes Christi Dom. argumentationes syllogisticas Gillius lib. 1. tract. 1. cap. 6. iure compellat *argumenta non solum ex sapientia Theologica, sed ex logica visceribus eruta;* de qua multa satis acutè, ac dialecticè differit Abolenis ad hoc Matth. caput, quæst. 334. & 355. S. Paschasius *ibid. lib. 10. Iansenius in Concord. cap. 119. Salmeron tom. 8. tract. 65. Simon de Cassia lib. 11. cap. 54.*

Sed præcursus aptissimè vim omnem argumentationis elucidat S. Chrysostomus in *Matth. Homil. 72.* ex quò hæc captim delibamus: *Eam prophetiam (inquit) in medium producere voluit, quæ aptissimè Dominum esse ipsum prædicat; non tamen principaliter, neque temerè sed causa rationabili ad illud pervenit:* Hoc est, illud Davidis testimonium in argumentationem Christus adduxit, cui non inconsulto, ac præcipue niteretur, eo tantum, quò scriptum esset, sed ex quò ad thesim probandam *causa rationabili pervenit,* id est ratiocinatione syllogizando, quò apertius adhuc subdit Chrysost.

igitur

Igitur & ipse interrogando, atque ratiocinando dogma hoc de se introducit dicens: Dixit Dominus Domino meo, &c. Hoc ratiocinatur, non quia velit ostendere David Filium Christum non esse, &c. Statim illationis logicæ nexum agnoscens S. Doctor addit: quare, quando infert: quomodo igitur filius eius est. non sic esse filium, ut illi putabant, affirmat, &c. Dum claudit: Ita post recitatum testimonium quietè, atque remissè infert. Si ergo David Dominum ipsum vocat quomodo filius eius est? &c. Hactenus ingeniosè de hac Christi ratiocinatione Chrysoströmus, videndus Oper. imperf. in Mattheum Homil. 42.

Qui vero capiat omnem illam ad legitimos artis syllogisticæ canones redactam intueri, videbit exactè conformatam, ut illam Dialecticè concinnavit Ludolphus de Saxonia l. p. de Vita Christi cap. 36. & hoc syllogismo luculenter expressam.

Nullus Pater filium suum qui habet naturam suam ab ipso, testatur Dominum suum.

Sed David spiritu sancto inspiratus testatur Dominum suum, Christum. Ergo non solum habet naturam, quam trahit ab ipso; sed altiore secundum quam dicitur Dominus eius, scilicet divinam, &c.

En & aliud Christi Domin. syllogismum, cuius altera quoque pars scripto nititur: negabant Sadducæi animarum post mortem existentiam, adeoque mortuorum resurrectionem; quos ut convinceret Optim. Præceptor. Matth. cap. 22. v. 31. argumentum instituit inducto Exodi testimonio cap. 3. v. 6. Non legisti quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob? Hæc est ex scripto maior propositio, cui minorem subiicit, non est Deus mortuorum, sed viventium, Quem ad locum artificiosam syllogismi argumentationem ponit ob oculos Iansenius in Concord. cap. 117. nam proposito Exodi testimonio sic observat: sub qua propositione. maiore ex scriptis desumpta. subsumit minorem per se certissimam. nec multa egentem probatione. Non est Deus mortuorum, sed viventium &c. ex his ergo duabus propositionibus irrefragabilibus, & certissimis, concludendum reliquit Dominus futuram corporum resurrectionem, &c. Quid clarius exoptas pro syllogismo.

Sed illum multo ante notaverat S. Cyrill. Hierosolymit. Catech. 18. ita super eo differere exorsus ab inducto textu: Ego sum Deus Abraham, &c. Quem statim exponit: Certum quod existentium, & subsistentium, mox incipit ratiocinari: si enim Abraham mortuus est. vel non existit, & Isaac, & Iacob numquid Deus est non existentium? Illico firmat exemplis, ac protinus infert. Necessè est itaque subsistere, & Abraham, & Isaac, & Iacob, ut Deus sit existentium Deus,

neque enim dixit: ipsoz eram Deus sed sum. &c. Ex quo facile quis poterit syllogismum ita concinnare. Deus est Deus Abraham, & Isaac, & Iacob, sed non est Deus mortuorum (qui omnino interierunt) sed viventium, ergo Abraham, Isaac, & Iacob Deo vivunt, ne quæ omnino interierunt. Et hanc Christi argumentationem ingenio è dilucidant S. Thomas, Euthymius, Lira, Caietanus, & alij ibidem S. Chrysostr. Homil. 71. & Oper. Imperf. Homil. 42. Abulensis q. 213. Sanctus Falchaf. lib. 10. Salmeron tom. 8. tract. 61. Basilus Ponce. q. 10. Exposit Barradas tom. 3. lib. 8. c. 16. Cano lib. 12. de Locis, cap. 14. Suarez lib. 1. de Anim. cap. 10. Martinus Becano, Apolog. pro Iudice Controvers. cap. 2. §. 23. Pererius in cap. 3. Exod. disp. 9.

Habes & tertium similis notæ syllogismum Ioann. cap. 10. v. 34. quo suam divinitatem prebat Christus ex testimonio. Psalm. 81. v. 6. cuius argumentationis efficaciam dialecticè notant ibidem Caietanus, Beda, Theophylactus, Ericus, Eusebius, Emiffenus, Homil. in Jer. 4. post Dom. Pass. S. Augustin. tract. 48. Rupertus lib. 10. in Ioann. Iansenius, Concord. cap. 93. S. Chrysostr. in Ioann. Homil. 60. Simon de Cassi lib. 11. cap. 44. Salmeron, tom. 8. tract. 1. loco 3. & tract. 44. ita syllogisticè digerit S. Thomas ibi lect. 6. Ex his autem, quæ prædicta sunt, posset sic argumentari.

Manifestum est quod aliquis ex participatione verbi Dei sit Deus participativè; Sed non sit aliquid participativè hoc, nisi ex participatione eius, quod est per essentiam suam talem:

Ergo non sit aliquid participativè Deus, nisi ex participatione eius, qui est Deus per essentiam.

Ergo Verbum Dei, scilicet ipse Filius, cuius participatione aliquis efficitur Deus, est Deus per essentiam.

Subdit statim S. Doctor: sed Dominus voluit humanius magis, quam sic profunde contra Iudæos arguere &c.

§. Sunt præterea plures Christi Dom. syllogisticæ argumentationes, quarum licet altera pars scripto non innitatur, integrè tamen dialecticè ratiocinatione constant. Has inter celebris est illa syllogismus Ioann. cap. 8. v. 47 Qui ex Deo est verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis &c. In quibus illationis nexum agnovit. S. Thomas ibid. lect. 7. dum præmissa Christi Dom. propositione primâ subdit: Ex hoc intentam conclusionem infert, dicens: Propterea vos non auditis, &c. Sed expressius syllogismi formam observant, Doct. Iacobus Perez, de Sac. rat. conc. lib. 3. cap. 1. & 2. Ariaga Rhet. Christ. part. 3. cap. 11. quam ita pro-

proponit eo loci Euthymius: *Qui ex Deo est, verba Dei recipit, eisque parat; vos non recipitis; ex Deo igitur non estis.* Eisdemquè verbis Carolus Regius, *Orat. Christ.* lib. 6. cap. 30.

6. Lucæ cap. 11. v. 18. sic arguit adversus Pharisæos divinus Præceptor: *Omne regnum in se divisum desolabitur, &c. si autem & Satanas in se ipsum divisus est, quomodo stabit regnum eius?* Qua de argumentatione ita sapienter, ac iure Rupertus in volum. 4. *Evangel.* cap. 24. *Validum quippe argumentum, & quo vehementius, verius, atque constanter apud Oratores sæculi, sive Dialecticos nullum est: Quod idem Auctor luculentius explicat, & in syllogismi formam acute digerit lib. in Matth. 9. Perpendere libet, ad quid inventiendum, sive comprobandum summa sapientia fecerit syllogismum hunc, idest argumentationem ex tribus partibus constantem, propositione, assumptione, conclusione.* Et quis scrupulo: è dialecticus illo subtilius de syllogismi partibus?

7. Mox illum exacte coaptat Rupertus: *Præmissa namque (inquit) omne regnum in se divisum desolabitur, &c. Proinde assumens dicit: & si Satanas Satanam eiecit, &c. Statim concludit: quomodo ergo stabit regnum eius? &c. Hactenus Dialectica ingeniosus hic doctor, qua de argumentatione appositè quoque S. Hilarius can. 12. in Matth. Hugo Card.*

Item Lucæ cap. 14. v. 5. ut Pharisæorum calumniam averteret de Sabbati transgressione, sic argumentationem instituit: *Cuius vestrum asinus, aut vos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? &c.* De qua sic ibi Titus Bostrensis: *Illorum impudentiam evidentibus, plenequè necessarijs rationibus impetit.* Et urgentius adhuc Eusebius Emisæus Homil. in Dom. 17. post Pentecost. argumenti virtutem explicuit: *Quid enim (inquit) responderent qui se tam evidenti syllogismo conclusos esse videbant? At ubi nam est syllogismus? En legis illum: Bona maiorem ita propositionem præmittit.*

Vos in Sabbato asinum, aut bovem, aut aliud quodlibet animal in puteum decidens eripere festinatis:

Statim subdit minorem: *Magis ego hominem qui multo melior est pecore, debeo liberare:*

Conclusionem elicit Theophylactus: *Quomodo igitur non stultum fuerit, quod observatis sanationem hydropici in Sabbato? Notant etiam argumentationem in loco Carthusius, Guilielmus Estius, & præter alios Maldonado, qui disertè syllogismum expressit, quem vide.*

Quin

Quin & in illo Christi cum discipulis alloquio; Lucæ 24. v. 39. *Palpate, & videte, quia spiritus carnis, & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Sic observat scholasticè Suarez in 3. p. q. 55. art. 5. *Quando Christus ad ostendendam suam resurrectionem dicebat, palpate, &c. Virtute faciebat hunc syllogismum; spiritus carnis, & ossa non habet.*

Atqui ego habeo carnem, & ossa, ut videtis:

Ergo non sum apparens spiritus, sed verum corpus habeo.

Et satis hæc tenus, ut suspicor, de Christi Domini syllogismis, atque ut nonnulli forte videbitur, plusquam satis, cum enim exempli loco ponantur, non arguendi sunt, ut confundant, sed indicandi tantum, ut doceant: In reliquis autem syllogismi formis per cuncta sancta volumina vestigandis, & exponendis, non est cur diutius immorer importunas percrutator, cum affatim, ut reor, ostensum a nobis sit in ijs, quæ de sacra Dialectica sæpius a Canonicis Auctoribus usurpata superius indicavimus semit. 2. vestig. 6.

Illud tamen non omittendum, magnam quoque Canonici libri partem integra syllogismi rationatione constare, qualis est omnis illa Iobi amicorum disceptatio a cap. 4. & deinceps; de qua sic Iacobus Bolduc. Prælod. 5. in lib. Iob. aptissimè: *Tota illorum cum Iob disputatio in hoc syllogismo sita est.*

Omnis qui affligitur, pro peccato solum affligitur, & quanto magis affligitur, tanto maiora peccata commisisse convincitur.

Tu autem, o Iob, magis afflictus es calamitatibus; nunc quoque in corpore acutissimos dolores pateris.

Ergo maximus peccator es, & te talem agnoscere debes; atque consideratione peccatorum tuorum te coram Deo humiliare.

Sed tamen licet argumenti falsitatem doctus huic Auctor conijciat, dum subdit: *Errabant certè in illa maiori propositione; falsum enim est, hominem non nisi propter peccatum affligi.* Mox tantum illius assertionem excutat, & verò syllogismum ex vi forme (quod aiunt Dialectici) rectè concludere, negari non potest; de quo idem ad cap. 18. v. 5. & signatè Pineda, *Annot. prævia in cap. 4. num. 8.* ac de toto libri argumento, si in eius Prologo S. Thomas: *Cuius tota intentio in hoc versatur, ut per probabiles rationes ostendatur, res humanas divina providentia regi &c.* Totus ergo Iobi liber ratiocinativè, seu syllogisticè procedit: quod disertè tradit Cassiodorus lib. *Divin. Lect.* cap. 6. *Omnia legibus Dialectica propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat, &c.* Nec id mirum, cum vetus omne testamentum maioris propositionis veluti loco sit, m

noris verò, novum; unde suas conclusiones fides eliciat, quod statim intueris.

VESTIGIVM III.

BIBLICI SYLLOGISMI

Typus.

A Dumbratam huius speciem indicavit Carol. Regius, *Orat. Christ.* lib. 5. cap. 8. Prophetarum testimonia proponens veluti propriam argumenti sedem à sacro dissecit, ut vrsurpandam: *Videtur enim (ait) tota Scriptura veteris testamenti quasi una esse propositio maior, ponens futuras Messia conditiones; & Scriptura Novi Testamenti, quaedam propositio minor docens in Christo Dom. conditiones eas impletas esse, quibus conclusionem subijcit Fides, &c.* Ea præmonstratam syllogismi formam.

Sed ipsam exactissimè delineavit, & omnibus Dialecticè numeris absolvit doctus quondam Auctor Iacobus de Valenta *Prolog. in Psalt.* tract. 1. cap. 2. illud Davidis Carmen *Psalm.* 48. v. 5. *Aperiam in Psalterio propositionem meam,* pro totius etiam testamenti veteris argumento apposite commentatus, cuius ab ingenio conceptis ad verbum sententijs habes, quem miteris, & squaris, Bibliici syllogismi Typum perfectissimum: sic igitur ingeniosus Pater.

„ Totum vetus testamentum dicitur propositio, respectu Novi Testamenti, eoquod habet omnes proprietates propositionis.

„ Ad cuius evidentiam est notandum quod generaliter quatuor sunt proprietates, & conditiones propositionis.

1. „ Prima conditio est, quod propositio non ponitur gratiâ sui, sed gratiâ conclusionis inferendæ, unde propositio definitur, quod est oratio proposita ad aliquid inferendum, sive ex quâ conclusio infertur.

2. „ Secunda conditio est, quod propositio continet virtualiter, & in confuso notitiam conclusionis: unde dicit Aristoteles in principio Posteriorum, quod conclusio scitur in præmissis in confuso; & ideo ante illationem aliquomodo scitur.

3. „ Tertia conditio est, ut patet ibidem, quia notitia conclusio-

tionis non potest haberi, nec fieri, nisi ex præexistenti notitia præmissarum propositionum, & sic oportet quemcunque dialecticum præcognoscere propositiones præmissas, in quibus latebat notitia conclusionis.

4. „ Quarta conditio est, quod maiori, & minori propositis, illico conclusio cognoscitur simul cum minori, in virtute luminis intellectus agentis: quia illico intellectus a sentit in virtute luminis naturalis sine aliquo intervallo, &c.

„ His etgo habitis, patet quod tota Scriptura Veteris Testamenti, & omnia mysteria scripta, & facta in Veteri Testamento fuerunt quædam propositiones respectu mysteriorum Novi Testamenti: quod probatur; nam totum Vetus Testamentum habet conditiones propositionis respectu Novi Testamenti.

„ Ad cuius intellectum ponuntur quatuor conclusiones:

1. „ Prima conclusio est, quod nullum mysterium scriptum, aut factum in veteri testamento est gratia sui; sed omnia facta sunt in figura Novi Testamenti, & omnia prænuntiabant mysteria Christi Dom. & Ecclesiæ futura in Novo Testamento, &c.

2. „ Secunda conclusio est, quod totum Testamentum novum latebat, & continebatur virtualiter in veteri testamento, sicut conclusio in præmissis, &c.

3. „ Tertia conclusio est, quod mysteria novi Testamenti de Christo, & Ecclesia non possunt perfectè, & propriè sciri, nisi ex præexistenti cognitione Veteris Testamenti, &c.

4. „ Quarta conclusio est, quod necessariorum est lumen supernaturale ad intelligendas, & interpretandas Scripturas veteris testamenti: scilicet ad inferendas ex eo conclusiones Evangelicas, & mysteria Novi Testamenti.

„ Ex supradictis quatuor conclusionibus, & quatuor conditionibus, & proprietatibus Scripturæ veteris testamenti patet, quod tantum testamentum vetus dicitur propositio, seu propositiones respectu novi Testamenti:

„ Nam nihil scribitur, nec ponitur, nec fuit gestum in veteri testamento gratia sui; sed ad figurandum, & prænuntiandum mysteria Evangelica:

„ Et totum testamentum novum latebat in veteri testamento:

„ Nec mysteria Evangelica possunt sciri perfectè, nisi ex præexistenti cognitione veteris testamenti: & hoc per lumen supernaturale inspiratum:

„ Ergo de necessitate totum vetus testamentum, & omnia my-

tur, vt satis aptis probant exemplis, præter externos, sacri quoque Scriptores S. Ildorus *Etymol.* lib. 2. cap. 9. Alcuinus lib. *de Sept. Artib.* cap. 2. Augustinus Valerius lib. 1. *de Rhet. Eccles.* cap. 23. & lib. 2. cap. 45. Cassiodorus indicatus, & alij, a quibus observata in sacro sermone quædam Enthymemata cursum ostendemus.

Carolus Regius *Orat. Christ.* lib. 6. cap. 30. Illud adnotat in Paulo, 1. ad Corinth. cap. 6. v. 15. *Enthymema* (inquit) *vbi vnam tacemus propositionem, vt facit Paulus.* Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi: tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit, &c. Quo loci quædam addunt pro luce huius argumentationis S. Anselmus, Salmeron ibi disp. 9. quod Enthymema integro syllogismo luculenter expressit S. Thomas, lect. 3. quem ad rem consule.

Aliud apponit exemplum Doct. Iacobus Perez, lib. 3. *de Sacrat. conc.* cap. 1. ex eodem Apostolo ad Rom. 8. v. 1. sic observans: *Colligit enim ibi ex fine capitis 7. hoc modo: Gratia Dei per Iesum Christum liberat nos ab omni malo, &c. Ergo ei, qui perfectè liberatus est neque de cætero ambulat secundum carnem, nihil damnationis est, &c.* Et hanc argumentationem observat Salmeron ibi disp. 12. dub. 1. & Guilielmus Estius: illamquæ dialecticè digerit, in loco S. Thomas lect. 1. quin & S. Augustinus lib. 1. *contr. duas Epist. Pelaag.* cap. 10. alteram propositionem tacitam in Enthymemate suggerit.

Sunt & alia Enthymematum exempla, quibus vsus est differendo Christus Dom. alteram quoque syllogismi propositionem omittens, vt illud *Matth.* cap. 7. v. 11. *Si ergo vos cum sitis mali &c. Cuius formam satis Dialecticè novit, & explicuit Abulensis ibi. q. 12. Praesupposito* (inquit) *exemplo, format argumentum, scilicet; homo, qui malus est, bonum dat filio suo: ergo Deus, qui bonus est, à fortiori bona dabit filiis suis.* Et statim præteritam à Christo propositionem veluti argumentationis fundamentum sic expressit: *Et stat ratio, quia quilibet agit secundum similitudinem suam, qui enim malus est, mala agit, qui vero bonus, bona, &c.* Notat & argumentum Iansenius in *Concord.* cap. 43.

Item & illud *Matth.* cap. 17. v. 25. *Ergo liberi sunt filij, &c. Vbi, vt scribit Abulens. q. 191. Per hæc verba concludit libertatem, & immunitatem suam.* Quod etiam observat Carhusianus, & in hac argumentatione ita quoque subnotavit Iansenius *Concord.* cap. 69. *Ex quod alterius aliam vult significare Dominus conclusionem quam subicit nempe; ergo liber sum ego, cum sem filius Regis regni istius, & omnium regnorum mundi; quam relinquit intelligendam ex eo, quod ostendit rationem libertatis consistere in filiatione regis, &c.* Observat, & ar-

gu-

gumenti formam ibi S. Thomas, Francisc. Lucas Burgenf. & alij.

Optimum autem videtur Enthymematis genus (inquit Quintilianus lib. 5. cap. 14.) *cum proposito dissimili, vel contrario, ratio subiungitur.* Idque pariter commendant, & exemplis ostendunt Aristoteles lib. 2. *Rhet. ad Theodect.* cap. 23. Tullius lib. *Topic.* & *Causinus Parallel.* lib. 6. cap. 26. & lib. 7. cap. 17. Cuius speciem referre mihi videntur illæ Pauli argumentationes ex aduerso inferentes: 1. ad Corinth. cap. 15. à v. 13. & sequent: de quibus sic appositè S. Anselm. *Sunt autem vera ista connexiones ratiocinationis Apostolica falsas habentes sententias, quæ consequuntur errorem illorum contra quos agitur, &c.* Rursum addit: *Non enim vera infert, cum dicit: Neque Christus resurrexit: & cum dicit: Inanis est prædicatio nostra: Et cætera, quæ omnino facta sunt, &c. Sed ista falsa, verissimè connectuntur illi errantium sententia, quæ dicebatur, non esse resurrectionem mortuorum: istis autem falsis repudiatis consequens erit resurrectio mortuorum.* Quæ omnia, & his plura pro huius argumentationis luce, tradit S. August. lib. 2. *de Doctr. Christ.* c. 31. & 32. in his autem omnibus Enthymematis perfacile cuius est, tacitam alteram propositionem in apertum educere, quo perfectæ syllogismi species, maior, minorque palam expressis, exactè conformetur.

Dilemma quoque inter argumentationes Biblicas computant sacri Scriptores: Valades, *Rhet. Christ.* part. 6. cap. 1. & 11. Iosephus Arriaga part. 3. cap. 13. Ludovicus Granatens. *de Ratione Concion.* lib. 2. cap. 9. §. 3. cuius speciem, ita præcunctis Rhetorum magistris describit S. Hieronymus *Epist.* 83. *Cornutum, vt dicitur syllogismum, vt quocunque me verterem, strictius tenerer: Et explicat in scholijs Erasmus: quod vtrinque occurrit, in quod impingas: id quod accidere solet in dilemmate.* Complexionem antiqui vocant Oratores, vt pro multis lib. 1. *de Invent.* Tullius: *Complexio* (ait) *est in qua vtrum concesseris, reprehenditur, &c.* Cuius subdit exemplum, sicut & alia Causinus *Parall.* lib. 6. cap. 28.

Biblica succedunt, quæ pariter quidam observant, vt Iacobus Perez lib. 3. *de Sacrat. conc.* cap. 1. & Arriaga proximè citatus, illud, ex lib. 3. *Reg.* cap. 18. v. 21. *Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum, &c.* Sed frequentiora sunt in Novo Testamento dilemmata maximè apud Phariseos, qui sæpe bicorni argumentatione Christum Dom. aggredi soliti sunt: sic in illa questione de uxore dimittendâ, *Matth.* cap. 19. v. 3. vbi S. Hieronymus: *Vt quasi cornuto tenerent eum syllogismo, & quidamque responderint, captiui pateat, &c.* Idque pariter notatione scribunt

Zacharias Episcop. Chrysopolit. in *uicium* quatuor, cap. 99. Abulensis quærit. 12. & rursum eodem *Matth.* cap. v. 7. concludunt Pharisei: *Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, &c.* Idem quoque notat Abulensis q. 39. *Quia nitentur eam perplexum reddere, concludentes cornuto argumento, &c.*

Sic etiam in quæstione de tributo reddendo Cæsari, *Matth.* 22. v. 17. ubi disertè S. Chrysost. Homil. 71. *Vt vrinque præcipia præcipit laterent, vt quidquid responderit, præceps ruat, &c.* Et Dilemma quoque notat ibidem Abulensis, quærit. 88. Est & aliud non ab simile, ubi de muliere in adulterio deprehensa, Ioan. cap. 8. v. 5. q. 10 loci contortum à Phariseis dilemma, ingeniose ducunt S. August. traç. 33. Rupertus lib. 8. S. Gregor. lib. 1. *Moral.* cap. 5. S. Ambros. Epist. 52. & alij, quorum de sententiâ ita censet Maldonado: *Existimant, illi cornutam quæstionem proposuisse, in qua quicquid responderet, caperetur, &c.*

Idèd contra captiosas hæc aduersariorum argumentationes, sua quoque interdum dilemmata opponere solitus est optimus Præceptor, quale illud est *Matth.* c. 21. v. 25. *Baptismus Ioannis unde erat? E Cælo an ex hominibus? Quo se captos ipsi fassii sunt. v. 26. vt appositè notat Abulensis, quærit. 145. de hac argumentatione: Erat enim plus efficax, quam argumentum cornutum, quia non solum veroque cornu respondentem premit, sed etiam tacentem redarguit, & nolentem respondere confundit.* Eius quoque virtutem expendunt S. Hieronymus, & Anselmus, ibidem Chrysost. Homil. 68. & alij: aptissimum etiam huius exemplum habes Ioann. cap. 18. v. 23. de quò Valades citatus capit. 11. *Dilemma (inquit) est, in quo vtrum concesseris reprehenditur: vt est illud mansuetissimi Iesu.* Si malè locutus sum, &c.

Hinc etiam SS. Patres Dilemmatis vti differendo consueverunt, vt S. Chrysost. *Oper. imperf. in Matth.* Homil. 2. ad cap. 2. v. 5. sic scribens: *Vt quid enim interrogaret Herodes, qui non credebat Scripturis? Quid enim vni? Credebat Herodes Scripturis, aut non credebat? Si non credebat, vt quid interrogabat Scripturas, quas putabat esse vaniloquas? Aut si credebat, quia inde verè nasciturus est Rex, unde Scriptura dicebant, quomodo sperabat posse se interficere illum Regem, quem futurum Scriptura esse dicebant? &c.*

Similiter Petrus Damian. lib. 5. Epist. 1. ad Ioann. cap. 7. v. 16. ingenij, vt videtur, exercendi causa, sic disserit: *Si tua est doctrina, quomodo non tua? Si autem non tua est, quomodo erit tua? Restat ergo vt doctrinam tuam, aut tuam esse indubitanter asseras, & tuam non esse*

esse ultra non dicas; aut si non tuam esse firmaveris, tuam iam esse omnino diffitearis: sicquè timendum est, ne syllogismorum suorum verus à te argumentatione concludant, & auctorem sapientiæ casibus captiosa cavillationis involvant, &c. Atque hæc pro exemplo satis, quorum apud SS. Patres quædam non infrequenter inuenies.

Est & alia Logicis argumentatio, quam ipsi vocant, atque conficiunt: *Ab apposito consequentis ad oppositum antecedentis.* Et manifesta quoque huius exempla conspiciamus in sacro sermone; vt quædam ex multis perpendenti constabit: ex hac enim forma Christus Dom. arguit Ioann. cap. 7. v. 18. *Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, &c.* Quam aggressus explicare sic præloquitur Euthymius: *Deinde etiam syllogismum inducit, cui nullatenus passit contradici, &c.* Cuius verò formæ ille sit logicè dilucidat Cardin. Toledo: *Est enim (ait) argumentum, ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis, vt Dialectici dicunt, &c.* Ita nunc: à semetipso loquitur: *ergo proprium commodum, & honorem quærit, at non quærit proprium honorem: igitur à semetipso loquitur, sed ab eo, cuius honorem quærit.* Argutè Purpuratus Pater.

Insignis etiam præ multis est ex eodem fonte deducta Pauli argumentatio, 1. ad Corint. cap. 15. v. 13. *Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit, &c.* Et rursum v. 16. *Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit, vana est fides vestra, &c.* Quæ fusè disserit: de quibus ita S. Remigius: *in his locis (inquit) syllogismis Dialecticis vtitur apostolus, & videtur negare, quod confirmat, &c.* Cuius autem formæ sit talis argumentatio, satis apertè tradit in loco Caietanus ita commentans: *Arguit ab opposito consequentis, ad oppositum antecedentis, & ultra progreditur afferendo inconuenientia, qua sequuntur ex opposito antecedentis dicendo: Si autem Christus non resurrexit: Ecce oppositum antecedentis: inanis est prædicatio nostra: Ecce primum inconueniens: inanis fides vestra: Ecce secundum inconueniens, &c.* Quæ dialecticè persequitur pro hac argumentatione: quam etiam ibi observant Iustinianus, & Salmeron disp. 23. quin & argumentum ab incommodo, vel absurdo, seu inconuenienti pariter adnotant, & illustrent, ibi, S. Thomas lect. 2. S. Bruno, Hugo Cardinal. Theodoretus, Sedulius, Lira, Theophilatus, & Doctor Iacobus Perez lib. 3. *de sacr. Rat. Concin.* cap. 1. quo usum esse S. Paulum tradit Salmeron in Epist. eiusdem tom. 1. disp. 6. loco 7. atque ex eo argumentum ab opposito ad Rom. cap. 13. v. 12. notat Carolus Regius lib. 6. cap. 30. vide Rabanum lib. 3. *de Instit. Cleric.* cap. 20.

VESTIGIVM V.

RHETORICÆ QVÆDAM

argumendi formula.

Reperiuntur in divini sermonis eloquio vsitata quoque apud Rhetores schemata, formulæ differendi, aque argumentationes, quin & horum omnium fontes olim extitisse sacras literas, Ethnicis Rhetoricæ Præceptoribus, apertè tradunt, ac tuentur Cassiodorus, Prolog. in Psalm. cap. 15. Beda, exordio in lib. de Schemat. Script. Rupertus lib. 7. de Oper. Spirit. S. cap. 12. S. Paschasius, Prolog. lib. 5. in Threnos, atque alij plures; inter quæ primum occurrit *Epicherema*, quod, ut Rhetoricis proprium, ita describit lib. 1. Rhet. Cassiodorus: *Epicherema est, descendens de ratione latior excursio Rhetorici syllogismi; latitudine distans, & productione sermonis à Dialecticis syllogismis, propter quod Rhetoribus datur: Idquæ totidem penè verbis ex scribunt; Sanctus Ildorus, Etymol. lib. 2. cap. 9. Alcuinus, lib. de Sept. artis. cap. 2.*

Qua vero ratione fiat, docent, & sacræ paginæ exemplis illustrant Bibliici Scriptores: Carolus Regius *Orat. Christ.* lib. 6. cap. 30. *Epicherema* (inquit) est cum tota ratiocinatio in vnam cogitur propositionem virtute continentem omnes partes syllogismi, &c. Huius ille formam ostendit apud Malachiam cap. 1. v. 6. *Filius honorat Patrem & servus Dominum suum: Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? Si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Quod sic ad rem edisserit doctor hic Auctor: Vbi subintelligitur maior propositio, Dominum oportet timere; Patrem amare: Et minor, ego autem sum Pater, & Dominus, &c. Subdit etiam exemplum ex cap. 3. ad Galat. v. 3.*

Doctor Iacobus Perez lib. 3. de Sac. Rat. Conc. cap. 1. ita delineat: *Epicherema argumentatio est involuta, id est in quâ sine vllâ formâ quæ sit per vnius propositionis modum, sit iudicium. Cuius bina ponit exempla: Ioanna. cap. 3. v. 4. Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Et ex cap. 6. v. 69. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æterna habes. Et his paria subiungit Epicherematis paradigmata Iosephus Arriaga, Rhet. Christ. part. 3. cap. 16. de cuius vsu videntur Quintilianus lib. 3. cap. 14. Caufinus *Parallel.* lib. 6. cap. 27.*

Sorites quoque nota Rhetorum argumentatio est, cuius meminit S. Hieronymus lib. 1. *advers. Ruffin.* Jura inter alias eorum

for-

formulas arguendi. computat etiam, *Soritarum gradus*; atque ut notat in Scholijs, Erasmus: *Soritem, Græci, Latini vocant acervalem, infidiosum syllogismum, &c.* De quo pariter Marianus Victorius ibidem, n. 52. Caufinus, lib. 6. *Parallel.* cap. 29. Arriaga *Rhet. Christ.* part. 3. cap. 14. Carolus Regius, lib. 6. c. 30. Ludovicus Granatenf. *Rhet. Eccles.* lib. 2. cap. 9. § 4. *Quam* (inquit) *soritem Græci appellant, quæ multas argumentationes acervatim complectitur, vnde & nomen invenit, &c.* Statim post adductum ex Tullio exemplum addit: *Hoc argumentandi genus Dialectici, de primo ad ultimum vocant. Quod argutâ S. Hieronymi gradatione probat: sic etiam Iacobus Perez lib. 3. cap. 1. Argumentatio est, quæ continuo progressu, à primo ad ultimum colligit, &c.*

Huius autem insignis præmultis exemplum extat in lib. *Sapientia*, cap. 6. á v. 18. hoc eximio sapientiæ elogio: *Initium enim illius verissima est disciplina concupiscentia: cura ergo disciplina, dilectio est, & dilectio, custodia legum illius est: custodia autem legum consummatio incorruptionis est: incorruptio autem facit esse proximum Deo: concupiscentia itaque sapientiæ, deducit ad regnum perpetuum: Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ò Reges populi diligite sapientiam, &c.* Vbi primo notat argumentationem, in genere, Nicolaus de Lira, dum ait: *Conclusionem suam applicat ad propositum.* Si ergo, &c. Rursum argumenti gradationem, observant, Castro, Iansenius, & alij, totumquæ eiusdem artificium dilucidant Robertus Holcot, ibidem lect. 84. Cervantes ad vers. 18. quod in eâ situm est argumentatione: *Quæ continuo progressu, à primo ad ultimum colligit, ut nuper adnotatum.*

Est etiam in Novo Testamento non infrequens hæc differendi forma: *Quæ multas argumentationes acervatim complectitur.* Vt illa Pauli ad Roman. cap. 5. á v. 3. & sequent. quam indicat in loco Caletanus, & ad rem egregiè commendat S. August. lib. 4. de *Doctr. Christ.* cap. 7. item, & illa eiusdem Epistolæ cap. 6. á v. 3. ex qua singulare *Soritis* exemplum apposuit Iacobus Perez citatus cap. 1. addo & aliam Petri Apost. Epist. 2. cap. 1. á v. 5. & huic similem ex B. Iacobi Apost. Epist. cap. 1. v. 14. quibus pares alias in sacro sermone reperias: vnde SS. quoque Patres hac argumentationis specie uti differendo soliti sunt, ut legis apud S. Prosperum, lib. 1. de *Vit. Contempl.* cap. 19. ex quibusdam Sanctæ Script. textibus: & S. Hieronymi Epist. 1. ad Heliodor. ex testimonio Ioann. Evangel. cap. 4. v. 14. quod ibi leam in *Artis Annotat.* sic observat Erasmus: *Inductionem hec, & gratiam addidit ex gradatione, &c.* Et alios, qui

con-

concionatam artificiose foritem efficiunt: *Atque continuo progressa à primo, ad ultimum colligunt.*

Communis quoque, ac satis nota Rhetorum argumentatio est, à minori ad maius, vel contra etiam à maiori ad minus, & utriusque aptum satis exemplum invenitur, in illa Christi dissertatione de quærendis cœlestibus Matth. cap. 6. v. 25. *Nonne anima plus est, quam esca? &c.* Et v. 26. *Respicite volatilia cœli, &c.* Quo super ita differit ad rem Sanctus Chrysoft. Homil. 22. *Ex maioribus, & minoribus, à sollicitudine debortatur: à maiorum quidem parte, cum & animi eos, & corporis admonuit; à minorum vero, cum ad avium misit eos exemplum, &c.* Argutè quoque Caietanus inter alia: *Prima ratio (inquit) exsa est à maiori: hac autem oritur à minori, &c.* Videas ibidem reliqua, quibus hanc arguendi formam assatim ostendit à Christo Domino usurpatam.

Arguit non aliter Ioann. cap. 10. v. 34. adducto testimonio Psalm. 81. v. 6. *Ego dixi dñi eslis, &c.* Vnde intulit optimus Magister: *si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi scriptura, &c.* Cuius argumenti virtutem omni dignam pondere censuit Rupertus lib. 10. in Ioann. ita scribens: *Consideretur diligenter hac sapientia, & veritatis valida, & irrefragabilis, per minoris comparisonem facta argumentatio, &c.* Et illam aptè perpendunt S. Cyprianus lib. 2. ad Quirinum. Alcuinus lib. 5. in Ioann. cap. 26. S. Thomas ibidem lect. 6. Theophilactus, Caietanus, & interpretum alij.

Eiusdem formæ fuerat, & illa ipsius Salvatoris argumentatio, Ioann. cap. 5. v. 46. *si crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi, &c.* *Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Vbi statim notandum monuit Rupertus lib. 5. *Ecce qualem ad conclusionis finem disputatio veritatis delectabilis, & victoriosa pervenit.* Sed qualis nam formæ conclusio? Nempe à minori, ad maius, vel contra, ut vult ibidem S. Thomas, & Barradas tom. 2. lib. 6. cap. 3. cuius argumenti robur, ex hac potissimum specie, in utramque partem, illustrent, & urgent S. Hilarius lib. 5. de Trinit. Zacharias Episc. Chrysopolit. in vnum ex quatuor, cap. 83. Carthusianus, Euthymius, Caietanus.

Similis & illa est eiusdem Assertoris cum Petro differentis de tributo Cæsari solvendo, Matth. cap. 17. v. 24. *Reges terra à quibus accipiunt tributum, vel censum? A filiis suis an ab alienis? Et ille dixit: ab alienis: dixit ei Iesus: Ergo liberi sunt filij.* Et huius quidem illationis efficaciam à minori ad maius, sic elucidat ibi Chryostomus Homil. 59. *Nam si Reges terra, non à filiis sed à subditis censum*

capiunt, multo magis me, qui non terrarum, sed Cælorum Regis filius sum, liberum à tributis esse oportet, &c. Eamquæ pariter ad rem expendant S. Paschasius lib. 8. Caietanus, & Maldonado cum alijs.

Solet etiam fieri argumentum à Coniecturis apud Rhetores: quale autem illud sit, ita docuit in *Part. Orat.* Tullius: *Nunc coniectura locos quæro: in verisimilibus, & in proprijs rerum notis posita est tota; sed appellemus, docendi gratia, verisimile, quod plerumque ita fiat, &c.* Rursumquæ de coniecturali causarum statu, plura tradit lib. Topic. lib. 1. ad Heren. cap. 5. & lib. 2. cap. 2. Cassiodorus lib. Rhet. quod aptissimis illustrat exemplis Causinus lib. 12. *Parall.* cap. 30. & 31. præstat autem etiam à Iure Consultis pro re nostra lucem accipere: sic enim habet Glossa in L. apud Antiquos, Cod. de Furtis, satis opportunè: *Est enim coniectura, quando sensus tacite ex litera elicitur, & non est in litera expressum: & sic est argumentum quod elicitur tacite.* Vides quam apte conveniat, pro eliciendis ex literali Scripturæ sensu coniecturis ad arguendum.

Appositum habes exemplum Exod. cap. 22. v. 10. & 11. quod indicavit Rupertus lib. 7. de Oper. Spirit. S. cap. 12. vbi inter cæteros controversiæ status in sacro sermone repertos, ita de hoc scriptum reliquit: *Coniecturalis est, cum de factis controversia est hoc modo: commendavit aliquis proximo suo asinum, ovem, bovem, & annuum ad custodiam, &c.* Quæ persequitur producto capitis integro textu: ac rursum addit, & multa similia, talis fuit argumentatio ex coniectura, qua usus est sapientissimè Salomon: 3. Reg. cap. 3. v. 27. de qua tempestivè Ioannes Satisberienf. Episc. 186. *Salomon (inquit) in causa meretricum, coniecturali argumento utens, condemnavit calumniatricem, &c.* De quò Salomonis argumento non nihil ad rem Abulenf. q. 17. & 20.

Ducitur etiam ab exemplo frequens argumentatio, de quâ præfati Rhetores: Aristoteles *Rhet. ad Alexandr.* cap. 8. ad Theodect. lib. 2. cap. 20. & lib. Prior. cap. 24. Tullius lib. 4. ad Heren. & alibi: Quintilianus, lib. 5. cap. 11. Alcuinus, lib. de Sept. Art. cap. 2. Causinus lib. 4. *Parall.* cap. 55. ex Bibliis autem Scriptoribus, multa huius argumentationis exempla congerunt Augustinus Valerius lib. 1. cap. 24. Ludovicus Geanatenf. lib. 5. cap. 13. Carolus Regius lib. 6. cap. 31. Iacobus Perez lib. 3. cap. 1. Iosephus Arriaga, *Rhet. Christ.* part. 2. cap. 15. Valades, part. 6. cap. 6. Vazquez in 1. p. q. 1. ad art. 8. ibi quidam scholasticorum, ut Bañez, dub.

Ut autem appositè docet Quintilianus vbi nuper indicatus: *Potissimum est, inter ea, quæ sunt huius generis, quod propriè vocamus*

exemplum, idest rei gesta, aut vt gesta utilis ad persuadendum id, quod inducitur, commemoratio, &c. Fit verò hæc argumentatio per inductionem de qua satis supra vestig. 1. ideo eius exemplaria in Novo inextime Testamento; tantum erunt indicanda de pluribus quædam: sic enim arguit frequenter ab exemplo Christi. Dom. Matth. cap. 11. v. 21. cap. 12. v. 3. Lucæ cap. 11. v. 31. quæ notavit Salmeron, in *Parabol. Evang.* tract. 1. n. 10. item Lucæ 14. v. 5. vt observat Iansenius *Concord.* cap. 91. S. Paulus quoque Apost. frequenter, vt Salmeron tom. 1. in *eius Epist.* disp. 6. loco 6. Sanct. Petrus Epist. 2. cap. 2. v. 4. & 10. S. Iacobus, cap. 2. v. 20. & omnes fermè Apostolici Scriptores, vt suis locis adnotant eorum interpretes.

Argumenta quoque sumunt Rhetores à contrarijs, sive appositis, vt in ijs, quæ de *Topicis* tradunt, pervium omnibus est: & quod ad Biblicas attinet argumentationes, varia quidem oppositorum genera recenset Carolus Reginus lib. 5. cap. 5. quorum, & quædam ex sacro textu producit exempla, & ex S. Cypriano Ludovicus Granatenf. lib. 2. *Rhet. Eccles.* cap. 6. à *Dissentaneis*, vocat Iacobus Perez lib. 2. cap. 10. quod multis item exemplis divini sermonis ostendit, à *Discrimine* nuncupat Cardinal. Toledo, in cap. 12. Lucæ annotat. 55. ita monens: *Solet in Scriptura hoc argumenti genus usurpari nempe à discrimine, &c.* Hæbes illius exempla Ierem. cap. 10. v. 2. Matth. cap. 5. v. 47. & Ioan. cap. 6. v. 59. apud S. Paulum frequenter 1. Corinth. 15. v. 22. ad Ephes. 4. 17. & 1. ad Theſalon. cap. 4. v. 12. & alibi, quod arguendi genus Apostolo familiarissimum, observat Iacobus Perez indicatus.

Denique quod spectat univèrsim ad prædictas omnes arguendi species, tum dialecticas, tum Rhetoricas, illud est maximo opere notandum, non observatas ad vnguem fuisse ab Scriptore Canonico minutissimas quaslibet logicæ facultatis argutias, quin ad argumentationis integritatem aliqua sufficere necesse sit à Biblico dissertatore; quædam etiam sylogisticè collocari, atque componi, nonnulla quandoque subintelligi ad exactam discursus Dialectici formam explendam, vt in præmissis argumentorum exemplis ostenditur, quod opportunè præmonuit Doctor idem Perez lib. 3. cap. 2. de Biblicis arguendi formulis differens: *Oppertet autem (inquit) multa supplere, quæ Spiritus s. verborum compendio comprehendit; nam Spiritus s. tantam voluit perstringi verba præcipua; cætera vero Oratori, & considerationi, atque studio nostro relinqui, &c.* Nempe, vt ex iplo sacro textu, iuxta Dialecticos Canones à differente cõposito, numeris omnibus absoluta conficiatur argumentatio.

At-

Atque hæc potissimæ sunt, & celebriores arguendi formulæ apud vtriusque facultatis professores, quibus frequentius uti solet, ac debeat Biblicus Disputator: & novi equidem his multo plures à Canonicis Scriptoribus usitatas, sæpius in suis commentarijs observari, tum à prædictis, tum ab alijs etiam Auctoribus, necnon & quibusdam divini Codicis interpretibus, dum in similes differendi modos commentando inciderunt; sed vero cunctis vsque ad nauseam congerendis haud insistere debui, ne mihi molestum onus & tibi grave fastidium, & inutile prorsus studium imponerem; ideo, & à reliquis sciens, ac prudens abstinere: tanti enim est apud me cuiusque Prælectoris in re Biblicâ eruditio, atque doctrina, vt iniuriam cuivis facere me ducam, si minutissima quæque, vel sparsim obvia replicare contendam: dicam enim verè cum Cyrillio Hierosolymitano Catech. 18. *Ista quidem sic obiter dicta sunt, sparsim disseminata, vt vos, quæ optima sunt semina accipientes, copiosorem fructum feratis.*

VESTIGIVM VI. EXTREMÆ PRÆCEPTIO- nes alia pro disputatione Biblica.

Hanc quoque partem explebit, vel quod verius est, coronabit optimus Præceptor Christus Dominus ostenso propositarum à se quæstionum insigni paradiigmate: quo super meritissimè ab S. Iustino *Dialog. cum Ithyphon.* commendatur: *Sermo- nis eius vehementia, qua coarguebat lacescentes, se quæstionibus Pharisæos, scribasque, & in univèrsim Magistros, &c.* Hinc eiusdem consuetudinam in versandis: ex veteri maxime testam. controversijs sic observavit S. Gregor. Nazianz. orat. 31. *Christus quasdam quæstiones solvere, atque explicare solet; quasdam verò obstruendo interrogantium ore comprimere.* Sic etiam Epist. 50. S. Hieronymus: *Proponit Pharisæis Dominus quæstiones, & non edisserit: aliud est docere discipulum, aliud adversarium vincere.* Si enim oporteret eos, vt discipulos insti ei, haud essent difficultatum nodis implicandi; sed de harum solutione palam edocendi: consuevit autem Divinus Magister ad obstruenda malignantium ora, revincendosque veritatis hostes

pro-

propositas ab illis controversias obiectâ statim aliâ quæstione compescere.

Habes igitur disputationes eiusmodi potissimas; primò, Matth. cap. 15. v. 2. & 3. iterum aliam proponit quæstionem cap. 19. v. 3. & 4. de qua signatè S. Thas. ibi: *Dominus (ait) dat optimum modum respondendi: quia quando querit aliquis, ut addiscat, statim dicenda est veritas; sed ei, qui querit, ut calumniatur, non statim dicenda est veritas, sed primò dicenda sunt aliqua, quæ negari non possunt: idè primò Dominus inter rogat de lege, vnde primò assumit verba Scripturæ, &c. Id est propositâ quæstionis veritatem alia rursus interrogatione repercutit: ac de methodo respondendi quæstionibus à Christo Dom. servata, multa tradit inibi Abulensis quæst. 16.*

Pari quoque ratione differit eiusdem Evangelistæ cap. 22. v. 17. & 20. vt in re notat. S. Augustinus lib. 2. de Serm. Dom. in Mont. cap. 23. ita præmittens: *Aliquando autem ille, qui interrogat, interrogandus est aliud, &c.* Statimquè subdit: *Nam & Pharisei, qui interrogaverunt tentantes, utrum reddendum esset tributum, interrogati sunt aliud, id est, cuius haberet nummus imaginem, qui ab ipsis prolatus est; & quia dixerunt, quod interrogati erant, id est Cælaris imaginem habere nummum, ipsi sibi quodammodo responderunt, id, quod Dominum interrogaverant; itaque illos ex eorum responsione ita conclusit. Reddite ergo, &c.*

Constat ex hac Christi dissertatione, illa quoque Dialecticorum argumentatio, quam ex concessis ipsi compellant, nam statim vt fatentur adversarij, imaginem esse Cælaris, intulit optim. Præceptor, v. 20. *Reddite ergo, &c.* Quod sic observat Caietanus: *Ex eo, itaque quod profuitur mihi, in denario Principem vestrum esse Cæsarem, consequens esse oportet, vt reddatis, quæ sunt, hoc est, iura Cæsaris Cæsari, &c.* Et arguendi formam in loco pariter admonent S. Thom. S. Chrysoctomus Homil. 71. Abulensis, quæst. 99. & plures; illam quoque notat Liranus ad Iob. cap. 3. v. 1.

Rursus eodem Matth. capite v. 42. ipse Christus quæstionem instituit apud Phariseos: *Quid velis videtur de Christo? &c.* Cui adhibitam ab illis responsionem, duplici alia quæstione cœcercet, v. 43. & 45. vbi sic observavit Christianus Druthmarus: *Quia Pharisei parati erant ad commovendas quæstiones, cognoverunt aliquando, quod & solvere omnia poterat, & etiam proponere, quæ ipsi solvere nequiverent.* Et hunc quoque Christi morem differendo, notatur in loco S. Paschasius lib. 10, Origenes tract. 23. S. Augustinus, serm. 235 de Tempore.

Etiam

Etiam Lucæ cap. 10. v. 25. roganti legis perito, aptam de lege quæstionem obiecit, v. 26. de qua S. Basilius Magn. Moral. Regul. 9. cap. 4. & eiusdem Evangelistæ cap. 20. v. 3. scitantes malitiosè Scribas oppositâ quaque aliâ controversiâ compescuit: quod sic opportunè notavit S. Gregor. Nazianzen. orat. 31. *Cum ex eo queritur: In qua potestate hæc facis? Propter ingentem eorum, qui interrogaverant, ineptiam, vicissim ipse quoque interrogat.* Ita magnus Pater, cuius sententiam pariter indicant ibi quidam interpretum; & Abulensis ad Matth. cap. 19. q. 16. & ad cap. 21. q. 145. & sequent. atque hunc quoque morem disputando. fuisse Paulum Apost. notavit Salmeron in eius Epist. tom. 1. disp. 6. §. *Consuevit.*

Hinc edocti Christi discipuli SS. Patres dum adversus fidei hostes agunt, vt obiectas ab illis controversias eludant, aliarum quoque nodos quæstionum tenaciter implicant; quibus adversarios pariter irretiant: quod velut omnium nomine testatum reliquit orat. citata Nazianz. *Vnde (inquit) etiam nobis nonnunquam ad Christi imitationem, eos, qui curiosa disputatione nos laceffunt, comprimere, quæstionumquæ absurditatem absurdioribus interrogationibus solvere, licet.*

Præterea divini quoque Præceptoris monitum est, ne ab ignorantâ sacri textus intelligentiâ literali, controversia suscitetur, etenim super excitatâ ineptissimèâ Phariseis quæstione, sic eodem arguebat Matth. cap. 22. v. 29. *Erratis nescientes Scripturas, &c.* Vt ad rem aptè commentatur Chrysoctomus Homil. 71. *Quoniam ceu periti auctoritate Moysi, & lege nitebantur, idcirco ex ignorantia Scripturarum huiusmodi provenire interrogationem affirmat: nam quia nullam habebant Scripturæ peritiam, & immensam Dei potentiam ignorabant, tentatum venire audebant, &c.* Nec minus appositè Homil. 39. in Lucam, Origenes: *Quæstionem (inquit) Domino proponentes composuerunt fabulam mulieris septem virorum, &c.* Tum addit: *Omnis ergo eorum error de Prophetica, quam non intelligebant, lectione surrexit: Vides ab ignorato textu ineptè, absurdèquè disputationem institui: vnde cautè monebat Sextus Empiricus adversus Mathematic. lib. 1. cap. 3. & lib. 10. cap. 2. Neque querere, neque dubitare licet, absque anticipatâ notione.*

Illis quoque potissimum textibus agendum monuit idem Affertor, qui planiori sint intelligentia, & acceptione apud adversarios, quibus cum disceptatur: sic enim cum Sadducæis vnus Pentateuchi libros recipientibus differens de Resurrectione, quam ipsi negabant, notissimum illis Exodi testimonium obiecit ex c. 3.

v. 6. vt narrant Evangelistæ Matth. cap. 22. v. 31. Marc. cap. 12. v. 26. Lucas cap. 20. v. 37. cuius hanc reddit causam ad Matthei locum S. Anselmus: *Hoc ideo facit (Christus) quia Prophetas, ubi sunt aperta testimonia resurrectionis hominum, non recipiunt (Sadducei) sed tantum quinque libros Moysi, &c.* Sic etiam post, S. Hieronymum D. Thomas, Beda, Lira, Strabus, S. Paschasius lib. 10. in *Matth.* Abulensis, loco eiusdem indicato quæst. 214. Iansenius *Concord.* cap. 117. Cantapetrensis lib. 8. *Hypot.* cap. 6. §. *Difficillime*, Pererius in cap. 3. *Exod.* q. 9. n. 43.

Aliud etiam satis vtile monitum ex præmissa cum Sadduceis Christi dissertatione, collegit S. Chrysostom. Homil. 63. in *Matth.* quod ita conceptum tradit: *Vide Magistri sapientiam, qui cum interrogatus esset. Si liceret: Ne conturbarentur, antequam sententiam proferret, confirmationem à Scriptura posuit, &c.* Et clarius adhuc, *Oper. imperf.* Homil. 42. *Interrogantibus (inquit) Sadduceis, & per ignorantiam aliquid se scire estimantibus, prius rationem exposuit dicens. In resurrectione enim neque nubent, &c.* Deinde protulit. *Scriptura auctoritatem dicentis, Ego sum Deus Abraham, &c. ex quo nos etiam addiscere oportere, subdit Chrysostomus: quod pariter in loco monuit S. Thom. S. Paschasius ibidem lib. 10. sed de mutuo Rationis, auctoritatilq; nexu, plura ex instituto data Semit. 3. Vestig. 7. & 8.*

Quod autem ad opportunum vtriusque partis vsum spectat, illud quoque notandum; aptissimè quidem argumentorum probationes, tum ex auctoritate, tum ex ratione à Christo Domino dum disputaret, adhibitas, & præsentì dissertationi coaptatas, licet nonnihil interdum ab instituto diffidere videatur, vel quod auctoritas inducta probat, vel quod elicita ex textu ratiocinatio confirmat: vt multis in *Matthæum*, locis ostendit: inter alios Abulensis, indicatis, ac pro se nata discussis vtriusque argumentationis exemplis: neque ad cap. 12. quæst. 12. & 27. ad cap. 19. q. 20. ad cap. 21. q. 192. & 194 & *Sequent.* ad cap. 22. q. 99. & 342. & alibi non semel, quem vt ipse consulas identidem rogo.

Inter has verò Christi dissertationes celebris illa est, quam de sua divinitate sapienter instituit *Matth.* cap. 22. ubi cum ipsum Filium esse David faterentur Pharisei, ex auctoritate *Psal.* 109. 2. ita statim infert: *Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo Filius eius est? Quod pro re nostra sic argutè versat Iansenius, concord. cap. 119. Videtur enim è contrario potius dicendum fuisse. Cum Christus Filius sit Davidis, quomodo David dicit eum Dominum? Sed illo potius modo suam quæstionem, & argumentationem proposuit Dominus,*

de erroneam istorum argueret opinionem, &c. Nempe de humanâ tantum Christi generatione ex stirpe David: propterea subdit: *Non ergo scribarum assertionem tollere voluit Dominus, sed expendendam relinquere, quomodo testimonium David constet cum illorum assertionem, vt sublimiorem discant de Messia concipere opinionem. Sic opportunè Iansenius.*

Et vero vestigandam esse, ac eruendam argumentationis rationem, atque opportunitatem ex alijs quoque Canonicis Scrip- toribus, dum differendo, vel auctoritatem inducunt, vel ratiocinium efformant, quamvis aliquis ab instituto dissensus appareat, appositè docuit idem Abulensis *ad Matth.* cap. 8. q. 51. & rursum ad cap. 13. q. 56. & 57. Escalante lib. 1. *Clypei*, cap. 3. Salmer. *Prolegom.* 9. can. 26. Hoc & in illo Christi responso, quod videtur extra rem, & aliorum tendens, ad Baptistæ per discipulos, interrogationem *Matth.* cap. 11. v. 4. notavit Ludolphus Carthus. 1. p. *Vit. Christ.* cap. 56. *Subtiliter (inquit) respondit innuens talem rationem: qui operatur opera omnem naturæ facultatem excedentia, & quæ Propheta prædixerant de Christo, ille profecto Christus est: sed ego talia operor, ego ego sum.* Vides quam argutè Christus ratiocinationem instituit, & quam aptè Ludolphus investigavit, est non directè visus sit optimus Præceptor propositæ quæstioni respondisse, quod observat Carthusianus.

Haecenus exhibitæ, atque observatæ à Christo Dom. differendi præceptiones: & qua de auctoritate, modo, temperamento, ac modestiâ sacræ divinis de rebus controversiæ tanti Præceptoris exemplo, tractandæ sint, vniuersim, & promiscuè tradunt SS. Patrum plures, quos si percurras, haustos à divini Doctoris schola, quotquot ipsi tradunt, disputandi Canones, ex eorum le- ctione perspicias: ita S. Gregor. Nazianz. orat. 26. 34. & 35. & Iambico 18. Chrysost. Homil. in *Genes.* August. lib. 1. de *Genes. ad lit. de contr.* cap. 18. & 19. Ambros. lib. 1. *Offic.* cap. 22. Hieronym. in cap. 2. *Habac.* & in cap. 3. *ad Titum*, Hilar. lib. 1. & 12. de *Trinit.* Prosper. Aquitan. Prolog. in lib. de *Vit. Contempl.* & lib. 1. de *Vocat. Gent.* cap. 1. Isychius, lib. 2. in *Levit.* ad cap. 6. v. 18. Vigilius, *disput. de Christi Dom. & Fide Trinit.* Optatus Milevit. lib. 1. *Contr. Par- menian.* Paschasius, Prol. lib. 1. in *Matth.* Richardus Victorinus lib. 2. de *Emmanuel.* cap. 6. Salvianus lib. 3. de *Provident.* quo loci multi ex alijs SS. Patribus contulit Rittershusius ad paginam. 56. marginal: & plurium preterea sententia est, in tractandis maximè de re Biblicâ dissertationibus.

VESTIGIVM VII. TOTIVS METHODI

aliosubla.

Placet ad operis coronidem: Placet (inquam cum Richardo Victor in lib. in Apocal. cap. 10.) in fine lectionis, summam eorum, quae dicta sunt, ad memoriam revocare, ut omnibus superioribus transineatis, habeas in litore brevem omnium: recopilationem quasi speculum in quo totius precedentis operis, materiam, formamque possis contemplari, &c. Quae, ut simul praeculis habeas, singulis Hexametris ex ordine digesta subijcio.

*Dant praecpta viam monitis signata priorum,
Materiamq; operi mox eruta quaestio subdit,
Sicilicet haec scriptis Auctorum lectio firmat,
Protinus Abdias exemplum in singula pandit.*

Argumenta suis traduntur Biblica formis.

Habes igitur in I. P. quidquid ad artificium Biblicae Praelectionis conficiendae, vet. Patrum praecipiones, & exempla suppeditant; & sane, cum utroque pariter subsidio maxime opus sit, plus tamen exemplis in praecipiendo iure deferunt SS. Patres: Quoniam (ait S. Ambrosius in 1. ad Corinth. cap. 14.) exempla facilius suadent, quam verba; & plenius est opere docere, quam voce. Subdit S. Leo, sermon. de S. Laurent. Hinc facilius, & promptius sapientibus visum est docendi via per ostensa rerum exemplaria, quam per traditas verbo tantum praecipiones: Quia (inquit Seneca Epist. 6.) longum iter est per praecpta, breve, & efficax per exempla. Ego ut ad rem, pro multis S. Augustinus Epist. 48. Superflue haec fortasse dicitur quibuslibet verbis, nisi tam multis ostenderetur exemplis. Haec, ut plane cernas, recole, praecor, ex Praenot. 5. Versanda sacra quaestio: is exemplar ex Hieronymo expressum. Praenot. 14. Quibus ex sedibus Biblicae quaestiones ab antiquis Patribus excitari solita. Demum Praenot. 25. Quae sit eruendarum e textu quaestionum ratio? &c. Cum enim haec relegas veterum Doctorum monumenta, videbis quomodo (ut scripsit olim Ennodius, lib. 3. Epist. 34.) quae verbis assero, sequenda restor exemplis.

Paro

Paro 2. materiam affatim suggerit, dum immensam tot Biblicarum quaestionum sylvam per inscripta titularium dictionum Lemmata dispersam aperit, & ostendit; in cuius discussione, quod olim scripsit Petrus Damian. serm. 46. Etiam si ad cogitandum tardior sensus impediatur, vel ad loquendum balbutiens lingua non suppetat, verborum tamen copiam ipsius rei materia subministrat. Quam verò faciundiam, & veritatem ingenio differantis, & stylo ferax eiusmodi controversiarum materia suppeditet; iam plures in re non dispari sapienter observarunt, S. Cyprianus, Epist. 2. Ennodius, dict. 4. Sidonius, lib. 8. Epist. 10. & lib. 9. Epist. 14. Paschasius Praefat. in lib. de Corp. & Sang. Domin. Tullius lib. 3. de Orat. Seneca Epist. 46. Martialis lib. 8. Epist. ad Domitianum.

Quo autem modo communis haec tot rerum materia distuenda sit a sacro Praelectore, ac prorsus informanda, docet aptissime Ioannes Gerson. super Magnificat. tract. 6. his verbis: Itaque materiam afferre non possumus, nisi communem; forma vero potest esse nostra, ut elementa communia sunt, sed per formas mixtorum in species distinguuntur: Cuperem hoc modo fieret internus, modus enim tracta di quasi formalis est, tollens sui novitate fastidium; &c. Et quam ille merito deversanda ingenio est materia tale praecptum ded erit, disces a Seneca ex sententia Stoicorum ita differente Epist. 66. Dicunt (inquit) duo esse in rerum natura ex quibus omnia fiunt, causam, & materiam: materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura, si nemo moveat; causa autem, id est ratio, materiam format, & quocumque vult vertat; ex illa varia opera producit. Statim subdit: Omnis ars imitatio est natura: itaque quod de universo dicebam, ad haec transfer que ab homine facienda sunt: statua, & materiam habuit, que patere iur artificium, & artificem; qui materia daret faciem; &c. Sic ille; quod tu pari quoque iure transferas ad ea, quae circa versandam (ut decet) materiam a Praelectore facienda sunt.

Biblicas vero quaestiones praemonstrata in praedictis materia sponte parit: illas equidem ut praefixi supra dictionibus congruentior quaeque visa est, inscribendas curavi; nec adeo paucas, copiosas, ipsis apte respondentes apposui, quo liberior in pluribus esset electio Praelectoris, & foecundior differendi copia, ne ad vnam tantum, aut alteram strictim adigatur; quod in quibusdam prudenter accusat Picus Mirand. lib. 1. de Stud. Human. & Divin. Phil. cap. 4. Qui se iactant (inquit) circumferuntque, cum tenerim res, aut quatuor quaestiones in conspectu vulgi magna etiam vociferatione disputandas. Et multo ante criminabatur S. Augustinus in lib. contr. Manich.

K k k 2

cap.

cap. 8. super inepti quidam ab ipsis suscitata controversia, sic illos sapienter irridens: *Hac questione illi regnare se putent, quasi vero interrogare sit scire; vicinam id esset; nemo me scientior reperiretur.*

Et vere quidem ille dixit: *quasi interrogare, sit scire.* Plures enim doctrinam vacui multa per questiones interrogare se fingunt, ut sapientiam speciem ostendant, aut etiam fortasse, quod in quibusdam notavit Cassianus collat. 14. cap. 9. *Pro ostentatione doctrinae, ea, quae optime norunt interrogare se simulant.* Quin & vetus hic olim Philosophorum mos fuit, quem tetigit Philostatus, *de Vit. Sophist. lib. 1. Quae* (inquit) *illi per interrogationes supponunt, & breviter in quaestione adducunt, ea se ignorare dicentes.* Et horum non dispari morbo laborant illi, de quibus ita S. Gregorius Nazianz. orat. 33. *Hoc unum sibi proponunt, ut quaestiones, vel stringant, vel solvant; quem admodum qui in Theatris certamina pervulgant, quae non iuxta palestra leges victoriam comparant, sed imperitorum duntaxat oculos perstringunt, ac laudem à spectatoribus captant, &c.* O studia hominum inania!

Ego autem horum morem iure, ut suspicor, averfatus est tantum quaestiones inscribo, quae saltem à probatis Auctoribus indicantur, & qui nusquam Sacram Scripturam, ut olim Hæretici *Carnem Christi, quaestionibus distrahunt,* quod eo lib. dicebat Tertull. cap. 1. & fateor equidem, cum multas sub qualibet Titulari dictio- ne congeferim, superesse tamen plures eiusdem materiae, nam ut aptè Richardus Victorin. lib. 2. *de Emmanuel. cap. 6. Operosum erit, singula quaeque, quaestione, digna cum summa diligentia pertractare.* Multa enim in sacro sermone frequentibus sunt implicata controversiis, & quod idem ait, lib. 6. *de Trinit. cap. 13. Dum unam quaestionem solvere laboramus, aliam incidenter incurramus.*

Subieci præterea suos cuique quaestioni tractatores, quorum de proveniunt, & utilitate citis ostensum Part. 1. *Prænot. 16. & Part. 3. Semit. 4. Vestig. 5.* cum verò tam multi sint Auctores, inter hos, ego (ut olim Præfat. in lib. 1. *de Script. S. Benedicti,* Ioannes Trithemius) *paucos colligi de pluribus sequentibus viam, qui restant, prohibent, non terminant.* Horum qui velit usum potiore adipsi, discat à S. Hieronymo in cap. 9. *Daniel. ita scribente: Scio de hac quaestione ab eruditissimis viris disputatum, & unumquemque pro captu ingenij sui dixisse, quod senserat; quia igitur periculosum est de Magistrorum Ecclesiae iudicare sententijs, & alterum præferre alteri, dicam, quid unusquisque senserit, &c.* Fatebor autem ingenuè cum Plinio, *Præfat. Hist. Nat. Dum illos percurrerem: Conferentem me Auctores, deprehendisse, a iuratis, & proximis veteres transcriptos, ad verbum, neque nominatos.*

Vtro-

Vtrosque autem pariter adducere oportuit antiquos scilicet, ac recentiores; illos quidem, ut pondus concilietur assertis, quod opportunè canit Festus Avienus in *Oris Maritim.*

-----namque fulcit hæc fides

Perita longe, & eruta ex Auctoribus. Recentes autem, & proximos, quasi cultiorem dissertationi speciem, faciemve reddituros: ut Proœm. in lib. 1. *de Locis,* consulit Cano: *Qua propter* (inquit) *verisimiliter legendis efficiet Theologus (Biblicam) disputationem sine dubio plenior; nam ex illis quasi materiam, ex his tamquam formam differendi mutuatus: potens nimirum erit exhortari in doctrinam sanam, & eos, qui contradicunt, arguere, &c.* Atque hæc de Auctoribus.

Cum verò, satis superque præmissum fuerit, exemplò peragenda res omnis erat: *Quia* (inquit S. Ambros. in 1. *ad Corinth. cap. 10*) *cui verba satis non faciunt, solent exempla suadere.* Ideo totius Methodi speciem per ipsas inscriptionum classe distributum ostendimus in unius Abdiæ vaticinio, brevissimo quidem omnium Prophetarum libro, quo breviori saltem exemplo conficiendæ Prælectionis ideam omnem, ac formam ob oculos ponerem: etenim in mente Præfat. in *Psalm.* eodem Ambrosio: *Faciliora quoque videntur, quae brevius explicantur.* Atque ut opportunè Seneca Epist. 53. *Magni artificis est clasfisse totum in exiguo.* Totum ergo concinnandæ Biblicæ dissertationis artificium, in exiguo brevissimi huius Prophetæ lib. conclusi memor sapientissimi moniti, quod ad differendum præscripsit Galenus lib. 1. *Method. cap. 5. Id* (inquit) *tenaciter servare in omni methodo oportet; ut in ea, te multis saepe levioribus problematis prius exercens, quam maioribus manum admoveas: hoc igitur nobis vera disciplina principium esto, &c.*

In extremâ denique Parte, quæ simul ad Biblicam argumentationem spectant, completi conatus sumus, ne concinnandæ dissertationis methodus expugnationis, vel impugnationis armamento caruisset, quod totum arguendi doctrinam constat: *Quis enim sermo est* (ait S. Clemens Roman. *Recognit. lib. 8.*) *qui non recipiat contradi- ctionem? Et quæ argumentatio est, quæ non possit alia argumentatione subverti?* Ita sane asserunt S. Hilarius lib. 10. *de Trinit.* S. Gregor. Nazianz. *Orat. 26.* & ibidem in *Schol. Billius n. 24.* atque id quidem veritati præstat structi per argumentationem impugnationis, ut clarescat: *Magna enim vis est veritatis* (inquit lib. 7. *de Trinit.* S. Hilarius) *quæ cum per se intelligi non possit, tamen per ea ipsa, quæ ei adversantur, elucet.* Pro illius verò discussione sic admonuit

Tul-

Tullius *Offic.* lib. 2. *Alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputatio-
ne, subtilitas; alia, cum ad opinionem communem omnis accommodatur
Oratio.*

Propterea & argumentorum sedes saltem indicare necessum
fuit: *Vt enim facilius argumenta reperiantur* (ait lib. 6. in *Topic.* Boë-
tius) *illa res efficiet, si demonstrantur loci, in quibus argumenta sunt
collocata: monet in super in Topic.* Iulius: *Cum peruestigare argu-
mentum aliquod volumus, locos nosse debemus.* Commendat pariter, &
vltimum lib. 7. *Enchirid.* Epist. 20. *Vt verò etiam ipsi tibi loci proposita qua-
estione occurrant, exercitatione consequere.* Subdit etiam Angelus Politi-
anus. *Argument. in 3. Topic. Arist.* sic appositè: *Sume tamen univer-
sales magis locos, quos, & ad particulares transferre possis, sive determi-
natos.* Hoc enim erit ex munere differentis, vt generalia, quod
aiunt, documenta, pro conficiendâ signatim argumentatione
transferat.

Sic etenim ex indicatis retrò Biblicæ Theologiæ principijs ad
arguendi methodum, vt in proprium, germanumquè noscendæ
veritatis tramitem, rectâ proceditur: *Neque enim fieri potest* (inquit
Nazianz. orat. 26.) *vt principijs non rectè consideratis, quidquam de fi-
ne præclare cognoscamus.* Hinc solidæ argumentorum probationes
formandæ, atque fulciendæ sent, vt in *Timæum* Platon. docuit Chal-
cidius: *illa demum* (ait) *certa est probatio, quæ congruis, accommodatisquè
rationalibus questionibus revelat.*

Instruendæ autem ratiocinationis artificium, satis, opinor,
ostendunt indicatæ argumentationum species, ac formæ secun-
dum Dialecticæ canones, quorum officium erga Biblicam argu-
mentationem attingisse mihi visus est Origenes *Philocal.* cap. 1.
Hæc cum ita sint (inquit) *delineanda nobis sunt intelligentiæ Scriptu-
rarum formæ, quas ob oculos habemus.* En habes præmonstratas tota
hac semita: *His enim remedijs* (ait Calsiod. *Div. Lect.* c. 6.) *lectoris ani-
mus introductus saluberrimam Scripturarum seriem provocatus excurret.*

Hæc tamen nostra precessit Methodus eo quidem studio, vt
quæ magis utilia visa sunt, ingenuè suggerat Biblicæ dissertati-
oni concinnandæ; sed vt trum id affecurus sim, quod intenderam, nes-
cio; illud certè scio, vel in singulis etiam eius particulis membra-
tim coagmentandis magnorum Patrum me præcepta simul, &
exempla è vestigijs secutum fuisse, quos facit huius disciplinæ
Magistros iure veneramus: eius in exitu dicam verè quod Quin-
tilian. lib. 7. *Inst.* cap. 11. *Et de hæc quidem genere dispositionis, etiam
si non omnia tradi, tamen aliqua potuerunt.* Quæcum enim omnia
trad

tradi possent, cum vastissima, & propè infinita sit rerum materies?

Sed traditum, reor, est, quod expediat, non quod omnino tra-
di potuisset; quod proficiat ad integram Methodi notionem, non
quantum superesse videatur ad iactantiam: proinde rogabo sup-
plex cum Augustino lib. 2. de *Bapt. cont. Donat.* cap. 1. *Ignoscant
scientes; satius est enim; offerre habenti, quam differre non habentem.* Et
ego quæ in Patrum scriptis ad rem observata habebam; obtuli,
habenti quidem, vt ipse, si opportunè producta sint, expendat, &
probet; non habenti autem, vt ex talium Præceptorum monitis
capiat, & proficiat: *Quorum cognitio* (ex Quintilian. veto lib. 12. c.
11.) *studiosis invidibus, si non magnam utilitatem affert; ac certè quod
magis perimus, bonam voluntatem.*

Nunc igitur, ó bene animati Prælectores (vti Sanct. Ephrem
serm. *Divin. Grat.* meo quasi nomine deprecatur) *si quid adhuc iam
dictis addendum videbitur, vos supplete: ego enim vt artis imperitus, pa-
rendi desiderio adductus, quæ sciebam scripsi, licet facta se paulo arrogan-
tius; quæ tamen citra omnem indignationem boni consuletis spero: stu-
dium, ac bonam voluntatem agnoscite, & ignorantia parcite; imperitiam
cognoscite & studium non recitate: & quia ex paupertate mea vobis quod
potui, libenter dedi; &c.*

Iam tandem eundem ego nostræ Methodo finem faciam, quem
Magnus Doctor Augustinus suis de *Doct. Christ.* libris, ita cum ipso
claudens lib. 4. cap. 3. 1. & ingenuè factus in exitu: *Longior evasit liber
hic, quam volebam, quamquæ putaveram; sed legenti, vel audienti, cui
gratus est longum, non est: cui autem longus est, per partes eum legat, qui
habere vult cognitum: quem verò eius cognitio nis piget, de longitudine nō
queratur: Ego tamen in his, non qualis ego essem, cui multa desunt, sed
qualis esse debeat, qui in doctrina sua non solum sibi, sed alijs etiam la-
borare studet: quantum acumenque potui facultate disserui.*

Tandem, vt felici exitu desinam, claudat, & librum obsecret Magn.
Doct. Augustin. lib. 7. de *Genes. ad Lit.* cap. 28: *Quæ in hoc libro dis-
ceptando locutus sum, ad hoc valeant legenti, vt aut noverit quem admodum
sine affirmandi temeritate querenda sint, quæ non aperte Scriptura loqui-
tur, aut si ei querendi modus iste non placet; quem admodum ipse quæsi-
verim; sciat, vt si me potest docere, non abnuat; si autem non potest,
à quo ambo discamus, mecum requirat.* Quod precor, vt
optanti largitur. *Qui docet hominem scientiam.*

*Psal. 93. 10. cui sit in æternum laus,
honor, & Gloria.*



I N D E X.

HOc libris præstat officium, ut quæ in toto spissim opere prætractata, sunt ipse demum in calce per summa rerum capita, quasi breuiatim, ob oculos sistat: *Quò facilius* (inquit Priscianus, Prolog. in lib. 1.) *quidquid ex eis quaratur, discretis possit locis inueniri.* Hoc enim indici munus adscribit Symmachus, lib. 7. Epist. 8 1. *Ne longum fiat* (inquit) *si velim literis præstanda percurrere, capita rerum subiecto indiculo strictim notavit.* At, quorsum huic opusculo, quod tantum velut indicis instar est, index quoque, vel in cassum subiiciatur? Habes initio 1. Part Præceptionum Synopsim; secunda, nil, nisi Biblicarum quæstionum merus index est, in exordio tertiz, argumentationum Semitas, Vestigiaquè palam velut indice, ostensa sunt. Otiosus ergo foret, iste tamquam indicis alter index: mitto igitur, & carmine inanem hunc laborem excuso.

*Index cum sit opus, non est opus indicis, ipsum
Indicis officium pagina quaque notat;
Scriptio signat iter, Methodus vestigia monstrat;
Nemo via ductu dixit egere viam.*

F I N I S.

